LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

945
M93an
1773
v.14

Rare Book & Special
Collections Library

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
OPERA OMNIA.

II. E. 74

ANTIQUITATES ITALICAE MEDII AEVI,

SIVE

DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magiſtratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliiſque faciem & mores Italici Populi referentibus poſt declinationem Rom. Imp. ad Annum uſque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM
ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primùm ex Archivis Italiae depromtarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINAE
BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

Arretino Seminario & Collegio Eccleſiaſticorum Caſtilionenſi Epiſcopalibus alteram hanc editionem curantibus.

TOMUS DECIMUSQUARTUS.

ARRETII MDCCLXXVIII.
Typis MICHAELIS BELLOTTI Impreſs. Epiſcop. ſub ſigno PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/antiquitatesit14mura

945
M93an
1773
v.14

DE REDEMTIONE PECCATORUM,

UNDE OLIM LOCIS DEO DICATIS
MULTA OBLATA FUERE:

ET

DE INDULGENTIARUM ORIGINE.

DISSERTATIO SEXAGESIMAOCTAVA.

482493

DISSERTATIO

SEXAGESIMAOCTAVA.

QUamquam in praecedenti Diſſertatione multa diſſeruerim de cauſſis, quae olim Eccleſiaſticum patrimonium incredibili oblationum copiâ auxere, nondum tamen digitum intendi in unam, quam omnium principem appellare non injuriâ poſſis. Eam igitur nunc memorabo, quâ cognitâ facile mirari deſinent Lectores, cur non ſolùm tot fundi olim ad Eccleſiae manus devenerint, ſed etiam Curtes, Caſtella, ac Urbes. Illud exploratum eſt, vel primis Eccleſiae Seculis, Chriſtianis in crimina & peccata lapſis, ſi Deo reconciliari, atque a reatu abſolvi cupiebant, opus fuiſſe poenitentiam ſubire, & ſalutaribus poenis, certiſque caſtigationibus corporis, aliiſve ope-
A ribus Pietatis, reatum ſuorum facinorum expiare, atque ita miſericordiam ac indulgentiam a Deo impetrare. Publicis enormibus criminibus publica Poenitentia injungebatur. Occulta tantùm occultis, quamquam non deſint, qui ſcribant, fuiſſe Saecula, quibus publica etiam poena gravioribus delictis, licèt occultis,
B indicebatur. Compertiſſimum praeterea eſt, Sacrificium incruentum, Vigilias, Jejunia, reliquas corporis macerationes, Eleemoſynas, Orationem, Fundos ſacris Locis donatos, aliaque auſteritatis, Religionis, aut Caritatis opera, & Jejunia ipſa interdum ad multum temporis producta, ad Poenitentiam adhibita fuiſſe. Verùm
C ſenſim deferbuit antiquae diſciplinae rigor in hominum poenitentium caſtigatione, tum e vitiorum colluvie barbaricis Saeculis in dies augeſcente, tum ex humanarum rerum conſuetu-

ſuetu-

182493

ſuetudine, quae facilius in pejus ruunt, quàm ad melius attolluntur, neque diu in recto ſtatu conſiſtunt. Ergo labantem diſciplinam reſtaurare in animum induxit Saeculo Chriſti Septimo Theodorus Monachus Graecus, qui Romam profectus ſub Vitaliano Papa, ita ſuis virtutibus Pontificis gratiam ſibi conciliavit, ut Anno DCLXVIII. per eum evectus fuerit ad Cantuarienſem in Anglia Archiepiſcopatum: quod munus ſanctiſſime impletum, Anno demum DCXC. una cum vitâ depoſuit. Is autem fuit, qui celeberrimum *Poenitentialem* Librum compoſuit, ſenſim poſtea in omnes fere Occidentales Eccleſias diffuſum, ibi ediſſerens, quota & qualis Poenitentia ſingulis peccatis indicenda in poſterum foret. Fallitur enim Ptolomaeus Lucenſis in Hiſtor. Eccleſiaſtic. Lib. 12. Cap. 12. quum de Theodoro I. Papa ſcribit: *Hic Librum Poenitentialem compoſuit, qui communiter in Eccleſiis Curatis reperitur:* quod & longe vetuſtior Johannes Monachus Vulturnenſis in Praefatione ad Chronicon Vulturnenſe Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum memoriae prodidit, nominum ſimilitudine deceptus. A veritate forſan non abludam, ſi dixero, aliquid novitii, laude tamen digni, eâ occaſione in Occidentem invectum fuiſſe. Qui mores antea in Oriente obtinerent, quoties eluenda erant peccata, e Poenitentiali *Johannis Jejunatoris* Patriarchae Conſtantinopolitani, edito per Morinum in Appendice ad Libros de Poenitentia, ediſcere poſſumus. Vivere ille deſiit Anno Chriſti DXCV. aut ſequenti. Ad Occidentem verò quod attinet, nondum quiſquam criminibus ferme ſingulis ſuam decreverat poenitentiam, ſi Idololatriam, Homicidium, Moechiam, & Furtum etiam excipias. Nam quae Sanctus Columbanus de Poenitentiis praeſcripſerat, intra Monachorum clauſtra claudebantur. Attamen tam opportuna & commoda viſa ſtatim fuit Sacerdotibus Theodori Cantuarienſis lucubratio, quum in eâ quiſque ad manus haberet poenas, cuicumque peccato aſſignandas, ut locus ſtupori amplius ſupereſſe non poſſit, quare ejus *Canones Poenitentiales* tandem unaquaeque ferme Occidentalis Eccleſia exceperit, iiſque poſtea per plura Secula fuerit uſa. Praeterea Populus antiquae in Poenitentia ſeveritatis veſtigia adhuc multa conſervans, medicinalibus hujuſmodi poenis non difficile ſeſe ſuppoſuit. Hoſce autem Canones, quantum potuit, conſarcinavit Jacobus Petitus, ac Lutetiae Pariſiorum Anno MDCLXXIX. evulgavit. Peccatis nonnullis ibi praeſcribitur *Jejunium* aliquot dierum, aut etiam unius Anni, duorum, aut plurium; aliis *Pſalmorum* recitatio, *Eleemoſyna*, aut aliae poenitentiarum ſpecies. Hujuſmodi ratione per aliquot ſubinde Secula impoſitis ſatisfactoriis hiſce poenis, reconciliari Deo per ſacram peccatorum Confeſſionem conſueverunt Chriſti fideles. Nonnulla tamen in Petiti Collectione deprehendas, quae inter ſe pugnant: alia verò, quae interpolata a poſteris fuiſſe facile dignoſcuntur. Immo & inter ipſos Canones, Theodoro ſine dubitatione tribuendos, nonnulli occurrunt, a quibus antiqua Occidentalium Eccleſiarum diſciplina abhorruit, quoſque non immeritò poſteriorum Seculorum prudentia major ac ſcientia improbavit. Qualia ſunt ob Adulterium mulieris diſſolvi Matrimonium, at non invicem ob viri Adulterium. Mulieri ob Adulterium dimiſſae licere

cere poſt duos poenitentiae annos alteri nubere. Viro fas eſſe aliam uxorem ducere, ſi prior in Monaſterium ingreſſa redire noluerit, ſive in captivitatem ducta poſt duos annos redimi non poſſit. Sunt & alia ejuſmodi de Matrimonio ſolvendo, atque ad alias Nuptias convolando, quae aut culpanda ſunt, aut certe nunc abrogata novimus. Conjugibus quoque continentia praecipitur *tribus Quadrageſimis*, ſcilicet ante Paſcha, Natale Domini, & Feſtum Apoſtolorum, & *die Dominicâ*, & *quartâ* & *ſextâ Feriâ:* & ex qua die mulier motum infantis ſenſerit, & menſtruorum tempore &c. Haec e diſciplina Graecorum. Secus facientibus certi dies Jejunii in pane & aqua indicebantur Poenitentiae loco. Sunt & alii Canones, interdicentes veſci Sanguine & Suffocato; ſeu ſtatuentes immunditiam ciborum aut liquorum e contactu animalium; ſive mulieris poſt partum, aut menſtruatae, quae Poenitentiam ſubire cogebatur, ſi eo tempore Eccleſiam fuiſſet ingreſſa, ſive animalium, quae ſanguinem humanum attigiſſent. Quo Graeci hominis ſeveritas declinaverit, ex paucis hiſce intelligis. Plura ſuperſunt, quibus refellendis tempero, ad alia intentus. Hoc unum interea tenemus, in immenſum nemus tunc excreviſſe Peccatorum, etiam leviorum, & quae nunc nos ne inter Peccata quidem referimus, Poenitentias ac Poenas.

Porro quum haec audis, continuo ſubit percontari, quei rudibus iis Saeculis, non dicam, tandiu toleraretur, ſed vel tantillum toleraretur atque exerceretur, ejuſmodi poenitentiae rigor, noſtris temporibus plane inſuetus, ac plane intolerandus, ſi in uſum reſtituendus foret. Tantus interdum noſtris diebus peccatorum numerus, eorumque gravium, ad Sacramentalem Confeſſionem a nonnullis adfertur, ut poenitentia iis imponenda, ſecundùm Canones poenitentiales, ſi adhuc vigerent, initâ & ſubductâ ratione, non ſolùm integram eorum vitam occuparet, ſed quàm longe etiam excederet. Quis Jejunium, & quidem nonnunquam pane & aquâ exigendum, aliaſque corporis caſtigationes, Orationeſve, Poenitentiae titulo impoſitas ad multos annos, nedum ad reliquum vitae, tam facile protenderet? Praeterea, quomodo tam ſeveram Poenitentiae diſciplinam Chriſtiani ſubire potuiſſent, plus etiam mireris, quoties animo recogites, corruptos magis quàm noſtris temporibus fuiſſe hominum illorum mores, & plura vitia ac facinora non in Laicis tantùm, ſed & in Clero, tunc deprehenſa fuiſſe, & longe minorem quàm nunc Pietatem barbaris in Populis locum habuiſſe. Intolerabilior etiam hujuſmodi diſciplina fuiſſe videatur; quaenam enim ratio Chriſtiano peccatori ſatisfaciendi pro ſuis reatibus erat, quando prolixa indicebatur Poenitentia, quam interrumpere mors cito poterat, aut quam ne diu quidem vivens & poenitens impleſſet? Ad haec Synodus Cabilonenſis II. Anno Chriſti DCCCXIII. coacta, Cap. 25. haec tradidit: *Poenitentiam agere juxta antiquam Canonum conſtitutionem in pleriſque locis ab uſu receſſit, & neque reconciliandi antiqui moris ordo ſervatur. Quare implorandum cenſuere Patres Imperatoris adjutorium, qualiter ſi quis publice peccat, publicâ multetur poenitentiâ &c.* Porro ſi jam tum Poenitentia de publicis peccatis paene obſoleverat, quid factum opinari licebit de peccatis occultis? Ego

go paucis difficultatem ſolvam. Difficillima haec plane fuiſſent, niſi adinventus fuiſſet modus, ipſamet peccata, ſeu peccatorum poenas redimendi. Certa res eſt, poſt Theodori Cantuarienſis mortem paullatim propagatos per Chriſtianorum Regna, & fere ubique uſurpatos fuiſſe Canones illos Poenitentiales, ita ut Seculo Chriſti Nono, Reginone teſte de Eccleſiaſtic. Diſciplin. Lib. I. pag. 30. interrogandi forent Presbyteri ad audiendas peccatorum Confeſſiones delecti: *Si habent Poenitentiale Romanum, vel a Theodoro Epiſcopo, aut a venerabili Beda Presbytero editum; ut ſecundùm quod ibi ſcriptum eſt, interrogent Confitentem, aut Confeſſo modum Poenitentiae imponant*. Vides, heic non unum Poenitentialem Librum laudari. Et revera Theodorum imitati alii Libros Poenitentiales ſubinde concinnarunt, auctis aut imminutis peccatorum poenis; immo hos ita deturparunt, ut Synodus Cabilonenſis, paullo antea memorata, repudiandos ac penitus eliminandos cenſuerit *Libellos, quos Poenitentiales vocant, quorum ſunt certi errores, incerti Auctores, qui pro peccatis gravibus leves quoſdam & inuſitatos imponunt Poenitentiae modos &c.* Ex hiſce verò intelligimus, excipiendum fuiſſe, praeter Romanum, celebrem Poenitentialem Theodori, cujus erat Auctor certus, & a quo gravibus criminibus graves poenitentiae modi indicebantur. Certum eſt, inquam, Poenitentiales hoſce Canones in uſum fuiſſe deductos. Sed ſimul animadvertendum, ipſum quoque Theodorum (quod ajo, etiamſi non omnia Theodori ſint, quaecumque ſub ejus nomine circumferuntur) aut certe alios, humanarum virium, ac morum aeſtimatores, remedia excogitaſ-

A ſe iis, *qui jejunare non poſſunt, & adimplere quod in Poenitentiali ſcriptum eſt*. Si cui ergo injunctum erat diei unius in pane & aqua Jejunium, pro hac Poenitentiâ decantare poterat *quinquaginta Pſalmos in Eccleſia flexis genibus*. Si verò illi gravis foret genuum flexio, *unum pauperem* eo die paſcere poterat, iiſdem tamen B Pſalmis in loco convenienti recitatis. *Qui verò Pſalmos non novit, unum diem, quem in pane & aqua poenitere debet, dives Denariis tribus, pauper uno Denario redimat*. Erat & Redemtio unius hebdomadae: erat & unius anni; atque in hac poſtrema erogandi erant *pauperibus viginti duo Solidi*, ſive *viginti ſex*, ut alii C habent, additis quorumdam dierum, & trium Quadrageſimarum Jejuniis: quibus recurrentibus, *quidquid ori ſuo praeparatur in cibo vel in potu, illud aeſtimet, quanti pretii ſit vel eſſe poſſit; & medietatem illius pretii diſtribuat in eleemoſynam pauperibus &c.* Reliquos redimendi peccata modos praetermitto. Satis in praeſentia ſit, a- D nimadvertiſſe, vix poſt Poenitentiales Canones evulgatos, inſtitutas quoque fuiſſe *peccatorum* ſive *poenitentiarum Redemtiones*, quae primo aſpectu improbandae minime videbantur, quum in levamen & ſubſidium praeſertim pauperum cederent, & exploratiſſimum ſit ex divinis Scripturis, peccata eleemoſynis rite redimi poſ- E ſe. Et ſane dum pauperes paſcebantur, humanae cupiditati Sacerdotum objici nihil poterat, quum ex hiſce Redemtionibus nullum lucrum ii ſibi captarent. Concilium quoque Triburienſe, Anno DCCCXCV. celebratum, Canone 56. varias poenas homicidis voluntariis praeſcribit, ſed ita, ut neceſſitate interveniente, *licitum ſit eis tertiam Feriam & quintam*,

tam, *atque Sabbatum redimere uno denario*, *vel pretio denarii*, *ſive tres pauperes pro nomine Domini paſcendo*. Johannes Morinus vir doctiſſimus Lib. X. Cap. 17. de Diſciplin. Poenitentiae, arbitratur, haſce *Redemtiones* coeptas eſſe invehi duntaxat poſt Annum Chriſti Octingenteſimum, neque tribuendas eſſe Theodoro Cantuarienſi, quae tanquam excerptae ex ejus Libro adferuntur a Burchardo, Ivone & aliis, ſed a poſterioribus eidem fuiſſe affictas.

Duo interim ego heic nobis animadvertenda cenſeo. Primum eſt, nunquam in Eccleſia Dei defuiſſe *Redemtiones peccatorum*, ſive ſubſtitutiones piorum operum pro caſtigationibus corporis, quas rei criminum ſubire e praeſcripto ſalutaris poenitentiae debebant. Inter opera iſta ſatisfactoria, vel a primis Eccleſiae Seculis immo Religionis verae incunabulis, notum eſt, numeratum fuiſſe *Sacrificium*, quod cruentum in veteri Lege, incruentum in novâ inſtitutum fuit. Proinde in paene ab Apoſtolis accepto Canone Miſſae, verba illa occurrunt: *Qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis pro ſe*, *ſuiſque omnibus*, *pro Redemtione animarum ſuarum*, *pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuae &c.* Quae verba, etſi ignotum ſit, quo tempore invecta in ipſum Canonem fuerint, certum tamen eſt, antiquiſſima eſſe. *De Eleemoſyna* & *Oratione* idem conſtat; & celeberrima in primis ſunt Danielis verba Cap. 4. verſ. 24. *Peccata tua Eleemoſynis redime*, *& iniquitates tuas miſericordiis pauperum*. Excitare etiam Templa Deo, aut jam excitatis dona offerre, uti, & Servis Dei ac Religioſis Congregationibus commoda ac fundos ad eorum alimentum largiri, Xenodochia, & Noſocomia conſtruere

A pro hoſpitibus atque aegris egenis, haec perpetuo habita ſunt in Eccleſia Dei opera ſatisfactoria, hoc eſt, quibus Deo ſatisfieret pro peccatorum noſtrorum reatibus. Proinde in Chriſtianorum Republica antiquitus invaluerunt formulae illae dicendi *Pro remiſſione peccatorum*: *Pro mercede*: *Ad mercedis augmentum*: *Pro remedio*, B ſeu *redemtione animae meae*, atque horum ſimilia. *Redemtiones* quoque *& remedia peccatorum* Seculo Chriſti Quinto commemorabat Salvianus Lib. I. Adverſ. Avaritiam. Porro quantae ſit antiquitatis formula illa *pro remedio animae meae*, nihil meliùs indicare poſſet, quam Papyrus Ravennas a Cl. V. Scipione Maffejo edita pag. C 143. Diplomaticae ſuae, ſi certam illius aetatem tenemus. Ibi eadem phraſis, pro barbarici Saeculi more exarata, *pro remedium animae meae* occurrit. Et quandoquidem ibi donatrix jurat *per ſalutem Domnorum noſtrorum invictiſſimorum Principum Auguſtorum*, *Romanum guvernantium Imperium*, opinatur vir doctiſſimus D referendam potius Chartam ad tempora praecedentia Annum Chriſti CCCCLXXVI. quàm ad poſteriora, quippe tunc ſimul imperarunt Arcadius & Honorius, Honorius & Theodoſius &c. Et profectò non deſunt, quae nobis illius opinionem perſuadere videantur, quippe Mabillonius Tomo I. Annal. Benedictinor. E Diploma profert Dagoberti I. Francorum Regis, ſcriptum Anno Chriſti DCXXXIV. ubi legitur *pro remedio anime noſtre*. De fide tamen Mabillonianae hujus Chartae diſputatum novi. Si verum quoque foret, floruiſſe eodem Saeculo Septimo circiter Annum Chriſti DCL. Marculfum auctorem *Formularum* veterum, a Bignonio & Baluzio editarum, is Lib. 2. For-

2. Formul. 4. habet *pro remedium animae noſtrae*, *& remiſſionem peccatorum noſtrorum:* ex quo intelligere poſſemus illius formulae vetuſtatem. Verùm adhuc eſt dubia Marculfi aetas. Ad formulam quod attinet *Principum Auguſtorum Romanum guvernantium Imperium*, iſta certe ſeram praefert antiquitatem, quum in celebri Charta *plenariae ſecuritatis* ſcripta An. DLXV. & evulgata a Briſſonio & Mabillonio, juretur per ſalutem *inviƈtiſſimi Principis Romanum gubernantis Imperium*. Subſcribit etiam in Philyra a Maffejo evulgata *Adquiſitus Optio numeri mediolanenſium*: quae formula ad tempora Graecorum Ravennae dominantium ſpectare videtur. Verùm fortaſſis nihil obſtant hactenus dicta, quin Philyra illa longe poſt Annum Chriſti CCCCLXXVI. credi poſſit conſcripta, immo dubitatio non tollitur, quin poſſit etiam pertinere vel ad ipſum Saeculum a Chriſto nato Nonum. Tunc ſimul imperarunt Ludovicus Pius, & Lotharius, deinde Lotharius, & Ludovicus II. Notum verò eſt, Carolum Magnum Imperatorem creatum, ſuis eodem Seculo addidiſſe titulis *Romanum gubernans Imperium*. Ipſius quoque Ludovici Pii ac Lotharii temporibus Agnellus Ravennas vivens mentionem faciebat *Numeri Mediolanenſium* in Vita Felicis Archiepiſcopi, Part. I. Tomi II. Rerum Italicar. Formula quoque jurandi *per ſalutem Imperatoris*, Ravennae, & alibi perdurabat etiam Saeculo Nono, uti conſtat ex Diſſertat. V. *de Ducibus*, & ex aliis monumentis. Ita & *per ſalutem Papae* juratum ſaepe vidi. *Vicedominus* verò memoratur in iſta Charta, cujus officii nomen etſi Saeculum Sextum non ignoravit, frequentiùs tamen auditum eſt Seculis ſubſequu-

A tis. Ita & formula *pro remedio ani-*
mae, familiaris quidem eſſe coepit
poſt Seculum Chriſti Septimum: du-
bium verò eſt, an antea adhibita
fuerit in donationibus piis. Tenebras
autem hinc depellere poſſet altera
Philyra Ravennas, ex Archivo Bo-
nonienſi depromta, & a Mabillonio
in Supplement. ad Lib. de Re Di-
B plomaticâ, producta, inter quam, &
a Maffejo editam, multum ſimilitu-
dinis intercedit, & in qua pariter
formulam habemus *pro ablutionem &*
remedium animae meae. Verùm & il-
lius aetas ignota eſt, ſubtractis nem-
pe notis Chronologicis; niſi quod
ſubſcribit *Anaſtaſius V. H.* (ideſt *vir*
Honorabilis) *Excabin.* qui ſi fortè
C *Scavinus* fuit, uti videtur veri ſimi-
le, ſatis proderet, Chartam ſpectare
ad Saeculum Nonum.

Alterum nunc nobis animadverten-
dum eſt, videlicet uti a Theodoro
Cantuarienſe multa invecta fuere in
diſciplinam Poenitentiae, antea i-
gnota Occidentalibus Eccleſiis, ac
prae ceteris minuta illa peccatorum
D enumeratio, ſingulisque praeſcriptus
Poenitentiae modus ac tempus; ita
novus aliqua ex parte apertus eſt u-
ſus *redimendi peccata*. Taxatio enim
facta eſt ſenſim *Redemtionum*, & pro
tot Jejunii diebus indictae ſunt obla-
tiones Eleemoſynarum, ſeu Pſalmi
ab aliis cantandi, ſeu Miſſae cele-
brandae, earum numero definito poſt
E rationes exacte initas ad normam
Poenitentialis. Quod ſi Morinus cen-
ſuit, poſt Annum Quingenteſimum
ejuſmodi *Redemtionem* in Eccleſiam
Dei penetraſſe, contra juſtus ſupereſt
ſuſpicandi, ne dicam pro certo affir-
mandi locus, Theodorum ipſum Can-
tuarienſem agnoviſſe, ac probaſſe fa-
cultatem aliquam redimendi peccata.
Ejuſdem mentio eſt inter ipſius Ca-
nones,

nones, a Jacobo Petito editos. Sed & Beda Theodoro ipſi primis ſuis annis ſynchronus, in Libro *de Remediis Peccatorum* eamdem rationem redimendi peccata commemorat. At enim haec a recentioribus aſſuta fuerint Libris Theodori & Bedae. Quin accidiſſe hoc potuerit, praefracte ſane ego inficias non ierim. Attamen quum Theodorus vir Orientalis Originis in diſciplina Poenitentiae, ritibus Graecorum praecipue adhaeſerit, atque ipſe *Johannes Jejunator*, quem ſequutus eſt Theodorus, Poenitentibus ſeſe indulgentem praeſtiterit: veri etiam videtur ſimile, ne Theodorum quidem tanta auſteritate uſum, ut poenis corpori indicendis nullam commutationem ſive Redemtionem reliquerit. Quod certum eſt, vix e vivis Theodorus ſublatus eſt Anno Chriſti DCXC. quum inſolitae quaedam, atque inauditae antea, peccatorum Redemtiones a Sacerdotibus excogitatae, adhibitaeque re ipſa fuere. Cujus rei teſtem habeo Canonem XXVI. Concilii Cloveshovienſis Secundi Anno DCCXLVII. in Germania habiti a Sancto Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo. Ibi haec leguntur: *Sicuti* NOVA ADINVENTIO, *juxta placitum ſcilicet propriae voluntatis ſuae, nunc* PLURIMIS *periculoſa* CONSUETUDO EST, *non ſit Eleemoſyna porrecta ad minuendam, vel ad mutandam ſatisfactionem per Jejunium, & reliqua expiationis opera, a Sacerdote Dei pro ſuis criminibus jure Canonico indictam.* Tum Synodus hortatur, ut Eleemoſynae quidem a poenitentibus praebeantur, ſed ita ut caro etiam peccatorum miniſtra ſuas det poenas, caſtigata Jejunio. Vidiſti, *Novam adinventionem* appellari Eleemoſynarum oblationes, ut immunitas a Jejunio ſuccederet. Canone XXVII. ſubſequenti indicant Patres, adinventum quoque fuiſſe, redimere peccata per Pſalmos ab aliis recitatos, aut per Orationes ad Deum adhibitas per alios. *Per Orationes, & interceſſiones Deo digne appellantium, atque orantium &c. Pro ipſis alios, Pſalmos cantare putant vel jejunare &c.* Addunt, divitem quemdam magni cujuſdam facinoris reum, affirmaſſe in ſuis literis, *idem nefas* JUXTA MULTORUM PROMISSA *in tantum eſſe expiatum, ut, ſi deinceps vivere poſſit trecentorum annorum, pro eo plene Jejunium ſatisfactionum modis, per aliorum ſcilicet Pſalmodiam, & Jejunium, & Eleemoſinas perſolutum eſſe.* Heic aliquid tenebrarum in verborum contextu: at apertiſſimum eſt, divitem illum ſibi perſuaſiſſe, immo ab aliis ei perſuaſum fuiſſe, jam reatum ſuum ſatis ſuperque ſublatum, quod curaſſet, ut Deo ſatisfieret per alios Pſallentes & Jejunantes pro ſeipſo. Quare jam habemus, non diu ſtetiſſe ſeveritatem medicinalium Poenitentiarum, a Theodoro Archiepiſcopo indictarum, ac privata ſtatim auctoritate invectas fuiſſe *Redemtiones peccatorum*, longe ante Annum Octingenteſimum Aerae vulgaris. Et fortaſſe Theodorus ad poenarum commutationem commendarat duntaxat Eleemoſynam effuſam in *Pauperes*, quibus videlicet Chriſtiana lex adeo impenſe hortatur ac imperat, ut ſubſidium adferatur. At poſteri alios ſubinde excogitarunt Eleemoſynarum uſus, ac Redemtionum modos, quos propterea Synodus uti nuper adinventos improbat.

Et profecto, ut ad illud denique deveniam, in quo ſitus eſt praecipuus hujus argumenti cardo, *Redemtiones* ejuſmodi in ſacrorum locorum, ſive Clericorum, atque Monachorum commodum

modum, humana induſtria paullatim convertere coepit. Nullus dubitandi locus eſt (repetere enim juvat) quin piorum quoque largitio in ſacra Templa, ſacratoſque Dei ſervos, Deo ſummopere accepta ſit; ipſumque conſtruere novas Deo Aedes, aut nova utriuſque ſexus Coenobia, atque alere ſacros Eccleſiae Miniſtros, inter opera verae Pietatis, Religionis, atque interdum Caritatis, ſit referendum. Quare ſenſim Deo dicati viri, hanc veritatem prae oculis perpetuo habentes, non raptim, ſed progreſſu temporis eò devenere, ut totam ferme Poenitentiarum Redemtionem redigerent ad multas pecuniarias, quas plerumque ſibi e manibus non ſinebant elabi. Si vis, lege de integro Canones nuper laudatos Concilii Cloveshovienſis. Nullo negotio aſſequeris, Sacerdotes fuiſſe illos, qui Pſalmos recitandos, qui jejunandum ſuſceperant pro facinoroſo Divite illo, eique plenam delictorum Expiationem polliciti fuerant. Traditas iis quoque Eleemoſynas opinari fas eſt. Teſtes alios novae hujuſce conſuetudinis ſi flagitas, ego tibi exeram complures, ac praecipue antiquos Poenitentiales Libellos, quibus utebantur Presbyteri ad ſolvenda Poenitentium delicta in Sacramentali Confeſſione. Ex his Morinus ſupra laudatus nonnullos edidit in Appendice ad Tractatum de Poenitentia; alios evulgavit Clariſs. Monachus ex Congregatione Sancti Mauri Edmundus Martene Tomo 2. de antiquis Eccleſ. Ritibus. Quibus adde Librum de remedio Peccatorum Bedae, ac Reginonem Lib. 2. de Eccleſiaſt. Diſciplinis, & Capitulare Theodulfi Epiſcopi Aurelianenſis apud Baluzium Tom. 7. Miſcellaneor. pag. 21. Sed quandoquidem eruditi illi viri Codices nobis tantummodo laudant in Galliis adſervatos, non abs re futurum puto, ſi & ego duos Poenitentiales ex Italicis Bibliothecis promam, ut per eos aliqua ad Eruditionem Eccleſiaſticam acceſſio fiat, & per noſtros quoque Codices communis eorum temporum ritus luculentius confirmetur. Primum debeo erudito, meique etiam amantiſſimo viro Bartholomaeo Campagnolae, Archipresbytero Eccleſiae Sanctae Caeciliae in Urbe Veronenſi, qui illum ex Codice MSto antiquiſſimo Capituli Canonicorum Veronenſium deſcriptum ad me miſit.

IN NOMINE DEI SUMMI

Incipit Prologus Canonis Poenitentialis.

„ Quotieſcumque Chriſtiani, qui ad Poenitentiam accedunt, Jejunia damus, & nos debemus participare cum eis una aut duas ſeptimanas, aut quantum poſſimus Jejunare; ut non dicatur nobis, quod Sacerdotibus Judeorum dictum eſt a Domino: *Ve vobis Legis doctoribus, qui adgravatis homines, & imponitis ſuper humeros eorum honera gravia & importabilia! ipſi autem digito veſtro non tangitis ſarcinas ipſas*. Nemo enim ſublevare poteſt cadentem ſub pondus, niſi „ incli-

„ inclinaverit, ut porrigat ei ma-
„ num; neque ullus Medicorum
„ vulnera infirmancium poteſt cura-
„ re, niſi fetoribus particeps fuerit.
„ Ita quoque nullus Sacerdotum vel
„ Pontificum peccatorum vulnera cu-
„ rare poteſt, aut ab animis pecca-
„ ta auferre, niſi per inſtantem ſol-
„ licitudinem & oraciones & lacri-
„ mas. Neceſſe eſt nobis ergo, fra-
„ tres kariſſimi, ſollicitos eſſe pro
„ peccantes, quia ſumus alterius
„ membra . . . . compaciuntur
„ omnia membra. Ideoque & nos ſi
„ viderimus aliquem in peccatis ja-
„ centem, feſtinemus eum ad poe-
„ nitentiam pro noſtra doctrina re-
„ vocare. Et quocieſcumque dederi-
„ tis conſilium peccati, ſimul da il-
„ li & poenitentiam. Et iterum dic
„ ei, *quantum debeat Jejunare & Re-*
„ *dimere peccata ſua*, ne fortè obli-
„ viſcatur, quantùm eum oporteat
„ pro peccatis ſuis Jejunare. Neceſ-
„ ſe eſt tibi, & iterum inquiras ab
„ eo, ne fortè erubeſcat, & timeat
„ ad te amplius judicare. Non om-
„ nes Clerici debent hanc ſcripturam
„ uſurpare aut legere, niſi Epiſcopi,
„ Presbyteri, cujus claves Regni Coe-
„ lorum traditae ſunt. Si autem ne-
„ ceſſitas evenerit & Presbyter non
„ fuerit praeſens, Diaconus ſuſcipiat
„ Poenitentem. Et ſicut ſuperius
„ diximus, humiliare ſe debet Epi-
„ ſcopus ſive Presbyter, ut cum tri-
„ ſticia & gemitum lacrimaſque o-
„ rare non ſolùm pro ſuo delicto,
„ ſed & pro omnium Chriſtianorum:
„ ut poſſit cum beato Paulo dicere:
„ *Quis infirmatur, & ego non infir-*
„ *mor? quis ſcandalizatur, & ego non*
„ *uror?* Cum ergo venerit quis con-
„ fiteri peccata ſua, dic ei, ut expe-
„ ctet modicum in Eccleſia ſolus,
„ aut in corde ſuo dicat, *Pater no-*

A „ *ſter, qui es in Coelis*. Et dicis O-
„ rationem hanc: *Domine Deus, pro-*
„ *picius eſto mihi peccatori, ut cundi-*
„ *gne poſſim tibi gracias agere, qui me*
„ *indignum propter tuam miſericordiam*
„ *ad officium Sacerdotale dignatus es*
„ *provocare, & me exiguum & humi-*
„ *lem mediatorem conſtituiſti adorare &*
„ *intercedere ad Dominum noſtrum Je-*
B „ *ſum Chriſtum pro peccantibus. Ideo-*
„ *que, Domine dominator, qui omnes*
„ *homines vis ſalvos fieri, & ad * agha-*
„ *gnitionem veritatis venire, qui non*
„ *vis mortem peccatorum, ſet ut con-*
„ *vertantur & vivant: ſuſcipe orationem*
„ *meam, quam fundo ante conſpectu*
„ *clemenciae tuae pro peccatis meis,*
„ *& pro eorum, qui ad poenitentiam*
C „ *convenerunt*.

„ Pervidens autem ille, qui ad
„ poenitentiam venit, Sacerdotem
„ triſtem & lacrimantem per ſua fa-
„ cinora, magis ipſe timorem Do-
„ mini percuſſus, amplius triſtatur
„ & timet. Interrogas eum, qui
„ poſtulat. Ille autem reſpondebit
„ tibi: *Deo & tibi Sacerdoti confeſ-*
D „ *ſionem meam facere volo*. Tunc in-
„ terrogas eum his verbis: *Credis*
„ *in Patrem & Filium & Spiritum*
„ *Sanctum?* Reſpondebit *Credo*. *Cre-*
„ *dis quod iſtae tres Perſonae, qu s*
„ *modò diximus, Pater & Filius &*
„ *Spiritus Sanctus tres Perſonae ſint,*
„ *& unus Deus?* Repondebit: *Credo*.
„ *Credis quod in iſta . . . . . carne,*
E „ *in qua manes, in ipſa abes reſurg-*
„ *re in die Judicii, & recipere ſi e*
„ *bonum ſive malum, quod geſſiſti?* Re-
„ ſpondebit: *Credo*. *Vis dimitte e*
„ *peccata quaecumque in te peccave-*
„ *runt?* *Domino dicente: Si non remi-*
„ *ſeritis hominibus peccata eorum, nec*
„ *Pater veſter coeleſtis dimittet vobis*
„ *peccata veſtra*. Et, require dili-
„ genter, ſi eſt inceſtuoſus. Set ſi
non

„ non vult ipſa inceſta dimittere, „ non potes ei dare poenitentiam. „ Nam ſi vult ipſa inceſta dimitte- „ re, tunc fac, eum confitere om- „ nia peccata ſua, & ad ultimum „ dicere: *Multa ſunt peccata mea in* „ *factis, in verbis, in cogitationibus.* „ Tunc da illi poenitentiam. Poſtea „ ſi videris eum ex toto corde con- „ verſum, ſuſcipe eum per manum „ dexteram; inpromittat emendatio- „ nem viciorum ſuorum. Et duc „ eum ante Altare: confiteatur pec- „ cata ſua. Eum verò, qui poteſt „ feſtinanter Jejunare, quod ei im- „ poſitum eſt, noli prohibere. Ma- „ gis enim laudandi ſunt hii, qui „ celeriter debitum perſolvere feſti- „ nant. Et ſit mandatum ei, ut de „ cetero non peccet. Qua ſi Jejuna- „ verit, quod ei dictum eſt, purifi- „ cabitur. Quod ſi iterum priſtinas „ conſuetudines vel peccata reverſus „ fuerit, ſic eſt quomodo canis, qui „ revertitur ad vomitum ſuum; & „ tamen recurrat: nunquam deſpe- „ ret. Omnis itaque poenitens non „ ſolùm hoc debet Jejunare, quod „ illi mandatum eſt, ſet & poſtquam „ juſſa compleverit, debet ex ſe ip- „ ſo, quantùm ei aptum fuerit, Je- „ junare. Si enim juſſa compleverit, „ peccata ei remittuntur. Si verò „ poſtea ex ſua voluntate Jejunave- „ rit, coronam ſibi acquirit, & Re- „ gnum coelorum. Et poſtquam Je- „ junaverit, & comederit, caveat „ crapulâ & ebrietate, quia omnis „ luxuria de ebrietate naſcitur. Ideo „ beatus Apoſtolus prohibet, dicens: „ *Nolite inebriari vino, in quo eſt* „ *luxuria.*

„ Poſtquam confeſſus fuerit, ja- „ ctent ſe pariter ante Altare. In „ primis dicis Pſalmum XXXVI. *Do-* „ *mine, ne in ira tua.* Et dic eum „ totum, & tercia vice *Chyrieleyſon*, „ & Oracionem Dominicam. Et di- „ cis iſtam Oracionem: *Precor te Do-* „ *mine, clemenciam & miſericordiam* „ *majeſtatis tuae, & famuli tui* (illius) „ *facinora confitenti, veniam relaxare* „ *digneris, & praeteritorum crimi-* „ *num culpas donare digneris, qui hu-* „ *meris tuis ovem perditam reduxiſti* „ *ad caulas: qui publicani precibus &* „ *confeſſione placatus es. Tu etiam fa-* „ *mulo tuo* (illi) *placare, Domi-* „ *ne: tu hujus preces benignus ſuſci-* „ *pe, Chriſte. Remitte ei omnia cri-* „ *mina & peccata, & da ei pro* „ *ſuppliciis veniam, pro moerore lae-* „ *titiam, pro morte vitam, uti qui* „ *ad tantam ſpem caeleſtem ſapientiam* „ *volutus eſt, de tua miſericordia con-* „ *fidens, ad aeterna te protegente per-* „ *veniat. Per Dominum.* Poſtea di- „ cis iſtos verſiculos cum *Gloria: Be-* „ *nedic anima mea Domino, & omnia* „ *interiora mea nomen ſanctum ejus,* „ cum *Gloria: Benedic anima mea* „ *Domino; & noli oblviſci omnes re-* „ *tributiones ejus: Qui propiciabitur* „ *omnibus peccatis tuis; qui ſanat om-* „ *nes languores tuos: Qui redimet de* „ *interitu vitam tuam; Qui ſaciat in* „ *bonis deſiderium tuum: Qui coronat* „ *te in miſericordia; & renovabitur,* „ *ſicut aquilae, juventus tua.* Et dicis „ Orationem hanc: *Domine Deus no-* „ *ſter, qui non offenſionem noſtram,* „ *ſet ſatisfaccionem placaris: reſpice,* „ *quaeſumus, ſuper famulum tuum* (il- „ lum) *qui ſe tibi peccaſſe graviter.* „ *Tuum eſt abſolucionem criminum da-* „ *re, & veniam relaxare peccantibus;* „ *qui dixiſti, poenitentiam te malle* „ *quàm mortem. Concede ergo, Domi-* „ *ne, huic famulo tuo* (illi) *ut tibi* „ *poenitentiae excubias celebret, ut* „ *cum rectis actibus ſuis offeris ſibi ad* „ *diem futuri Judicii ſempiterna gra-*

tule-

„ *tuletur*. *Per Dominum*. Poſtea di-
„ cis: *Miſerere mei*, *Deus*, uſque u-
„ bi dicitur: *omnes iniquitates meas*
„ *dele*. Et hanc orationem dicis:
„ *Deus*, *juſtorum gloria*, & *miſericor-*
„ *dia peccatorum*, *da huic famulo tuo*
„ (illi) *plenae indulgenciae locum*: *e-*
„ *xoratus indulge*; *qui praeterita*
„ *peccata deplorat*, *futura mala non*
„ *ſenciat*. *Dimitte ei*, *Domine*, *om-*
„ *nia crimina*, & *in ſemitis juſticiae*
„ *eum placatus inſtaura*, *ut ſecurus ma-*
„ *neat deinceps inter tuos bene meri-*
„ *tos currere*, & *ad pacis aeternae*
„ *praemia pervenire mereatur*. *Per*
„ *Dominum*. Hic ſignas eum cum
„ Chryſma, aut Oleo Sancto, & di-
„ cis Orationem hanc: *Benedicat tibi*
„ *Dominus*, & *cuſtodiat te*. *Oſtendat Do-*
„ *minus faciem ſuam tibi*, & *miſereatur*
„ *tui*. *Convertat Dominus vultum ſuum*
„ *ad te*, & *det tibi pacem*, *qui re-*
„ *gnat in ſaecula ſaeculorum*. *Amen*.
„ Item alia: *Benedicat te Omnipotens*,
„ & *perabundancia Spiritus Sancti cor-*
„ *roboret*; *mentem tuam ſanctificet*; *ca-*
„ *ſtimoniâ tuâ decoret*, *adque ſenſos*
„ *tuos in bonis operibus informet*, *qui*
„ *te enutriet*, & *ab omnibus diaboli-*
„ *cis* & *humanis inſidiis ſuâ te ſemper*
„ *protectione* & *virtute defendat*, *ut*
„ *quaecumque ab eo poſtulaveris*, *cle-*
„ *menter concedat*, *auferat omnia ma-*
„ *la*, *quae geſiſti*, & *tribuat graciam*,
„ *quam ſemper rogaſti*. *Qui tecum vi-*
„ *vit*. Item Oratio ſuper Poeniten-
„ tem: *Exaudi*, *Domine*, *preces no-*
„ *ſtras*, & *confitencium tibi parce pec-*
„ *catis*, *ut quos reatus accuſat*, *indul-*
„ *gentia tuae miſeracionis abſolvat*. I-
„ tem alia Oratio: *Da nobis*, *Deus*,
„ *ut ſicut publicani precibus* & *con-*
„ *feſſione placatus es*, *ita* & *huic fa-*
„ *mulo tuo* (illi) *placeris*, & *preci-*
„ *bus ejus aſpira*; *ut in confeſſione fle-*
„ *bili permanens*, & *peticione per-*

A „ *petuùm clemenciam tuam celeriter e-*
„ *xoret*, *ſanctiſque Altaribus* & *Sa-*
„ *cramentis reſtituatur*, *rurſus divino*
„ *famulatui mancipetur*. *Per Domi-*
„ *num*.
„ Cum ergo venerit aliquîs ad Sa-
„ cerdotem confiteri peccata ſua,
„ priùs in ſecreto cordis ſui haec
„ aput ſe debet orare: *Domine Deus*
B „ *omnipotens*, *propicius eſto mihi pec-*
„ *catori*, *ut me pro peccantibus*, &
„ *peccata ſua confitentibus*, *dignum*
„ *inter te* & *ipſos mediatorem conſti-*
„ *tuas*: *quique peccatorum mortem non*
„ *vis ſed ut convertantur* & *vivant*,
„ *ſuſcipe oracionem ſervi tui*, *quam*
„ *pro famulis*, *famulabuſque tuis ante*
„ *conſpectum gloriae tuae poenitere cu-*
C „ *pientibus effundo*, *ut pariter eos*, &
„ *a peccatis exuas in futurum*, & *ab*
„ *omni crimine inlaeſos cuſtodias*: Alia
„ Oracio: *Reſpiciat Dominus Jeſus at*
„ *tuam ſalutem*, & *infundat ſuper te*
„ *dona virtutum*, *ut nihil in te ini-*
„ *micus fraudare decipiat*. *Cuſtodiat te*
„ *Dominus Jeſus Chriſtus*, *qui Diabo-*
„ *lum interfecit*, & *nos omnes libera-*
D „ *vit de tormentis poenarum*, *ut ad*
„ *regna Coelorum dignus pervenias in*
„ *benedictionem Chriſti*. *Cuſtodiat te*
„ *Deus altiſſimus omni tempore vitae*
„ *tuae*, & *defendat te ab omni peri-*
„ *culo in hoc Mundo* & *in futuro*.
„ *Convertat Dominus Deus noſter vul-*
„ *tum ſuum*, & *det tibi pacem omni-*
„ *bus diebus vitae tuae*. *Ipſe autem*
E „ *Deus ſantificet te*, *ut ſis perfectus*,
„ & *integer corpore* & *animâ ſine*
„ *querela in adventum Domini noſtri*
„ *Jeſu Chriſti ſervet precio tuo*. *Det*
„ *tibi Deus Angelum pacis Cuſtodem*,
„ *ut regat te in hoc Mundo*, & *in*
„ *futuro*. *Animam tuam purificet ab*
„ *omni delicto*. *Defendat te Dominus*
„ *ab omnibus malis*, & *ab omni rea-*
„ *tu adverſarii*: *ut cum venerit Do-*

,, minus non diſcuciat, ſed in gloria
,, ſua remunerando te adſumat. Per
,, Dominum &c.
,, Poenitens dicit: *Conſiteor tibi*
,, *Domine pater coeli & terrae, co-*
,, *ram hoc ſancto Altario tuo, & iſtius*
,, *locis Reliquiis, & coram hoc Sacerdote*
,, *tuo omnia peccata mea, quaecumque*
,, *feci ab infantia mea, ſive in cogi-*
,, *tationibus, ſive in mala voluntate,*
,, *ſive in verbis, ſeu in opere, ſive de*
,, *omnibus peccatis, quae feci contra*
,, *tuam voluntatem, & leges Chriſtia-*
,, *nas, & contra ſanctam Regulam, &*
,, *contra omnia Praecepta divina. Con-*
,, *fiteor omnia cordis & corporis mei*
,, *vitia. Peccavi per ſuperbiam & ela-*
,, *tionem, per avaritiam, & detra-*
,, *ctionem, & quia falſitatem locutus*
,, *ſum. Peccavi, quia juravi, & per-*
,, *juravi, & mendacium locutus ſum*
,, *nimis. Peccavi per verba riſui mo-*
,, *ventia, & per multa verba otioſa*
,, *vel vana. Peccavi, quia die Domi-*
,, *nico, vel indicto, & commune Jeju-*
,, *nii, violavi & fornicavi. Peccavi*
,, *per fraudem, & furtum, per tur-*
,, *piloquium, & ſcurilitatem, & quia*
,, *proterve egi. Peccavi per adulte-*
,, *rium, & fornicationem, & omnes*
,, *ſcelos, vel omni nefas turpiſſimas, &*
,, *ſordidas cogitationes & operationes,*
,, *& pollutiones, ſicut equus & mu-*
,, *lus in quibus non eſt intellectus. Mi-*
,, *ſer ego, infelix peccator: peccavi*
,, *per concupiſcientiam mulierum, &*
,, *moechatus ſum eam in corde meo, &*
,, *corpore peccavi per illuſionem noctur-*
,, *nam, & pollutus ſum, & ſorditus*
,, *introibi in ſanctam Eccleſiam. Mi-*
,, *ſer ego peccavi per gulam & crapu-*
,, *lam & ebrietatem uſque ad vomi-*
,, *tum. Per omicidium peccavi, &*
,, *per detractionem, per accidiam, &*
,, *ocioſitatem, & ſomnolentiam, & pi-*
,, *gritiam, & jactantiam cordis &*

A ,, *corporis mei. Peccavi, quia opus*
,, *Dei neglegenter feci, & circa Alta-*
,, *ria vel Sacreficia omnem neglegen-*
,, *tiam habui. Corpus & Sanguinem*
,, *Domini indigne ſumpſi: etiam per*
,, *ebrietatem rejeci eum. Miſer ego*
,, *peccavi per rixas, & vanam glo-*
,, *riam, & quia maledixi multos ho-*
,, *mines per iram & blasphemavi eos.*
B ,, *Peccavi in viſu, auditu, guſtu, o-*
,, *doratu, & tactu. Peccavi, quia*
,, *quod non debui cogitare, cogitavi;*
,, *& quod debui cogitare, non cogita-*
,, *vi: quod non debui loqui, locutus*
,, *ſum; & quae debui loqui non ſum*
,, *locutus: quod non debui operare, ope-*
,, *ratus ſum; & quae debui operare,*
,, *non ſum operatus. Patri, & Ma-*
C ,, *tri, ſicut debui, non obedivi, &*
,, *praecepta eorum, ſicut debui, non*
,, *adimplevi. Mea culpa. Haec om-*
,, *nia commiſi vel adimplevi, & alias*
,, *plurimas, quorum non eſt numerus.*
,, *Quidquid errans, ſciens, contemnens,*
,, *occulte ſeu manifeſte commiſi, tu*
,, *Deus omnipotens, univerſa mihi pec-*
,, *catori, quaeſo, propicius ac miſerator*
D ,, *digneris indulgere. Precor te, Do-*
,, *mine frater, ora pro me peccatore,*
,, *quia peccavi in Lege Dei, in cogi-*
,, *tationibus, in verbis, & in factis,*
,, *in operibus, & vacatione mentis, &*
,, *ira, in potu vel cibo, & negle-*
,, *gentiis multis. Multa ſunt peccata*
,, *mea ſuper numerum arena maris.*
,, *Neglegens fui de operibus Dei, &*
E ,, *de Ordine meo, quod cuſtodire debui.*
,, Reſpondet Sacerdos: *Domine fra-*
,, *ter de iſtis culpis, quas in te dicis,*
,, *totas in me agnoſci, & alias pluri-*
,, *mas, quorum non eſt numerus. Ore-*
,, *mus ad invicem.* Oratio: *Jeſu ſal-*
,, *vator omnium, miſerere digneris ſu-*
,, *per nos famulos tuos, quia tu es*
,, *Deus benedictus, qui cum Patre &*
,, *Spiritu Sancto vivis & regnas in Se-*
cula

A ,, *cula ſeculorum. Amen.* Oratio: *Mi-*
,, *ſereatur tibi Omnipotens Deus: do-*
,, *net tibi veram perſeverantiam, &*
,, *tolerantiam bonam, ſinem bonum.*
,, *Inluminet te Spiritus Sanctus. In-*
,, *dulgeat tibi Dominus Deus omnipotens*
,, *omnia peccata tua praeterita, prae-*
,, *ſentia, & futura; & nec te permittat*
,, *omnipotens Deus plus temptare, quam*
,, *fragilis tua poſſit ſuſtinere. Auxi-*
B ,, *liator tuus ſit omnipotens Deus. Qui*
,, *vivis & regnas in ſaecula ſaeculo-*
,, *rum. Amen.* Oratio ad Confeſſio-
,, nem: *Suſcipe Confeſſionem meam,*
,, *unica ſpes ſalutis meae Domine Deus*
,, *meus, irâ, indignacione, odio, mul-*
,, *tiloquio, perjurio, gulâ, ebrietate,*
,, *commeſacione, ſcurilitate, avariciâ,*
,, *rapinâ, cupiditate, tenacitate, fur-*
,, *to, ſuperbiâ, jactanciâ, invidiâ, de-*
,, *tractione, homicidio, contemptione,*
,, *aemulatione, vanagloriâ, mendacio,*
,, *fornicatione, immundiciâ, luxuriâ,*
,, *omnibus viciis, & iniquitatibus,*
,, *adque ſceleribus, quibus inquinatus*
,, *ſum, & perditus ſum. Set tu, Do-*
,, *mine, qui juſtificas impios, & reſu-*
,, *ſcitas mortuos, juſtifica me, & vivi-*
,, *fica & reſuſcita me, Domine Deus*
,, *meus. Amen.*

Alterum Poenitentialem ego olim deſcripſi, immo conſarcinavi ex duobus antiquiſſimis Ritualibus manu exaratis in Bibliotheca celeberrimi Monaſterii Bobienſis, itemque ex uno ſpectante olim ad D. Coeleſtinum Loreſice Monachum Benedictinum.

POENITENTIAE RITUS
E CODICIBUS MSTIS
MONASTERII BOBIENSIS.

In nomine Domini. Incipit ratio, qualiter ſuſcipere debeant Sacerdotes, Poenitentes ad Poenitentiam.

C ,, QUotieſcumque Chri-
,, ſtiani ad Poeniten-
,, tiam accedunt, Je-
,, junia damus, & nos
,, cum eis communi-
,, care debemus jejunio
,, unam aut duas ebdomadas, aut
,, cumque poſſumus, ut non dicatur
,, nobis, quod dictum eſt Sacerdoti-
D ,, bus Judaeorum a Domino Salvato-
,, re: *Vae vobis Legis peritis, qui ad-*
,, *gravatis homines, & imponitis ſuper*
,, *humeros eorum onera gravia & im-*
,, *portabilia! ipſi autem uno digito ve-*
,, *ſtro non tangitis ſarcinas ipſas &c.*
,, Ita quoque nullus Sacerdotum,
,, Peccatorum vulnera curare poteſt,
,, aut animabus auferre peccata ni-
,, ſi per inſtantem ſollicitudinem
,, & orationem cum lacrimis. Ne-
,, ceſſe eſt nobis, Fratres kariſſimi,
,, ſollicitos eſſe pro peccantibus,
,, quia ſumus alterutrum membra &c.
,, Et quotieſcumque dederimus con-
,, ſilium peccanti, demus ei poeni-
,, tentiam ſtatim, quantum debeat
,, jejunare, *aut qualiter, ſi jejunare*
,, *non poteſt, Redimere peccata ſua poſ-*
ſit.

,, *ſit*. Et hoc ſcitote, Fratres, ut
,, dum venerint ad vos Servi vel
,, Ancillae, quaerentes poenitentiam,
,, non eos gravetis, neque cogatis
,, tantùm jejunare, quantùm Nobi-
,, les; quia Servi vel Ancillae non
,, ſunt in ſua poteſtate. Ideoque me-
,, dietatem eis imponite. Omnis i-
,, taque poenitens non ſolùm hoc de-
,, bet jejunare, quod illi mandatum
,, eſt a Sacerdote, verùm etiam poſt-
,, quam compleverit ea, quae illi Sa-
,, cerdos praeceperit, peccata ejus
,, remittentur. Si verò poſtea ex ſua
,, voluntate jejunaverit, mercedem
,, ſibi adquirit & Regnum Coelorum.
,, *Si quis fortè non potuerit jejunare,*
,, *& habuerit, inde dare ad redimen*
,, *dum ſe potuerit. Si Dives fuerit,*
,, *pro uno anno det Solidos XXVI.*
,, *Si verò Pauper fuerit, det Soli-*
,, *dos III.* Neminem verò conturbet,
,, quia juſſimus dare viginti ſex So-
,, lidos, aut minus, quia faciliùs eſt
,, dives dare viginti ſex Solidos,
,, quàm pauper det Solidos tres.
,, *Attendat namque unuſquiſque, cui*
,, *dare debeat, ſive pro redemptione*
,, *Captivorum, ſive ſuper Sancto Alta-*
,, *ri, ſive Pauperibus.*

,, Sequitur conſilio.

,, LEgimus in Poenitentiale. Pro
,, criminalibus culpis Annum I.
,, aut II. vel III. poenitentiam age-
,, re, vel poenitere in pane & aqua,
,, vel pro aliis minutis cauſis, Men-
,, ſe I. vel Ebdomadâ I. Sunt autem
,, diverſa peccata. Quae ad majora
,, poenitentia concordant, haec ſunt.
,, Si quis homicidium fecerit, VII.
,, Annos poeniteat; III. ex his in
,, pane & aqua. Similiter qui ſcien-
,, te ſe perjuraverit, & qui fornica-
,, tionem cum uxore alterius, aut
A ,, Deo ſacratâ fecerit, & qui ad ho-
,, micidium faciendum conſenſerit,
,, & factum fuerit, vel qui homi-
,, nem in perjurium ſcienter ducit,
,, & qui cum quadrupedia peccant.
,, Qui autem minora peccata com-
,, mittunt, hoc eſt, qui cum viduas,
,, aut virgines peccant, & qui falſa
,, teſtimonia ſuper alios apponunt,
B ,, & ad ſorcerias recurrunt, aut di-
,, vinationes credunt, & qui alienos
,, labores extollunt, & qui uſuras
,, tollunt, iſti poeniteant V. Annis
,, vel III. ex his in pane & aqua
,, ſecundùm Canones. Si autem per
,, minimam, III. Annis poeniteant,
,, I. ex his in pane & aqua. Sunt
,, autem criminalia & mortalia pec-
C ,, cata, hoc eſt qui in Eccleſia for-
,, nicant; & qui Eccleſias frangunt;
,, & qui de res Eccleſiae aliquid ex-
,, tollunt; & qui pro alienas res
,, per contentionem ſe perjuraverit;
,, & qui cum Sanctaemonialae Deo
,, ſacratâ in Monaſterio fornicaverit,
,, aut generationem fecerit; aut qui
,, cum ſua matre aut ſorore, aut cum
D ,, matre, & filia, aut cum duas ſoro-
,, res, vel conſobrinas, aut noverca;
,, & qui plus credunt divinationes, vel
,, alia diabolica ingenia eum adjuva-
,, re poſſe, quàm Deum; & qui cum
,, maſculos poſt duodecim annorum
,, ſicut Sodomite faciunt, & qui a
,, Chriſtiano Populo ſe ſeparant, &
,, ad Heretici vadunt, & eorum con-
E ,, ſortia tenent, & poſtea revertun-
,, tur: & Mulieres, quae avorſum
,, faciunt, per quem animas perdunt;
,, & qui eorum infantes opprimunt,
,, & ſine Baptiſmo moriuntur: & il-
,, li qui Sacerdotes aut Monachos,
,, aut propriis parentibus occiderint;
,, & qui aliis homicidiis, aut mur-
,, dros faciunt. Iſti tales debent an-
,, no & dimidio exul poenitere, &
,, a com-

„ a communione privari. Et poſt
„ hoc communione receptâ, XV.
„ Annis poeniteant, VII. ex his in
„ pane & aqua ſecundùm Canones.
„ Si per conſilium XII. Annis poe-
„ niteant, V. ex his in pane & a-
„ qua. Et qui ſic poteſt adimplere,
„ quomodo in poenitentiale ſcriptum
„ eſt; nam apud aliquos haec cauſa
„ ardua & difficile eſſe videtur. Et
„ ideo qui ſic iſta adimplere non po-
„ teſt conſilium damus, ut in Pſal-
„ mis, & Orationibus, vel Vigiliis
„ in noctibus ſive diebus aliquot in
„ poenitentia pro hoc eſſe debeat.
„ Ideſt pro unaquaque die quando in
„ pane, & aqua debet poenitere,
„ Pſallat Pſalmos L. flectendo ge
„ nua, aut ſine flectendo genua LXX.
„ infra Eccleſia, aut in alio ſecreto
„ loco, & ſe inde non moveat, do-
„ nec eos compleat. Qui verò om-
„ nes Pſalmos tenet, per ordinem
„ canat. Sin autem cum iſti praeci-
„ pui Pſalmi adimplere poteſt, ideſt
„ *Miſerere mei, Deus, ſecundùm &c.*
„ *Deus in nomine tuo: Miſerere mei,*
„ *Deus, miſerere: Deus miſereatur:*
„ *Deus in adjutorium.* Et ſi iſtos non
„ ſcit, cum ſolo *Miſerere mei, Deus,*
„ *ſecundùm*, poteſt adimplere. Pro
„ una Ebdomada canat Pſalterios III.
„ & Pſalmos XX. pro uno Menſe
„ Pſalterios XIII. & Pſalmos L. per
„ duos Menſes Pſalterios XXVI. &
„ Pſalmos C. per tres Menſes Pſal-
„ terios LX. pro integro Anno Pſal-
„ terios CXX. & CCC. palmatas pro
„ ſingulo Pſalterio: & omne cibum
„ quod ei Dominus dederit, poſtquam
„ pſallit, ſumat, niſi tantùm Quar
„ tâ, & Sextâ Feriâ, unâ die jeju-
„ net uſque ad Nonam, & aliâ u-
„ ſque ad Veſperum. Et hoc iterum
„ non committat. Et poſt haec re
„ miſſio pleniter eſt. Et qui Pſal-

A „ mos neſcit, & jejunare debet, &
„ non poteſt per unumquemque diem,
„ det Denarium valentem in elemoſi-
„ na, aut quantùm poteſt; & Quar-
„ tâ & Sextâ Feriâ jejunet uſque ad
„ Nonam. *Et qui hoc facere non po-*
„ *teſt, quod ſuperius dictum eſt, eli-*
„ *gat Sacerdotem juſtum vel Mona-*
„ *chum, qui verus Monachus ſit, &*
B „ *ſecundùm Regulam vivat, qui pro ſe*
„ *hoc adimpleat, & de ſuo juſto pretio*
„ *hoc redimat. Cantatio enim unius*
„ *Miſſae ſpetialis poteſt XII. dies re-*
„ *dimere: X. Miſſae tres Menſes poſ-*
„ *ſunt redimere: XX. Miſſae novem*
„ *Menſes: XXX. Miſſae duodecim*
„ *Menſes poſſunt redimere.*

„ Cum ergo venerit aliquis ad
C „ Sacerdotem confiteri peccata ſua,
„ mandet ei Sacerdos, ut expectet
„ modicum, donec intret ad cubi-
„ culum ſuum ad orationem. Si au-
„ tem non habuerit cubiculum, ta-
„ men in corde ſuo dicat Orationem
„ Dominicam, ideſt *Pater noſter*, &
„ Capitulum: *Ego dixi: Domine,*
„ *miſerere mei, ſana animam. Ab oc-*
D „ *cultis munda me, Deus, & ab alie-*
„ *nis &c. Illuſtra faciem tuam ſuper*
„ *ſervum tuum, & ſalvum &c. Miſe-*
„ *rere mihi, Domine, quoniam ad te*
„ *clamabo tota die. Laetifica, quo-*
„ *niam tu, Domine, ſuavis & mitis*
„ *multum. Domine, exaudi orationem*
„ *meam, & clamor &c.* Sequitur Ora-
„ tio: *Domine Deus omnipotens, pro-*
E „ *pitius eſto mihi peccatori, & prae-*
„ *ſta, ut ego condigne poſſim tibi gra-*
„ *tias agere, qui me indignum & pec-*
„ *catorem propter tuam miſericordiam*
„ *miniſtrum feciſti Sacerdotalis, & me*
„ *exiguum, humilemque & inutilem*
„ *mediatorem conſtituiſti ad orandum*
„ *& intercedendum ad Dominum no-*
„ *ſtrum Jeſum Chriſtum pro peccanti-*
„ *bus. Ideoque, dominator Domine,*
„ *qui*

,, *qui omnes homines vis ſalvos fieri*,
,, *& ad agnitionem veritatis venire*,
,, *qui non vis mortem peccatoris; ſed*
,, *ut convertatur & vivat, ſuſcipe o-*
,, *rationem meam, quam fundo ante*
,, *conſpectum clementiae tuae pro pec-*
,, *catis meis, & pro famulis famula-*
,, *buſque tuis, qui ad poenitentiam*
,, *venerunt. Per &c.* Oratione verò
,, completâ incipiat Sacerdos hunc
,, Pſalmum: *Domine, ne in furore*
,, *tuo*, ſecundùm; & dicat hanc O-
,, rationem: *Deus, cujus indulgentia*
,, *nemo non indiget: memento, Domi-*
,, *ne, famulo tuo* (illo) *vel famulis*
,, *tuis* (illis) *qui lubricâ terrenique*
,, *corporis fragilitate nudatus, quae-*
,, *ſumus, ut des veniam confitenti.*
,, *Parce ſupplici, ut qui noſtris me-*
,, *ritis accuſamur tuâ miſeratione ſol-*
,, *vamur. Per &c.* Et dicat Pſalmum
,, quinquageſimum; *Benedic, anima*
,, *mea, Domino*, uſque *Renovabitur*
,, *ſicut Aquila*. Et dicit Orationem
,, hanc: *Deus ſub cujus oculis omne*
,, *cor trepidat, omneſque conſcientiae*
,, *contremiſcunt, propitiare omnium ge-*
,, *mitibus, & cunctorum medere vulne-*
,, *ribus, ut ſicut nemo noſtrum eſt li-*
,, *ber a culpa, ita ſit alienus a venia.*
,, *Per &c.* Et dicat Pſalmum *Miſe-*
,, *rere mei Deus* ſecundum, uſque *&*
,, *omnes iniquitates meas dele*. Et di-
,, cat Orationem hanc: *Deus infini-*
,, *tae miſericordiae, veritatiſque im-*
,, *menſae, propitiare iniquitatibus no-*
,, *ſtris, & omnium animarum noſtra-*
,, *rum medere languoribus, ut miſera-*
,, *tionum tuarum remiſſione percepta*,
,, *in tua ſemper benedictione laetemur.*
,, *Per &c.* Et dicat Pſalmum: *Deus*
,, *in nomine tuo*. Et dicat Oratio-
,, nem hanc: *Praeveniat hunc famu-*
,, *lum tuum* (illum) *vel hos famulos*
,, *tuos* (illos) *quaeſumus, Domine*,
,, *miſericordia tua, & omnes iniqui-*

A ,, *tates ejus, vel eorum, celeri indul-*
,, *gentiâ deleantur. Per &c.* Et di-
,, cat Pſalmum: *Quid gloriaris*, u-
,, ſque *videbunt juſti*; & dicat Ora-
,, tionem hanc: *Exaudi, quaeſumus*,
,, *Domine, ſupplicum preces, & tibi*
,, *confitenti parce peccatis, ut quem*
,, *conſcientiae reatus accuſat, indul-*
,, *gentia tuae miſerationis abſolvat.*
B ,, *Per &c.*

,, Tunc ſurgant ab Oratione. Sur-
,, gentes verò ammoneat eum Sacer-
,, dos his verbis: Ecce Frater, Deo
,, gratias, dies ſancti, in quibus de-
,, bemus omnes Deo confiteri pecca-
,, ta noſtra; & ideo quia non eru-
,, buimus committere, nullo modo
,, debemus erubeſci, confiteri Deo,
C ,, maxime cum Scriptura dicat: *Non*
,, *eſt homo juſtus in terra, qui faciat*
,, *bonum, & non peccet*. Et Beatus
,, Johannes Apoſtolus dicit: *Mundus*
,, *totus in maligno poſitus eſt*. Et i-
,, terum: *Si dixerimus, quia pecca-*
,, *tum non fecimus, ipſi nos seduci-*
,, *mus, & veritas in nobis non eſt.*
,, Et Beatus Jacobus dicit: *Confite-*
D ,, *mini alterutrum peccata veſtra, &*
,, *orate pro invicem, ut ſalvemini.*
,, Et Dominus per Ezechielem Pro-
,, phetam loquitur: *Dic tu prior ini-*
,, *quitates tuas, ut juſtificeris*. Et
,, Salomon: *Ne tardes converti ad*
,, *Dominum, & ne differas de die in*
,, *diem, quia ſubito veniet ira ipſius.*
,, Ipſe etiam clemens & benignus
E ,, ad indulgentiam paratus, invitans
,, nos ad poenitentiam, ſic promit-
,, tit: *Peccator quacumque horâ con-*
,, *verſus fuerit ad me, omnium pecca-*
,, *torum ejus obliviſcar*. Et iterum:
,, *Convertimini ad me, & ego re-*
,, *vertar ad vos*. Ergo nullo modo
,, deſperemus de miſericordia Redem-
,, ptoris noſtri, quia nullum tam
,, grave peccatum eſt, quod non poſ-

,, ſit ignoſci. Plus ſunt enim cen- A
,, tuplum ipſius miſericordiae, quàm
,, peccata totius Mundi. Et ſi ex
,, toto corde poenitentiam egerimus,
,, ſtatim ſuſcipiet nos, & dimittet
,, nobis omnia peccata noſtra, & an-
,, tequam eum invocemus, dicet no-
,, bis: *Ecce adſum*. Quia ſicut Bea-
,, tus Johannes dicit: *Fidelis eſt &*
,, *juſtus, & dimittet nobis peccata no-* B
,, *ſtra; & emundat nos ab omni ini-*
,, *quitate*.
,, Poſt hanc verò monitionem, in-
,, terroga eum, ſi tenet Orationem
,, Dominicam & Symbolum, & ſi
,, ea rectè tenet. Sin autem corripe
,, illum, & ſtatuta die redeat. Tunc
,, dices ei: *Vis dare tuam Confeſſio-*
,, *nem?* Reſpondeat: *volo*. Interro- C
,, ga: *Credis in Deum Patrem, &*
,, *Filium, & Spiritum Sanctum?* Re-
,, ſpondet: *Credo*. Interroga: *Credis,*
,, *quod Pater, & Filius, & Spiri-*
,, *tus Sanctus tres Perſonae ſunt, &*
,, *unus Deus?* Reſpondeat: *Credo*. In-
,, terroga: *Credis, quod in ipſa carne,*
,, *in qua nunc es, ut in ipſa debeas*
,, *reſurgere in die Juditii, & recipe-* D
,, *re ſive bonum ſive malum, quod fe-*
,, *ciſti in vita tua?* Reſpondeat: *Cre-*
,, *do*. Interroga: *Habes fidem, quod*
,, *poſſit tibi Deus dimittere peccata*
,, *tua, ſi confeſſus & converſus fueris?*
,, Reſpondeat: *Habeo*. Interroga:
,, *Vis dimittere illis hominibus qui-*
,, *cumque in te peccaverunt? Domino*
,, *dicente: Si non dimiſeritis homini-* E
,, *bus peccata eorum, nec Pater veſter*
,, *caeleſtis dimittet vobis peccata ve-*
,, *ſtra*. Reſpondeat: *Volo*. Cave, ſi
,, non vult dimittere ſalvâ ſuâ lege,
,, nec debes dare ei poenitentiam.
,, Et ſi vult dimittere, interroga eum
,, capitalia peccata & minuta. Hoc
,, eſt Superbia, Homicidium, Adul-
,, terium, Perjurium, Mendacium,
,, Odium, Ira, Furtum, Rapina,
,, Sacrilegium, Avaritia, Cupiditas,
,, Uſura, Detractio, Hebrietas, Ven-
,, tris ingluvies, Luxuria, Fornica-
,, tio, Sodomiticum, Concupiſcentia,
,, Falſum teſtimonium, Traditio,
,, Falſitatem, Diſperantiam, Stulti-
,, loquium, Hypocriſis, Vaniloquium,
,, Pigricia, Ociofitas, Somnolentia,
,, Neglegentia, de Infantis oppreſſis,
,, de Divinationibus, & Sorciariis,
,, de Maleficiis, & Veneficiis, de
,, Incantationibus, de Decimis, &
,, Primiciis, de Miſterio Eccleſiae,
,, de Sacrificio, ſi per negligentiâ
,, ceciderit, aut vomuerit, & ſine
,, Baptiſterio mortui fuerint, de die
,, Dominico cuſtodiendo, ſi immun-
,, dum comederit, & Sepulchrum
,, violaverit, qui proximum ſuum
,, maledicit, & qui in verbis ſemper
,, jurat, qui invidet, accuſat, bla-
,, ſphemat, triſtatur. Et ſic judica
,, ſecundùm modum criminum ejus.
,, Et ſi ille dixerit: *multa ſunt pec-*
,, *cata mea in cogitationibus, in ver-*
,, *bis, in factis*, tunc da ei poeni-
,, tentiam. Poſtea intuitus eum, ſi
,, videris, ex toto corde confeſſus,
,, ſuſcipe per manum dexteram, &
,, promittat emendationem vitiorum
,, ſuorum; educ ante Altare, &
,, confiteatur peccata ſua. Et licèt
,, omnes in uno conſtringantur vi-
,, tio, diſcretio ſit in unoquoque
,, eorum. Hoc eſt inter divitem &
,, pauperem, liber, & ſervus, in-
,, fans & puer, juvenis & adoleſcens,
,, ſenes & aebes, gnarus & laicus,
,, atque femina, virgo Canonica, vel
,, ſanctae Monialis, cum conjugio, vel
,, ſine conjugio, peregrinus, ſanus, de-
,, bilis, infirmus, Clericus, Monachus,
,, in gradu, vel ſine gradu, Lector,
,, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter,
,, Epiſcopus. De qualitate hominum,
,, vel

A ,, vel pecudum , continens , vel in-
,, continens , voluntate , vel caſu , in
,, publico , vel in abſcondito , neceſ-
,, ſitate , vel voluntate . Loca & tem-
,, pora diſcernat , quali compunctio-
,, ne emendet . Et interroga eum , ſi
,, vult dimittere illis , quicumque in
,, eo peccavere , an non : vel ſi eſt
,, inceſtuoſus , aut ſi vult dare con-
B ,, feſſionem de omnibus peccatis ,
,, quibus peccavit poſt Baptiſmum ,
,, vel ſi vult ea cuſtodire , an non .
,, Et ſi haec noluerit , non des ei
,, poenitentiam , ſed inſtrue illum
,, cum ſeveritate , & dic ei :
,, Hoc ſcire potes , frater , quod
,, Dominus non judicabit bis , ſed
,, omnia in vera Confeſſione lavan-
C ,, tur . Et certe melius eſt tibi in
,, conſpectu Dei , & mihi indigno
,, Sacerdoti , tua confiteri peccata ,
,, quàm in die Judicii in conſpectu
,, Angelorum , vel filiorum homi-
,, num , ubi omnia peccata abſconſa
,, manifeſta erunt , qui ea in prae-
,, ſenti erubuerit confiteri . Nam qui
,, in hoc Saeculo ſua fuerit peccata
D ,, confeſſus , & poenitentia digna in-
,, de acceperit , & ea cuſtodierit ,
,, ſine dubio in die Judicii illa pec-
,, cata ei non manifeſtabuntur , ſi i-
,, terum ea non fecerit , & uſque in
,, illa die ſemper fructuoſa erit ve-
,, ra poenitentia . Sed poſt ea nul-
,, lum ſpatium datur poenitentiae .
,, Vera enim converſio non eſt , niſi
E ,, omnia peccata fueris confeſſus , &
,, omnem diſcordiam dimiſeris . Et
,, ad veram poenitentiam non pote-
,, ris pervenire , nec vitam aeternam
,, poſſidere , niſi ad veram pacem &
,, concordiam veneris , cum qui-
,, bus concors non es , ſicut ipſe
,, Dominus dicit : *Dimittite , & di-*
,, *mittetur vobis :* Item : *Orate pro*
,, *perſequentibus , & calumniantibus*
,, *vos . Et ſi non dimiſeritis homini-*
,, *bus peccata eorum , nec Pater veſter*
,, *caeleſtis dimittet vobis peccata ve-*
,, *ſtra* . Paulus Apoſtolus dicit : *Ple-*
,, *nitudo ergo Legis eſt Dilectio* . Nunc
,, autem ſi pleniter , ac fideliter con-
,, feſſus fueris , & emendaveris , pro-
,, mitto tibi per Dei omnipotentis
,, miſericordiam , quod peccata tua
,, oblivioni tradentur ; at tamen ut
,, de praeteritis lugeas , & de futu-
,, ris te caveas . Et quomodo potes ,
,, frater poenitentiam accipere , niſi
,, hoc , quod Dominus dicit attende-
,, ris , qui cotidie clamat ? *Nolo mor-*
,, *tem peccatoris , ſed ut convertatur ,*
,, *& vivat* . Memor eſto confeſſio
,, Publicani , vel converſio Latronis
,, in Cruce pendentis . Audi , inquit ,
,, Dominum dicentem : *Si offers mu-*
,, *nus tuum ad Altare , & ibi recor-*
,, *datus fueris , quia frater tuus habet*
,, *aliquid adversùm te , relinque munus*
,, *tuum ante Altare , & vade prius re-*
,, *conciliari fratri tuo* . Non dixit :
,, ſi tu habes adversùs fratrem tuum ,
,, ſed ſi frater tuus habet aliquid
,, adversùm te , quia tunc nobis a
,, Domino debita dimittuntur , cum
,, nos proximis univerſa mala dene-
,, gamus . Et ſemper omnino provi-
,, dendum eſt , ſi vult pleniter di-
,, mittere , & ſatisfacere omnibus ,
,, non ſolùm cui ille , ſed qui
,, ſibi deliquit , aut non , quia de
,, talibus ſcriptum eſt : *Juga boum*
,, *emi quinque : Uxorem duxi : Villam*
,, *emi , rogo te , habe me excuſatum* .
,, Humilitas verò ſonat in voce ,
,, Superbia in actione . Et ſicut non
,, proficit vulneri medicamentum , ſi
,, adhuc ferrum in eo eſt , ita nihil
,, proficit abſtinentia illius , cujus a-
,, dhuc dolus in mente , vel in viſu
,, manet , aut in pectore . Qui verò
,, poenitentiam faciunt jejunio & fle-

,, tu ,

,, tu, in orationibus, & eleemoſy- A
,, nis, perpetrata iterum non com-
,, mittant; quia Deus dicit: *Malum*
,, *cogitavi; ignovi. Malum feciſti;*
,, *ignovi. Perſeverare in malum non*
,, *ignoſco. Ideo judica diſtrictum judi-*
,, *tium ſecundùm Canonum, ut ceteri ti-*
,, *morem habeant*. Ecce, frater, ta-
,, lia ſunt praecepta divina. Si haec
,, omnia, quae in paucis tibi retuli B
,, verbis, juxta tuam poſſibilitatem,
,, Domino adjuvante, impleveris, in
,, veritate dico tibi, poenitentiam
,, poteris accipere: & ſi eam utili-
,, ter cuſtodieris, in perpetuum eris
,, ſalvandum, & cum Chriſto ſine
,, fine in caeleſtia patria regnaturus.
,, Nam ſi eſt, quod iterum ad pri-
,, ſtinum peccatum reverſus fueris, C
,, ſicut canis, qui revertitur ad pro-
,, prium vomitum, quia poenitentia
,, non tantum verbo agenda eſt, ſed
,, ſatisfactio. Cito enim corrigitur cul-
,, pa, quae cito cognoſcitur; tardius
,, autem ſanatur vulnus, quae putre-
,, ſcentibus membris longo tempore
,, adhibetur. Qui peccat, & cito
,, corrigitur, continuo reviviſcit; D
,, nam qui conſuetudinem facit pec-
,, candi, jam ſepultus eſt. Secun-
,, dùm modum culpae exhibenda eſt
,, poenitentiae magnitudo. Murmu-
,, rare verò in flagellis Dei, pecca-
,, tor homo non debet, quia maxi-
,, me per hoc emendatur. Ex tribus
,, enim cauſis accidit, ideſt ex pec-
,, cato, ex temptatione, ex intem- E
,, perantia paſſionis. Qui flagella
,, ſuſtinet, & contra Deum murmu-
,, rat, juſtitiam judicantis accuſat.
,, Poſt haec omnia prolata, ſi vi-
,, deris eum bene converſum, & in-
,, ceſtuoſa dimittere promittat, &
,, omnia emendare, quod injuſte e-
,, git, & perſeverare in bonis acti-
,, bus, & omnia ſacra Scriptura
,, credere, vel reſurgere in die Ju-
,, ditii, & recipere bonum, ſive ma-
,, lum, quod egit, dic illi: Certe
,, irritum eſt illi poenitentiam acci-
,, pere, & ſine dubio fruſtra venit
,, ad poenitentiam, qui ſemetipſum
,, abnegare non vult, dicente Domi-
,, no: *Si quis vult poſt me venire,*
,, *abneget ſemetipſum: tollat Crucem*
,, *ſuam, & ſequatur me*. Crux quip-
,, pe tollere, ſemetipſum abnegare,
,, Dominumque ſequere eſt, quiſquis
,, terrenis deſideriis, vaniſque cupi-
,, ditatibus implicatus, atque nefan-
,, dis operibus deditus, abrenuntia-
,, verit, mens de terrenis ad caele-
,, ſtia erexerit, & de vanis cupidi-
,, tatibus elemoſinarum largitione in-
,, digentibus copiam tribuerit, & de
,, nequiſſimis operibus fructum bo-
,, nae operationis, prout vires ſuppe-
,, tunt, per veram confeſſionem, la-
,, crimarumque irrigationem de prae-
,, teritis delictis ſedula lamentatione
,, Creatori ſuo effuderit, & ad eo-
,, ſdem mores non omnino reſpexe-
,, rit, procul dubio ſe ille, quod
,, olim fuit, negare non deſinit.
,, Iſte, qui talia egerit, omnino
,, crucem ſuam tollit, ſemetipſum
,, quod fuit negatum reminiſcit, au-
,, ctoremque vitae Chriſtum ſequi
,, non diffidit, at aeternam vitam
,, pervenire poterit, eo Domino prae-
,, ſtante, qui ſuper uno peccatore
,, converſo plus gaudet, quam ſupra
,, nonaginta novem juſtis, quibus
,, non eſt opus poenitentiâ, qui vi-
,, vit & regnat in Saecula Saeculo-
,, rum. Amen.

„ Incipit Confeſſio, qualiter con-
„ fiteri debet homo peccata ſua
„ Deo & Sacerdoti.

„ COnfiteor tibi, Domine Pater
„ caeli & terrae, coram hoc
„ ſancto Altario tuo, & iſtius loci
„ Reliquias, & coram hoc Sacerdo-
„ te tuo, omnia peccata mea, quic-
„ quid Dei pietas mihi ad memo-
„ riam reduxit, vel quaecumque fe-
„ ci ab infantia mea ſive in cogita-
„ tionibus, ſive in mala voluntate,
„ ſeu opere, ſive de omnibus pecca-
„ tis, quae feci contra tuam volunta-
„ tem, & leges Chriſtianas, & contra
„ ſanctam Regulam, & contra om
„ nia praecepta divina. Confiteor
„ omnia cordis & corporis mei vi-
„ tia. Peccavi per ſuperbiam & ela-
„ tionem, per avaritiam & detra-
„ ctionem, & quia falſitate loquu-
„ tus ſum. Peccavi & juravi & per-
„ juravi. Peccavi per verba viſum
„ moventia, & per multa verba otioſa
„ vel vana. Peccavi, quod die Domi-
„ nico in Eccleſia loquutus ſum vana
„ verba, & Quadrageſimae vel indicto
„ & communi jejunio violavi, & for-
„ nicavi. Peccavi per fraudem, &
„ furtum, & turpiloquium, & ſcur-
„ rilitatem, & proterve egi. Peccavi
„ per adulterium & fornicationem, &
„ omne ſcelus, vel omni nefas, tur-
„ piſſimas & ſordidas cogitationes
„ & operationes & pollutiones, ſicut
„ equus & mulus, quibus non eſt
„ intellectus. Miſer ego infelix pec-
„ cator peccavi per concupiſcentia
„ mulierum, & Moechatus ſum eas
„ in corde meo, & in corpore. Pec-
„ cavi per illuſionem nocturnam, &
„ pollutus & ſordibus introivi in
„ Sanctam Eccleſiam miſer ego, &
„ praeſumpſi ad Altare accedere,

A „ quod dignus non ſum, quod cum
„ ſordidas cogitationes & opere aſſiſte-
„ bam ibi, & diſcordia cum Fratri-
„ bus habebam. Peccavi per gulam
„ & crapulam & ebrietatem uſque
„ ad vomitum. Peccavi per homici-
„ dium & detractionem, per acci-
„ diam & otioſitatem, ſomnolen-
„ tiam, pigritiam, jactantiam cor-
B „ dis & corporis mei. Peccavi, quod
„ inobediens fui Pontifici meo, vel
„ ceteris fratribus meis, & humili-
„ tatem non habui. Sine cauſa ira-
„ tus ſum adversùs fratres meos, &
„ deformavi, & deſpexi eos, & di-
„ xi *Racha*, vel *fatuo:* etiam provo-
„ cavi eos ad iram, & ſcandalizavi
„ unum de puſillis. Peccavi & frau-
C „ davi res Eccleſiae, vel Domino
„ meo, vel proximi mei. Habui
„ concupiſcentia hujus Mundi, &
„ plus quaeſivi placere hominibus
„ quàm Deo. Peccavi, quia ſicut
„ hypocrita vel idiota egi. Contri-
„ ſtavi hominem, & pignus abſtuli
„ hominibus, & non eum reddidi,
„ & quod nolui mihi fieri, alteri
D „ feci. Malum pro malo reddidi,
„ etiam malum pro bono. Pacem
„ falſam dedi cum Fratribus, & in
„ corde dolo tenebam. Miſer ego
„ peccavi, quia dilectionem Dei &
„ proximi vel caritatem cum fatri-
„ bus meis non habui. Peccavi
„ quia multos homines feci jurare
„ & perjurare, ſciente me, & occiſi
E „ eos in anima & corpore. Peccavi
„ nimis conſpectu Dei. Diſſipavi
„ ſubſtantia mea cum meretricibus
„ vivendo luxurioſe. Peccavi, quia
„ invidia, & hodio habui adversùs
„ fratres meos, & accuſavi eos, &
„ dixi ſuper eos falſum teſtimonium.
„ Peccavi, quia loquutus ſum cum
„ proximo meo, & occultas inſidias
„ ei poſui, & circumveni hominem
„ in

,, in negotio, vel in penſa, & men-
,, ſura duplici. Peccavi, quia ſimu-
,, lavi me eſſe juſtum propter cupi-
,, ditatem & vanam gloriam, ut ho-
,, minibus placerem, cum eſſem mi-
,, ſer, & Peccator nimis. Peccavi,
,, quia gaudium habui ſuper interi-
,, tum inimicis meis, & adversùs
,, filiis matris meae poſui ſcandalum.
,, Paravi foveam, ſeminavi diſcor-
,, diam & rixas vel zizania inter
,, fratres, & ſciſma miſi inter eos
,, per contentiones, animoſitates, &
,, murmurationes, per diſcenſiones,
,, & ſuſurrationes, inflationes & ſe-
,, ditiones, per amaritudinem, indi-
,, gnationem, & iram, & clamorem
,, atque blapſemiam. Peccavi, quia
,, injuſte judicavi hominem, vel e-
,, tiam condempnavi, ſive flagellavi
,, ſine cauſa per ira & vana gloria.
,, Peccavi, quia propter cupidita-
,, tem & vanitatem hujus Saeculi
,, juravi, & honorem Sacerdoti prae-
,, ſumpſi accipere, cum dignus non
,, eſſem miſer ego. Et perjuravi,
,, quia minime implevi, quod pro-
,, miſi, & opus Dei negligenter fe-
,, ci. Circa Altaria vel Sacrificia
,, omnem negligentiam habui. Cor-
,, pus & Sanguinem Domini indigne
,, ſumpſi; etiam per ebrietatem re-
,, jeci eum, & gravioribus culpis
,, commiſi miſer ego. Peccavi per
,, rixas, per vana gloria, & per i-
,, ram maledixi homines: etiam bla-
,, pſemavi eos, & peccare feci, quia
,, malis meis exemplis vel ſuaſioni-
,, bus multae animae perierunt; mi-
,, ſer ego peccavi per delectationes
,, peſſimas, per ſomnia vana, per
,, auguria, & divinationes. Simili-
,, ter voluntarie & delectabiliter pec-
,, cavi in viſu, auditu, guſtu, ho-
,, doratu, & tactu. Peccavi etiam
,, in lege Dei, & in cogitationibus,

A ,, in verbis, in factis, in operibus,
,, in vagatione mentis, in ira, in
,, potu & in cibo, atque in negli-
,, gentiis multis. Ego confiteor, quia
,, in ſancta Dei Eccleſia multa ma-
,, la cogitavi & perpetravi; inordi-
,, nate & ſuperbe ſteti & ſedi, ja-
,, cui, aſpexi, perrexi, oſculavi,
,, conſenſi, tetigi, intravi, exivi.
B ,, Similiter in omnibus locis, ubi-
,, cumque voluptas corporis mei me
,, perduxit, perſeveravi. Feci cantica
,, turpia, & inepta protuli carmina.
,, Oſculo nefando pollutus ſum. Sa-
,, cramentum ſuper ſancto Altare &
,, ſanctas Reliquias, vel in benedicta
,, Cruce juravi, & verba perjuria,
,, & mendatia protuli. Per ſanctum
C ,, Dei nomen, & Chriſti Evange-
,, lium, vel Sanctorum nomina ac
,, corpora juravi miſer ego. Confi-
,, teor ego, quia multum peccavi,
,, & multa mala cogitavi & perpe-
,, travi ubique, & cum mala volun-
,, tate conſilia mala dedi contra Dei
,, praeceptum, & Dei voluntatem.
,, Patrem meum & matrem meam,
D ,, fratres, & ſorores, patruos & a-
,, mitas, ſive omnibus parentibus
,, meis, ſecundùm Dei praeceptum
,, & voluntatem, honoris obſequium
,, non exibui, nec in neceſſitatibus
,, eorum, prout potui, praefui. Om-
,, nes Chriſtianos, ſicut Deus prae-
,, cepit, non dilexi. Dominicâ die,
,, & ſollempnitates Sanctorum non
E ,, digne nec Deo acceptabile duxi,
,, & ad neſcientibus non annuntiavi.
,, Decimas bonorum meorum non
,, reddidi. Latrocinium & furtum
,, abſcondi, & commedi, & abſcon-
,, dentem conſenſi. Infirmos, & in
,, carcere poſitos non viſitavi, nudos
,, non operui, hoſpites propter Do-
,, minum non ſuſcepi, nec pedes eo-
,, rum lavi; eſurientes & ſicientes

,, non refici; dolentes & flentes non
,, conſolavi; inter ſe diſcordantes,
,, ſive parentes meos vel alios Chri-
,, ſtianos rixantes vidi, plus ad ira
,, cundiam, quàm ad pacem provo-
,, cavi, miſer ego. De his ſupradi-
,, ctis malis & de aliis innumerabi-
,, libus delictis & peccatis meis,
,, quod ego miſer & infelix ab in-
,, fantia uſque hodie commiſi, &
,, minime recordare poſſum, Deo &
,, omnibus Sanctis ejus confeſſus ſum,
,, & tibi Dei Miſſo. Unde te de-
,, precor, ut intercedas pro me ad
,, Redemptorem Dominum noſtrum
,, Jeſum Chriſtum, & judices me
,, ſecundùm quod tibi viſum fuerit,
,, ut veniam inveniri merear per
,, eum, qui vivit & regnat Deus,
,, per omnia Saecula ſaeculorum.
,, Amen.

,, Iterum verò interroget eum Sa-
,, cerdos ita: Dic mihi, frater, ſpe-
,, cialiter opera tua, quae feciſti aut
,, cogitaſti. Peccaſti in cogitatione
,, aut in verbo, vel in opere? Jura-
,, ſti ſupra Euangelia, aut ſuper Al-
,, tare? Si perjuraſti, X. Annos pe-
,, niteas. Juraſti in manu Sacerdotis,
,, aut alterius hominis manu, aut in
,, Cruce conſecrata? Si juraſti &
,, mentitus es, III. Annos peniteas.
,, Maledixiſti hominem per iram?
,, Habuiſti invidiam? Fuiſti detrac-
,, cioſus? Dixiſti ocioſa verba? VII.
,, Diebus peniteas. Habuiſti odium
,, vel iram? Tamdiu cum pane &
,, aqua vivas. Habuiſti concupiſcen-
,, tia gulae? Cogitaſti ſordide? Con-
,, cupiſti aliquid, quod non debui-
,, ſti? Peccaſti voluptuoſe delecta-
,, tione? Fuiſti aſper pauperibus?
,, Neglexiſti viſitare Chriſtum in car-
,, cere, vel infirmos, & excipere
,, peregrinum in domum tuam? Ne-
,, glexiſti reducere diſcordes ad con-

A ,, cordiam integro animo? Manduca-
,, ſti jejuniorum diebus ante horam?
,, Fuiſti occupatus ocioſis fabulis,
,, ſtans in Eccleſiam leccionem divi-
,, nam audientes? Cogitaſti aliquid
,, pſallendo vel orando aliut quàm
,, oportebat? Fuiſti locutus luxurio-
,, ſa, vel detractioſa verba? VII.
,, Diebus peniteas. Fuiſti ſacrilegus,
B ,, aut maleficus? VII. Annis peni-
,, teas, tribus in pane & acqua. Fe-
,, ciſti furtum? Ut ſupra peniteas.
,, Fornicaſti? Feciſti adulterium cum
,, muliere aliena, aut cum Virgine,
,, aut Sanctimoniales? VII. Annos
,, peniteas, tres in pane & aqua.
,, Aut jumento, vel aliis animali-
,, bus? XV. Annos peniteas, Feciſti
C ,, homicidium? VII. Annos peniteas
,, tres in pane & aqua. Fuiſti ra-
,, ptor? Dixiſti falſum teſtimonium?
,, Ut ſupra peniteas. Coinquinaſti
,, te in membris tuis malis? Coin-
,, quinaſti in concupiſcentia oculo-
,, rum fantaſmatum, tangendo per
,, mala delectatione? XL. diebus pe-
,, niteas. Vidiſti voluntarie, quod li-
D ,, citum non fuit videre? aut audi-
,, ſti delectabiliter, quod non debui-
,, ſti? Fuiſti locutus, quod licitum
,, non fuit, aut tacuiſti hoc, quod
,, loquere debuiſti? Fuiſti manibus
,, tuis operatus hoc quod non lici-
,, tum fuit? Ambulaſti, ubi licitum
,, non fuit? Praeteriſti hoc, quod
,, praeceptum fuit? Cogitaſti, aut
E ,, locutus fuiſti, quando voluiſti, aut
,, noluiſti? Sciens aut neſciens fuiſti
,, operatus contra voluntatem Dei?
,, Quomodo conſevaſti patrem, aut
,, matrem, & cumpatrem vel com-
,, matrem, ſeu filios tuos in Chri-
,, ſto? Quomodo conſervaſti te Die
,, Dominico: aut alia feſta Sancto-
,, rum? Si neglegiſti, VII. Diebus
,, peniteas. Accepiſti Communionem
,, ſan-

„ ſanctam? Conſervaſti eam? Si vo-
„ mitum feciſti ex ea propter ebrie-
„ tatem, XL. Dies peniteas. Si pro-
„ pter infirmitatem, VII. Diebus
„ peniteas. Si canis eam ſumſit, An-
„ num peniteas. Conſervaſti peni-
„ tentiam, quam antea habuiſti? Si
„ neglexiſti ſuper inpoſicionibus, e-
„ mendetur. Super impoſicionem ad-
„ dere jejunium de hora tertia in
„ ſexta, de ſexta in nonam, de nona
„ in veſperum. In judicio judicaſti
„ juſte ac inj ſte? Sicut judicaſti, ita
„ es judicandus a Domino. Feciſti vo-
„ mitum per ebrietatem? XV. dies
„ peniteas. Concupiſti fornicare, &
„ non potuiſti? I. Annum peniteas.
„ Oſculaſti inlecebroſum oſculum?
„ VII. Dies peniteas. Fuiſti in ſom-
„ no pollutus? I. Diem peniteas,
„ aut XXX. Pſalmos cantes. Nu-
„ pſiſti cum uxore tua retro? XL.
„ Dies peniteas. Coluiſti idola vel
„ incantaciones, aut divinaciones,
„ vel ſortes? VII. Annos peniteas,
„ aut V. vel III. Conſenſiſti homici-
„ dium? Si factum fuit, VI. Annos
„ peniteas; & ſi non factum fuerit,
„ III. Furaſti cibum? XL. Dies pe-
„ niteas. Percuſſiſti hominem per i-
„ ram? efudiſti ſanguinem? XL. Dies
„ peniteas. Tuliſti uſuras? I. An-
„ num peniteas, dimidium in pane
„ & aqua.

„ De Mulieribus. Mulier fornica-
„ ſti? necaſti partum conceptum? X.
„ Annos peniteas. Es adultera? VII.
„ Annos peniteas. Coinquinaſti te
„ ipſam? III. Annos peniteas. Con-
„ ſenſiſti duobus Fratribus? Uſque
„ ad mortem peniteas, & in finem
„ vitae accipias Corpus Domini.
„ Poſuiſti filium tuum ſuper te-
„ ctum, aut fornacem per ſanitate?
„ VII. Annos peniteas. Oppreſſiſti
„ filium tuum dormiens? III. An-
„ nos peniteas.

A „ De Presbyteris. Presbiter, acce-
„ piſti uxorem? Deponatur. Perpe-
„ traſti adulterium? Amplius pelli
„ debet, & ad penitentiam redigi,
„ vel X. Annos in pane & aqua pe-
„ niteat. Diaconus VII. tres in pa-
„ ne & aqua. Subdiaconus V. duos
„ in pane & aqua.

„ Confeſſio peractâ, imponat ei
B „ Sacerdos jejunium, ſecundum quod
„ melius fuerat, quia ipſius arbitrio
„ conſiſtit modus penitentiae. Indi-
„ cto vero jejunio iterum proſterna-
„ tur ante ſanctum Altare, uſque
„ in finem Pſalmi, & *Kirie eleiſon*,
„ *& Pater noſter*.

„ Iſti dies abſoluti ſunt, quibus
„ divinum audire officium debemus.
C „ Omnes dies Dominici. Natale Do-
„ mini cum aliis tribus diebus, ideſt
„ Sancti Stephani, & Sancti Johan-
„ nis Evangeliſtae, & Sanctorum
„ Martyrum Innocentorum. Octava
„ Domini. Piphania Domni. Puri-
„ ficatio Sanctae Mariae. Totae Al-
„ bae. Aſcenſio Domini. Feſtivitas
„ duodecim Apoſtolorum. Nativitas
D „ Sancti Johannis Baptiſtae. Aſſum-
„ ptio Sanctae Mariae. Miſſa Sancti
„ Laurentii. Dedicatio Sancti Mi-
„ chaëlis. Miſſa ſancti Martini, vel
„ illorum Sanctorum, Corpora (*quo-*
„ *rum*) infra iſta Provincia requie-
„ ſcunt.

„ Poſt hanc ammonitionem faciat
„ penitens Confeſſionem; *Ego miſer*
E „ *cognoſco me peccatorem. Ego volo*
„ *Deo confiteri, & coram hoc ſancto*
„ *Altario, & iſtius loci Reliquiis, &*
„ *tibi Sacerdoti*. Poſtquam ergo de
„ his hujuſcemodi confeſſus fuerit,
„ projiciat ſe penitens in terra ante
„ Altare coram Sacerdote, & dicat:
„ *Ego confiteor, Domine pater coeli &*
„ *terrae coram hoc ſancto Altario tuo*
„ *in pura & vera confeſſione, ac bona*

,, *voluntate ad emendandum. Sed tu*
,, *Deus, quia dixiſti; nolo mortem*
,, *peccatoris, ſed ut convertatur &*
,, *vivat. Miſerere mei, & remitte ac*
,, *dele omnia peccata mea praeterita,*
,, *praeſentia; daque mihi fortitudinem*
,, *de futuris, ut ad iſta ulterius non*
,, *revertar: facque mihi ſecundùm tuam*
,, *clemenciam, & perduc me ad vitam*
,, *aeternam. Amen.* Et dicat Sacer-
,, dos: *Miſereatur tui omnipotens*
,, *Deus, & dimittat tibi omnia pecca-*
,, *ta tua, & liberet te in omni opere*
,, *bono, & perducat te in vitam ae-*
,, *ternam. Amen.*
,, Capitula. *Salvum fac ſervum*
,, *tuum; Deus meus ſperantes. Ab*
,, *occultis meis munda me, Domine:*
,, *& ab alienis parce ſervo tuo: Do-*
,, *mine, non ſecundùm peccata no-*
,, *ſtra faciet nobis, neque ſecundùm*
,, *iniquitates noſtras: Domine exaudi*
,, *orationem meam, & clamor meus ad*
,, *te veniat.* Deinceps Sacerdos ſtans,
,, qui ſe inter Deum & hominem
,, mediatorem diſcernit, ante conſpe-
,, ctum divinae majeſtatis cum ge-
,, mitu poſtulat dicens Orationes:
,, *Preveniat hunc famulum tuum, quae-*
,, *ſumus, Domine, miſericordia tua,*
,, *& omnes iniquitates celeri indul*
,, *gentiâ largiatur: per Dominum &c.*
,, Alia: *Omnipotens ſempiterne Deus,*
,, *confitenti tibi huic famulo tuo pro*
,, *tua pietate peccata relaxa, ut*
,, *non plus ei noceat conſcientiae reatus*
,, *ad poenam, quàm indulgentia tuae*
,, *pietatis adveniat Per &c.* Alia: *In-*
,, *clina, Domine, aurem tuam ad me,*
,, *& exaudi me. Reſpice de Coelo,*
,, *Chriſte, ſuper famulum tuum iſtum,*
,, *& porrige manum tuam ſuper ipſum,*
,, *& benedic corpus & animam ejus,*
,, *ut in conſortio Sanctorum accipiat*
,, *benedictionem coeleſtem, lumen ange-*
,, *lice Spiritum Sanctum Paraclitum;*

A ,, *qui ex aqua & Spiritu Sancto eſt*
,, *renatus, qui precioſo Sanguine tuo*
,, *in terra eſt comparatus, qui ſignum*
,, *tuum, Chriſte, in fronte accepit,*
,, *tuum eſſe concedas in die Judicii;*
,, *& quem precioſo Sanguine redemiſti,*
,, *in tuo Regno jubeas adjuvari introi-*
,, *tum habendi, ſicut benedixiſti Pa-*
,, *triarchas & Prophetas & Apoſtolos*
B ,, *& Martyres, Confeſſores & Virgi-*
,, *nes, Sacerdotes atque omnes Sanctos.*
,, *Sic benedicere digneris, Domine,*
,, *famulum tuum iſtum, qui in nomine*
,, *tuo in conſpectu clementiae tuae be-*
,, *nedictionem & veniam pro peccatis*
,, *ſuis poſtulat. Et ſicut liberaſti tres*
,, *pueros de camino ignis ardentis, ſic*
,, *liberare digneris, Domine, famulum*
C ,, *tuum iſtum de Inferno & de poteſta-*
,, *te Diaboli, & de terrena cupidita-*
,, *te, & de variis languoribus. Cul-*
,, *pas ejus parcas, Peccata remittas;*
,, *ut mundus & immaculatus in die*
,, *judicii ipſum recipias, ſicut recepiſti*
,, *Eliam & Enoc juſtos in Regno cae-*
,, *lorum.* Alia: *Benedicat tibi Domi-*
,, *nus, qui te creavit in carne. Sa-*
D ,, *net te Dei Filius, qui pro te paſ-*
,, *ſus eſt in Cruce, Illuminet te Deus*
,, *Spiritus Sanctus, qui in te effuſus eſt*
,, *in Baptiſmo. Sanet te Sancta Trini-*
,, *tas & Unitas excelſa cum omni ſa-*
,, *nitate perpetua. Corpus tuum cuſto-*
,, *diat. Animam tuam ſalvet. Cor*
,, *tuum irradiet. Senſum dirigat, &*
,, *ad ſupernam gloriam perducat. Om-*
E ,, *nes Sancti Angeli & Archangeli,*
,, *Patriarchae & Prophetae, Apoſtoli*
,, *& Martyres, Confeſſores & Virgi-*
,, *nes intercedant pro te ad Dominum*
,, *noſtrum Jeſum Chriſtum: & omnes*
,, *benedictiones, quae ſcriptae ſunt in*
,, *novo Teſtamentum, in te deſcendant,*
,, *teque defendant; ut hìc habeas cen-*
,, *tuplum, & in futura vitam aeter-*
,, *nam poſſideas. Ab omni dolore &*
,, *ab*

„ *ab omni tribulatione te eripiat Chri-* „ *ſtus Filius Dei, qui cum Patre &* „ *Spiritu Sancto vivit & regnat in ſae-* „ *cula ſaeculorum. Amen.*

„ Item Oratio impoſicionis. *Do-* „ *mine ſancte Pater, omnipotens eterne* „ *Deus, qui per Jeſum Chriſtum filium* „ *tuum Dominum noſtrum vulnera no-* „ *ſtra curare dignatus es, te ſupplices* „ *rogamus ac petimus nos tui Sacerdo-* „ *tes, ut ad precibus noſtris aures tuae* „ *pietatis inclinare digneris, & ad pe-* „ *nitentis confeſſionem movearis: re-* „ *mittaſque omnia crimina & peccata* „ *univerſa, condoneſque huic famulo* „ *tuo, Domine, pro ſupplicationibus* „ *veniam, pro merore leticiam, pro* „ *morte vitam: ut qui ad te tantam* „ *ſpem caeleſti apicis devolutus eſt, &* „ *de tua miſericordia confidens ad bo-* „ *num pacis premiis tuis, atque caele-* „ *ſtia Regna, te protegente pervenire* „ *mereatur ad vitam aeternam.* „ *Per &c.* Item commendacio: *Com-* „ *mendamus tibi, Domine, in vita* „ *praeſenti, ut ab omni malo eum eri-* „ *pias, & intercedente beato Petro* „ *Apoſtolo tuo, ad vitam perducas ae-* „ *ternam. Per &c.* Alia: *Interceden-* „ *te pro nobis beata & glorioſa ſem-* „ *perque Virgine Dei genitrice Maria,* „ *& beato Petro Principe Apoſtolorum,* „ *qui habet poteſtatem ligandi atque* „ *ſolvendi, ipſe te abſolvat, & liberet* „ *ab omnibus peccatis tuis. Qui vi-* „ *vit &c.* Poſtea vero abſolvat eum, „ ita dicens: *Tu, qui es noſtri myſte-* „ *rii vinculo alligatus, ſi forte tibi* „ *contigerit, me abſente, in aqua ſeu* „ *itinere, vel in quocumque loco, ut* „ *ab hoc Saeculo migrare cogaris, quan-* „ *tum noſtrae eſt poteſtati abſolutus &* „ *reconciliatus ſis a nobis & a Domi-* „ *no Deo, ejuſdemque miſericordia com* „ *mendatus; & ab omni penitentie ex-* „ *communicationis vinculo abſolutus, ut*

A „ *placide ac tranquille ad lucem eter-* „ *nam tranſire valeas. Quod ipſe prae-* „ *ſtare dignetur, qui cum Patre &* „ *Spiritu Sancto vivit & regnat per* „ *omnia Secula Seculorum. Amen.* I- „ tem alia Oratio ad abſolucionem: „ *Ab omnibus judiciis, quae tibi pro* „ *peccatis tuis debentur, ſecundùm ma-* „ *gnam miſericordiam ſuam omnipotens*

B „ *Dominus te abſolvat & parcat &* „ *remittat ac deleat omnia peccata* „ *tua, & perducat, atque introducat* „ *te in vitam eternam. Amen.* Item „ alia Oratio ad abſolucionem: *A-* „ *deſto, Domine, ſupplicationibus no-* „ *ſtris, & me etiam miſericordia tua* „ *primus indigeo, clementer exaudi,* „ *ut quem non eleccione meritis, &*

C „ *dono gratiae tuae conſtituiſti operis* „ *hujus miniſterium, da fiduciam tui* „ *muneris exequendi, & ipſe in* „ *noſtro miniſterio, quod tuae pietatis* „ *eſt operare. Per &c.* Alia: *Praeſta,* „ *queſumus, Domine, famulo tuo di-* „ *gnum penitentiae fructum, ut Eccle-* „ *ſiae tuae Sanctae, a cujus integrita-* „ *te deviarat peccando, ammiſſorum*

D „ *reddatur innoxius veniam conſequen-* „ *do Per &c.* Alia: *Deus qui humani* „ *generis benigniſſime reformator, qui* „ *hominem invidiâ Diaboli ab eterni-* „ *tate de rectum, unici Filii tui ſan-* „ *guine redemiſti, vivifica hunc famu-* „ *lum tuum, quem tibi nullatenus mo-* „ *ri deſideras, & qui non derelinquis* „ *devium, aſſume correptum. Moveant*

E „ *pietatem tuam, quaeſumus, Domine,* „ *hujus famuli tui lacrimoſa ſuſpiria.* „ *Tu ejus medere vulneribus. Tu ja-* „ *cente manum porrige ſalutarem, ne* „ *Eccleſia tua aliqua ſui corporis va-* „ *ſtetur, ne grex tuus detrimentum* „ *ſuſtineat, ne de familiae tuae dampno* „ *inimicus exultet, ne renatum lava-* „ *cro ſalutari mors ſecunda poſſideat.* „ *Tibi ergo, Domine, ſupplices preces,*

„ *tibi*

A ,, *tibi fletum cordis effunditur. Tu*
,, *parce confitenti, ut ſic in hac mor-*
,, *talitate peccata ſua te adjuvante de-*
,, *fleat, qualiter in tremendi Judicii*
,, *die ſententiam dampnationis eternae*
,, *evadat, & neſciat, quod intret in*
,, *tenebris, quod ſtridet in flammis;*
,, *atque ab erroris via ad iter reverſus*
,, *juſtitiae, nequaquam ultra vulneribus*
B ,, *ſancietur. Sed integrum ſit ei atque*
,, *perpetuum, & quod gloria tua con-*
,, *tulit, & quod miſericordia refor-*
,, *mavit Per &c.* Alia: *Omnipotens*
,, *& miſericors Deus, qui peccatorum*
,, *indulgentiam in confeſſione celeri po-*
,, *ſuiſti, ſuccurre lapſis, miſerere con-*
,, *feſſis; & famulum tuum, quem deli-*
,, *ctorum catena conſtringit, magnitudo*
C ,, *tuae pietatis abſolvat. Per &c.*
,, **Reconciliatio penitentis ad mor-**
,, **tem.** *O ſanctus, miſericors Deus*
,, *clemens, qui ſecundùm miſerationum*
,, *tuarum peccata penitentium deles, &*
,, *preteritorum criminum culpas veniam*
,, *remiſſiones evacuas, reſpice ſuper*
,, *hunc famulum tuum, & remiſſione*
,, *ſibi omnium peccatorum ſuorum toto*
D ,, *cordis confeſſione poſcente deprecatus*
,, *exaudi. Renova in eum, piiſſime Pa-*
,, *ter, quidquid diabolica fraude vio-*
,, *latum eſt, & in unitate Eccleſiae*
,, *tuae membrorum perfectam remiſſio-*
,, *nem reſtitue. Miſerere gemituum, mi-*
,, *ſerere lacrimarum, & non habentem*
,, *fiduciam niſi in tua miſericordia, ad*
,, *ſacramentum reconciliationis admitte.*
E ,, *Per &c.* Alia: *Mageſtatem tuam,*
,, *Domine, ſupplices deprecamur, ut*
,, *huic famulo tuo longo ſqualore peni-*
,, *tentiae macerato, miſerationis tuae*
,, *veniam largire digneris, ut nuptia-*
,, *li veſte receptâ ad regalem menſam,*
,, *unde ejectus fuerat, mereat introi-*
,, *re. Per &c.*

,, Incipiunt Letaniae ſuper
,, Poenitentem.

,, KYrie eleyſon.
,, Chriſte eleyſon.
,, Chriſte audi nos.
,, Exaudi Deus voces noſtras.
,, Exaudi Chriſte, miſerere nobis.
,, Exaudi Deus orationem Populi tui.
,, Sancte Sanctorum Deus, miſerere
,, nobis.
,, Deus Angelorum, miſerere nobis.
,, Deus Archangelorum, miſerere no-
,, bis.
,, Deus Innocentium, miſerere nobis.
,, Deus Patriarcharum, miſerere no-
,, bis.
,, Deus Prophetarum, miſerere no-
,, bis.
,, Deus Apoſtolorum, miſerere nobis.
,, Deus Euangeliſtarum, miſerere no-
,, bis.
,, Deus Levitarum, miſerere nobis.
,, Deus Doctorum, miſerere nobis.
,, Deus Sacerdotum, miſerere nobis.
,, Deus Confeſſorum, miſerere nobis.
,, Deus Martyrum, miſerere nobis.
,, Deus Monachorum, miſerere nobis.
,, Deus Virginum, miſerere nobis.
,, Deus Viduarum, miſerere nobis.
,, Deus omnium Sanctorum, miſere-
,, re nobis.
,, Deus unus & incomprehenſibilis,
,, miſerere nobis.
,, Deus laudabilis & honorabilis,
,, miſerere nobis.
,, Deus ſapiens & potens, miſerere
,, nobis.
,, Deus magnus & benignus, miſere-
,, re nobis.
,, Deus altiſſimus & magnificus, mi-
,, ſerere nobis.
,, Deus vivus & verus, miſerere nobis.
,, Deus ſanctus & ſpecioſus, miſere-
,, re nobis.

,, Deus

„ Deus terribilis & fortis, miſerere „ nobis.
„ Deus fidelis & pius, miſerere no- „ bis,
„ Deus ſapiens & clemens, miſerere „ nobis.
„ Deus juſtus & rectus, miſerere no- „ bis,
„ Deus Pater & Filius & Spiritus „ Sanctus, miſerere nobis.
„ Deus omnium Te timentium, mi- „ ſerere nobis.
„ Deus omnium in Te confidentium, „ miſerere nobis.
„ Deus omnium ad Te clamantium, „ miſerere nobis.
„ Deus omnium in Te ſperantium, „ miſerere nobis.
„ Deus omnium Te laudantium, „ miſerere nobis.
„ Deus omnium Te benedicentium, „ miſerere nobis.
„ Deus omnium exauditor, miſere- „ re nobis.
„ Omnes Sancti intercedite pro no- „ bis.
„ Kyrie eleyſon.
„ Chriſte eleyſon.
„ Kyrie eleyſon.

„ Deinde dicat Sacerdos hanc O- „ rationem: *Domine Sancte Pater om-* „ *nipotens aeterne Deus, qui per Je-* „ *ſum Chriſtum Filium tuum Dominum* „ *noſtrum vulnera noſtra curare digna-* „ *tus es: Te ſupplices* rogo *aut* ro- „ gamus, & peto, *aut* petimus, *ut* „ ego tuus humilis Sacerdos, *aut* „ nos tui humiles Sacerdotes, *ut* „ *precibus* meis *aut* noſtris *aures pie-* „ *tatis tuae accomodes, & peccata uni-* „ *verſa condones, deſque* huic famulo „ tuo, *aut* his famulis tuis (illis), „ *Domine, pro ſuppliciis veniam, pro* „ *merore leticiam, pro morte vitam;* „ *ut quia ſpe coeleſtis aſpicis* devolutus,

A „ *aut* devoluti *eſt*, *de tua miſeratio-* „ *ne* confidens, *aut* confidentes, *tua* „ *opitulatione* ſalvatus *aut* ſalvati *per-* „ *venire* mereatur, *aut* mereantur *ad* „ *vitam aeternam. Per &c.* Pſalmus: „ *Domine ne in furore tuo*, primus, „ cum *Gloria Patri. Kyrie eleyſon.* „ Sequitur Oratio: *Precor, Domine,* „ *clementiae & miſericordiae tuae ma-* B „ *jeſtatem, ut* famulo tuo, *aut* famu- „ lis tuis (illis) *peccata & facinora* „ *ſua* confitenti, *aut* confitentibus „ *veniam concedere digneris, & prae-* „ *teritorum criminum culpas indulgeas,* „ *qui humeris tuis ovem perditam re-* „ *duxiſti ad caulas, qui Publicani* „ *precibus & confeſſione placatus es.* „ *Tu etiam Domine* famulo tuo, *aut* C „ famulis tuis (illis) *placare. Tu* „ *hujus precibus benignus aſpira, ut in* „ *confeſſione placabilis permaneat. Fle-* „ *tus ejus & peticio perpetuam cle-* „ *mentiam tuam celeriter exoret, ſan-* „ *ctiſque Altaribus, & Sacrariis re-* „ *ſtitutus ſpei rurſum aeternae gloriae* „ *mancipetur. Per &c.* Pſalmus: *Do-* „ *mine, ne in furore tuo*, ſecundus, D „ cum *Gloria; Kyrie eleyſon.* Oratio: „ *Deus pietatis, Deus pacis indulgen-* „ *tiae omnium delictorum, qui non vis* „ *mortem peccatoris, ſed ut converta-* „ *tur & vivat. Tu noſti, quia non* „ *juſtificabitur omnis homo vivens; &* „ *quia dignatus es dicere: Converti-* „ *mini ad me, & qua hora converſi* „ *ingemueritis, ſalvi eritis; pietatem* E „ *tuam ſupplices exoramus, ut hujus* „ *famuli tui* (illius) *confeſſionem &* „ *ſatisfacionem acceptare digneris; de-* „ *ſque illi gratiam miſericordiae tuae,* „ *& praeſta ei indulgentiam omnium* „ *delictorum ſuorum, ut te duce ad* „ *Regna Caeleſtia redire mereatur.* „ *Per &c.* Pſalmus: *Miſerere mei* „ *Deus ſecundum magnam*, uſque *ini-* „ *quitates meas dele*, cum *Gloria Pa-* „ *tri.*

,, *tri. Kyrie eleyſon.* Oratio: *Domine*
,, *Deus noſter, qui offenſione noſtra non*
,, *vinceris, ſed ſatisfactione placaris,*
,, *reſpice, quaeſumus, ſuper hunc fa-*
,, *mulum tuum* (illum) *qui ſe tibi*
,, *peccaſſe graviter confitetur. Tuum*
,, *enim eſt abſolutionem criminum dare,*
,, *& veniam relaxare peccantibus; qui*
,, *dixiſti te poenitentiam malle, quàm*
,, *mortem. Concede ergo huic famulo*
,, *tuo* (illi)., *Domine, ut tibi poeni-*
,, *tentiae excubiis celebret, & correctis*
,, *actibus ſuis toto protectus munimine,*
,, *ad gaudia Patriae Caeleſtis valeat*
,, *pervenire. Per &c.* Pſalmus: *Mi-*
,, *ſerere mei Deus, miſerere mei, quo-*
,, *niam in te confidit;* cum *Gloria;*
,, *Kyrie eleyſon.* Oratio: *Omnipotens*
,, *ſempiterne Deus, confitenti huic fa-*
,, *mulo tuo* (illi) *pro tuâ ....*
,, *peccata relaxa, ut non plus ei no-*
,, *ceat conſcientiae reatus ad poenam,*
,, *quam indulgentia tuae pietatis ad*
,, *veniam. Per &c.* Pſalmus: *Deus in*
,, *adjutorium meum,* cum *Gloria; Ky-*
,, *rie eleyſon.* Oratio: *Deus juſtorum*
,, *gloria, & miſericordia peccatorum,*
,, *da huic famulo tuo* (illi) *plenam*
,, *indulgentiae veniam, & poenitentiae*
,, *locum exoratus indulge, ut qui prae-*
,, *terita peccata deplorat, futura mala*
,, *non ſentiat, neque jam lugenda com-*
,, *mittat. Dimitte ei, Domine, omnia*
,, *crimina, & in ſemitis eum juſtitiae*
,, *placatus reſtaura, ut ſecurus merea-*
,, *tur deinceps intra tuos benemeritos*
,, *currere, & ad pacis aeternae prae-*
,, *mia pervenire. Per &c.* Pſalmus:
,, *Benedic, anima mea, Domino, &*
,, *omnia, quae intra,* uſque *renova-*
,, *bitur ut aquila,* cum *Gloria Patri;*
,, *Kyrie eleyſon.*

Jam animadvertit Lector, quei in Italia reconciliarentur olim Poenitentes, & qualis Redemtio ſalutarium poenarum in uſu foret. In Caſinenſi A Poenitentiali, per Morinum edito, nihil aliud ſcriptum eſt, niſi hoc breve monitum: *Cui non potes imponere Jejunium, impone Eleemoſynam & Orationem. Eleemoſynae* autem nomine ſignificabatur omnium frequentiſſimus modus redimendi peccata. Cuinam verò tribueretur plerumque ejuſmodi Eleemoſyna, & quanta eſſet tribuenda, habes e Poenitentiali noſtro, B cujus verba repetere heic opus eſt, videlicet: *Si quis fortè non potuerit jejunare, & habuerit* (ſupple *facultates*) *inde dare ad redimendum ſe poterit. Si dives fuerit, pro uno Anno det Solidos XXVI. Si verò pauper fuerit, det Solidos III. Neminem verò conturbet, quia juſſimus dare XXVI.* C *Solidos, aut minus, quia facilius eſt diviti dare XXVI. Solidos, quàm pauperi dare Solidos III. Attendat namque unuſquiſque, cui dare debeat ſive pro Redemtione captivorum, ſive ſuper ſancto Altari, ſive Pauperibus.* Parum hic Italicorum ritus abludebat ab aliorum Populorum uſu. Apud Bedam in Libro de Remediis Peccator. D itidem legitur: *Qui non poteſt ſic agere poenitentiam, in primo Anno eroget Eleemoſyna, Solidos XXIII. pro uno Anno; XXII. Solidos pro ſecundo Anno; pro tertio Anno XVIII. Solidos, qui ſunt LXIII. Solidi.* Paria occurrunt in Reginonis Libro 2. Cap. 438. *de Redemtionis pretio:* quae etiam laudantur a Burchardo Lib. 19. Cap. E 22. Collection. Canonum: *Si quis fortè non potuerit jejunare, & habuerit unde poſſit redimere, ſi dives fuerit, pro ſeptem hebdomadis det Solidos XX. Si non habuerit tantum, unde dare poſſit, det Solidos X Si autem multum pauper fuerit, det Solidos III. Neminem verò conturbet &c.* ut ſupra. Ex Pontificali Anglicano Monaſterii Gemmeticenſis Martenius Poenitentialem

tialem adfert Tom. 2. de antiquis Eccleſ. Ritibus, pag. 43. cum Reginonis verbis paria tradentem. Idemque occurrit in altero, evulgato per eumdem Martene pag. 76. Halitgarius quoque Cameracenſis Epiſcopus circiter Annum Chriſti DCCCXXV. *de Scrinio Romanae Eccleſiae Poenitentialem Romanum adſumtum* (cujus tamen Auctorem ſe ignorare fatetur) evulgavit, quem ſuo Tractatui de Poenitentia in Appendice Morinus adtexuit. Alii Rabanum Maurum celebrem Archiepiſcopum, pro Halitgario, Libelli hujus collectorem volunt. Ibi durior mulcta, ac Redemtionis forma habetur. Nam quod pro uno Anno ſupra dicitur impendi, idem heic perſolvendum injungitur pro ſeptem hebdomadis. Haec ejus verba: *Si quis fortè non potuerit jejunare, & habet unde dare ad redimendum, ſi dives fuerit, pro ſeptem hebdomadibus det Solidos XX.* Reliqua cum ſupra memoratis concordia ſunt. Itidem inter Leges Eccleſiaſticas Edgari Regis Angliae, Tomo 9. Concilior. Editionis Labbeanae, pag. 695. haec habentur: *Quiſque poterit unius diei Jejunium unico Denario redimere.* Praeterea Poenitentialis Andegavenſis, publici juris factus ab eodem Morino in Appendic. pag. 36. agit *de Remedio Poenitentis*, & Bedae verba nobis exhibet. Alia id genus exempla mitto. Non erat certe ubique ipſiſſima redimendi forma: attamen ubique pecunia ad Redemtionem adhiberi potuit, atque conſuevit.

In cujus verò beneficium convertenda foret Eleemoſyna, ſive mulcta, redimentibus injunctas poenas praeſcripta, jam dixi, videri mihi, primitus ad hoc lucrum captandum pauperes ante alios fuiſſe accitos. Verùm uti Bobienſis ſupra mox deſcriptus Poenitentialis docet, Clerici quoque & Monachi ab hujuſmodi liberalitate minime ſe excludendos rati, Eccleſias ſuas in eo negotio ſenſim pauperibus conjungere, tum ſubinde etiam praeponere coeperunt. Vidiſti erogandam multam ex ejuſdem Poenitentialis conſilio *pro Redemtione Captivorum, ſive ſancto Altari, ſive Pauperibus.* Si ad *ſanctum Altare* oblatio illa deferebatur, jam intelligis, eamdem ad aerarium Eccleſiae acceſſiſſe. Similia in aliis quoque locis uſurpata fuere. Ita Burchardus Lib. 19. Cap. 76. *Qui in Quadrageſima ante Paſcha cognoverit uxorem ſuam, & noluerit abſtinere ab ea, uno Anno poeniteat, aut pretium ſuum, videlicet XXVI. Solidos, ad Eccleſiam tribuat, aut Pauperibus dividat.* Idem in aliis Poenitentialibus conſtitutum videas. Mirentur certe Lectores antiquae diſciplinae rigorem, quae tantum poenae irrogabat uſui maritalis thori, recurrente tempore Quadrageſimali: ſed quando in ipſo Theodori Cantuarienſis Poenitentiali alia adhuc duriora deprehenderit, mirari deſinet; & quod plus eſt, laudabit mitiorem, ac ſi ita dicere fas eſt, hac in re prudentiorem temporum noſtrorum diſciplinam, atque doctrinam. Ceterum Nicolaus quoque I. Papa in Reſponſ. ad Bulgar. Cap. L. aliique veterum non pauci, inter flagitia recenſuerunt non abſtinere a conjugali opere tempore Quadrageſimali, & Dominicis diebus. Dixi, Eccleſias, aeque ac Pauperes, propoſitas olim fuiſſe, ut ex Redemtionibus iis emolumentum caperent. Sed minime heic ſtetit humanorum conſiliorum curſus. Praeter *Eccleſias* ſeſe etiam immiſcuerunt *ſervi Dei* (Clericos & Monachos ſubintellige)

huic negotio, cenſentes, ſibi quoque peccatorum multas rectiſſime poſſe tribui. Apud Jacobum Petitum inter Canones Theodoro Cantuarienſi adſcriptos hunc legimus: *Sed attendat unuſquiſque, cui dare debeat, ſive pro Redemtione Captivorum, ſive ſuper ſanctum Altare, ſeu Servis Dei, aut Pauperibus in eleemoſynam*. Eadem verba repetita invenias apud Reginonem, Burchardum, Ivonem. Sed haec minime tribuenda Theodoro Cantuarienſi, non immeritò quiſquam contendat, praeeunte in hac ſententia Johanne Morino. Quod verò a *ſancto Altari*, ſive ab Eccleſiis, diſtincti nobis occurrant *Servi Dei*, fortaſſe non aliâ de cauſâ factum, quàm quod ſenſim invectus pariter fuerit uſus, ut per Miſſas cantatas injunctis Poenitentiis fieret ſatis. Adfert Petitus hoc etiam Capitulum, veluti ex eodem Theodoro excerptum, Burchardo quoque, & Ivoni memoratum: *Item qui jejunare non poteſt, roget Presbyterum, ut Miſſam cantet pro eo, & tunc ipſe adſit, & audiat &c.* Audi & Reginonem Lib. 2. Cap. 446. *Cantatio unius Miſſae poteſt redimere duodecim dies. Decem Miſſae quatuor menſes. Viginti Miſſae novem menſes &c.* Heic ſcribe *VIII. menſes*. In Collectione Concilior. Angliae, ad Annum DCCCCLXVII. Poenitentialis Libellus refertur, ubi num. 18. & 19. de Redemtione agitur, ibique legimus: *Poteſt etiam quiſque duodecim menſium jejunium triginta Solidis redimere &c. Unicâ etiam Miſsâ poteſt quis abſolvere duodecim dierum jejunium. Et cum triginta Miſſis poteſt quis eximere totius anni jejunium &c.* En, ut puto, cauſſa, quare ſacri Miniſtri ſeparatim ab Eccleſia adſciſcerentur in conſortium emolumenti redundantis e Redemtione poenarum.

Ac proinde in Poenitentiali a me ſupra edito haec produntur: *Qui jejunare non poteſt, eligat Sacerdotem juſtum, vel Monachum, qui verus Monachus ſit, & ſecundùm Regulam vivat, qui pro ſe hoc adimpleat, & de ſuo juſto pretio hoc redimat. Cantatio enim unius Miſſae ſpecialis poteſt duodecim dies redimere. Decem Miſſae tres menſes poſſunt redimere. Viginti Miſſae octo menſes. Triginta Miſſae duodecim menſes poſſunt redimere.*

Neque ego inficias ierim, quin Poenitentibus optio relinqueretur erogandi multas iis praeſcriptas, ſive in refectionem Pauperum, ſive in Captivorum redemtionem, ſi mallent, potiuſquam ad augendum Eccleſiarum patrimonium. Verùm non injuriâ ſuſpicari poſſumus ſaepe ac ſaepius eoſdem ſeſe accommodaſſe ad Sacerdotum conſilium, quibus peccata confitebantur: horum verò crebriora hortamina fuiſſe, ut in Eccleſiae ſuae utilitatem pretium Redemtioni conſtitutum converteretur. Humanae cupiditatis vires quantae ſint, nemo ignorat, niſi qui hominem plane non novit. Hominum verò ſacrorum animus, ut ab illa prae ceteris caveat, ſitque immunis, optandum quidem eſt, ſed a corrupta noſtra omnium natura id non tam facile exſpectandum. Quod enim Apoſtolus olim ajebat ad Philippenſes Cap. 2 verſ. 21. *omnes, quae ſua ſunt quaerunt, non quae ſunt Jeſu Chriſti*, ad omnia tempora ſpectat, atque ad omne hominum genus. Et ſane recogita, ſi noſtris adhuc temporibus eadem diſciplina vigeret, iidemque ſacrae Poenitentiae Canones in honore forent, ubi de Redemtione poenarum ageretur, ſimulque de eligendis perſonis, in quas Eleemoſyna illa conferenda foret, quid nos ad Confeſ-

ſiones

ſiones excipiendas, aut ad conſilium Populi poenitentis adhibiti, facilius ac lubentius ſuaderemus. Sancti quidem viri ejuſmodi temporalia lucra refugiebant; ac proinde Guigo Chartuſianus de Sancto Hugone Epiſcopo Gratianopolitano in ejus Vita num. 20. ſcripſit: *Non deargentatam convictis vel confitentibus impoſuit Poenitentiam*. Verùm non omnes Sancti, non omnes a Philargyriâ abhorrentes olim fuere.

Neque plura addam in re, quam & hominis natura perſpecte cognita, & ipſa demum experientia exploratiſſimam reddunt. Quare ex quo Canones Poenitentiales in Occidente prodierunt, & invecta fuit forma ejuſmodi Redemptionis: multis, ne dicam pleriſque, e Clero via lata aperta eſt ad ſuum ſibi commodum procurandum, non minùs quàm alienum. Ideſt Poenitentibus, ut carnis macerationem, eamque ad vitam, aut ad annos plures duraturam, commutatâ poenâ, evaderent; Sacerdotibus autem, ut ſacris locis, pariterque ſibi, utilitatem ex iis mulctis conquirerent. Et profectò Patres Concilii Pariſien. VI. Anno Chriſti DCCCXXIX. habiti, quum male ferrent, antiquae diſciplinae rigorem hac viâ ſenſim infringi, aut ſaltem imminui, Lib. I. Cap. 32. in haec verba dixerunt: *Quoniam multi Sacerdotum partim incuriâ, partim ignorantiâ modum Poenitentiae reatum ſuum confitentibus, ſecus quàm jura Canonica decernant, imponunt, utentes ſcilicet quibuſdam Codicillis contra Canonicam auctoritatem ſcriptis, quos Poenitentiales vocant; & ob id non vulnera Peccatorum curant, ſed potius foventes palpant: omnibus nobis ſalubriter in commune viſum eſt, ut unuſquiſque Epiſcoporum in ſua Parochia eoſdem erroneos Codicillos diligenter perquirat, & inventos igni tradat, ne per eos ulterius Sacerdotes imperiti homines decipiant. Sacerdotes porro, qui aut muneris, aut timoris, aut certe favoris cauſsâ, tempora modumque Poenitentiae ad libitum poenitentium indicunt, audiant &c.* Sed ne iſta quidem ſalubria edicta quidquam obſtitere, quin diſciplina Eccleſiaſtica, quod eſt ad Poenitentiarum tempora, modumque, paullatim tepeſceret, ac demum tota concideret. Interim verò univerſa haec Poenitentiarum imponendarum, aut per Redemtionem laxandarum oeconomia quodam in arcano erat, oculiſque Populi eripiebatur. Hoc eſt, Poenitentiales Libri minime ſinebantur effluere in Laïcorum manus. Id factum credere liceat, ne ab innocentibus & indoctis ignota flagitia diſcerentur. Certe Bulgari ad Fidem Chriſti recentiſſime converſi, a Nicolao I. Papa inter cetera Poenitentiales Libros petierant Anno DCCCLXVI. Reſpondit ille Cap. 75. Tom. 8. pag. 542. Concilior. Labb. deferendos ac ſervandos ab Epiſcopis ejuſmodi Libros: *Nam Saeculares tale quid habere non convenit, nimirum quibus per id quemquam judicandi miniſterium nullum tribuitur.* Neque reticendum, in uſu etiam fuiſſe, ut Principes, ac Reges, inſtantibus Sacerdotibus, graviorum peccatorum reos notos ad Poenitentiam ſubeundam compellerent, donec ab Eccleſia remiſſionem & pacem conſequerentur.

Venio nunc ad arcem argumenti primo propoſiti. Ex hiſce peccatorum Redemtionibus nemo eſt qui ſtatim agnoſcere non poſſit, latifundiorum & facultatum proceſſiſſe non levem copiam, quibus Eccleſiae olim tam Monaſticae, quàm Saecularis

Cleri, ditatae fuerunt. Nam etſi olim Monachis interdictum fuerit, Confeſſiones Secularium audire, quum ejuſmodi jus ad Parochos tantùm, alioſve Presbyteros Seculares ab Epiſcopo probatos ſpectaret: Monachi tamen ſenſim in hanc meſſem convolarunt, & denique Privilegia bene multa & heic ſibi procurarunt. Itaque temporibus illis, quoties Chriſtianorum quiſquam confeſſionem ſuorum facinorum Deo ejuſque Miniſtro facturus, ad tribunal Poenitentiae accedebat, Sacerdos ſingulis peccatis ex Poenitentiali parato poenam indicens, & calamum, chartam, ac atramentarium exerens, quaſcumque poenas poenitenti indictas adnotabat. Tum ſubductis rationibus colligebat, ad quot dies, menſes aut annos, tota illius poenitentia extenderetur. Uti quiſque nullo negotio intelligit, ſi quando gravia & plurima delicta ad pedes Sacerdotis deferebantur (ſaepe autem deferebantur: etenim vitia plura, & minor pietas, quàm noſtris temporibus, tunc obtinebat) Canonica poena ad centum annos, interdum etiam ad ducentos, ſive trecentos & ultra pertingere deprehendebatur. Quid heic faciendum? Exigendum-ne erat reliquum vitae in jejuniis, aliiſque auſteritatibus paene intolerandis a Sacerdote praeſcriptis, quae vel ipſos homines Monaſticam vitam profeſſos nimium fatigaſſent atque abſterruiſſent, nedum Saeculo addictos? Alios a noſtris fuiſſe homines illorum temporum, ſi fortè tibi perſuadeas, audi Petrum Damiani Saeculo Chriſti Undecimo contra ſentientem Lib. I. Epiſtol. XV. *Dum afflictio carnis a Canctis poenitentibus paene reſpuitur, in praefigendis poenitudinum judiciis vigor Canonum funditus enervatur. Quis enim Saecularium ferat, ſi vel triduo per hebdomadam jejunare praecipias?* Verùm poenitentibus paratum heic erat effugium. Cum ruſticis, aliiſque ex opere manuum viventibus, mitiſſime agebatur; longa quippe ac ſevera jejunia non ferebat eorum vitae genus, atque inſtitutum. Lenius itidem habebantur mulieres, ne earum repetita jejunia ſuſpicionem laeſae honeſtatis ingererent. Iis verò, qui opibus abundarent, aut iis minime carerent, offerebatur *Redemtionis* via. *Viginti ſex Solidi*, ut vidimus, & plures etiam ſecundùm locorum conſuetudinem, iique argentei, unum Poenitentiae Annum penſabant, ſive redimebant homini diviti, ita ut qui ad trecentos annos in poenitentiâ ducendâ, exempli gratiâ, adigebatur, erogatis Solidis ſepties mille & octingentis in Pauperes, aut in pia Loca, poſſet ſe tam gravi diuturnaeque poenae ſubducere. Iis, quibus erat curta ſupellex, *tres* tantùm *Solidi* ſatis erant ad unum Poenitentiae Annum a ſe eliminandum. Hunc etiam ritum innuit praelaudatus Petrus Damiani in Epiſtola ad Hildebrandum, recusâ Tom. 4. pag. 28. Rer. Italicarum. *Centum itaque*, ait ille, *Annorum ſibi* (ideſt Archiepiſcopo Mediolanenſi) *Poenitentiam indidi, Redemtionem ejus taxatam per unumquemque Annum pecuniae quantitate praefixi.* Quum verò plerumque Poenitentes pecunia deficeret (quod etiam contingeret temporibus noſtris) cujus ope ſeſe redimerent, praedia ac fundos lubenter offerebant, & ex his unus, aut alter, aut plures nonnunquam in jus Eccleſiae transferebantur, hoc eſt, aut novis Eccleſiis, Coenobiis, & Xenodochiis conſtructis, aut antiquis donabantur, ſed ſervato ſibi ſaepe ac ſaepius uſufructu, dum viverent.

verent. Neque enim, ut praefati ſumus, ſegnes erant ſacri Miniſtri ad propriae Eccleſiae utilitatem procurandam, atque ad convertendam in ſui Monaſterii, aut Eccleſiae lucrum poenitentiam ac piam liberalitatem Chriſti fidelium. In Additamentis, a me editis ad Chronicon Caſaurienſe Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. donatio legitur facta Anno MXXXII. Coenobio Caſaurienſi. Ita praefantur donatores: *Cum quadam die cogitare coeperimus, qualiter* IMPII & PECCATORES, QUI PECCATA SUA REDIMERE *negligunt, in illa poena perpetua cum Diabolo damnabuntur; & qualiter Juſti &c. ſubitò reſpexit nos Divina pietas, & compunctum eſt cor noſtrum, & cum tremore & aeſtuatione cordis coepimus anxie quaere* CONSILIUM A SACERDOTIBUS *& Religioſis Viris* (ideſt a Monachis Caſaurienſibus, ut conjicere licet) *qualiter* PECCATA NOSTRA REDIMERE, *& iram aeterni Judicis evadere poſſemus. Et* CONSILIO ACCEPTO, *quod* NIL SIT MELIUS *aliud inter Eleemoſynarum virtutes,* QUAM SI DE PROPRIIS REBUS & SUBSTANTIIS NOSTRIS IN MONASTERIO DEDERIMUS &c. An Conſilium iſtud probent Decreta Conciliorum, & ſententiae Sanctorum Patrum, edicet tibi doctiſſimus Fleury in Praefationibus ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam. Plura & ego attuli in Tractatu Italico *de Caritate erga Proximum*. Sed Amor terrenarum rerum, ſive Concupiſcentia, nimis altas radices in cordibus noſtris egit. Nihil difficilius, quàm illum extrudere; utpote qui mille artes novit ſeſe celandi, & ſub variis perſonis nobis incautis illudit. Quare nil mirum, ſi ſacrum ac caeleſte Poenitentiae tribunal diu perrexit hominum cupidati lucra adferre, uſque adeo ut vel Anno Chriſti MCXCV. in Eboracenſi Concilio Canon. 3. hocce Decretum fuerit promulgatum: *Prohibemus etiam, ne Sacerdos Laico ad poenitentiam venienti, obtentu cupiditatis, injungat, ut Miſſas faciat celebrari.*

Credibile etiam eſt, Sacerdotes ſeſe attemperaſſe ad variam poenitentium fortunam, & ad majorem, minoremve eorum liberalitatem; filiorumque neceſſitatem prae oculis habuiſſe, ne quem ad gravem compellerent egeſtatem. In Concilio Rotomagenſi, Anno ML. Cap. 18. ſtatuitur: *Ut Poenitentes occaſione avaritiae gravare, aut levare, nemo praeſumat; ſed juxta modum culpae, vel poſſibilitatem naturae moderetur poenitentiam. Tales namque, ſi hujus ſanctionis tranſgreſſores inveniantur, gradus ſui periculo ſubjaceant.* Quid ſibi iſta velint, nemo indiget, ut a me edoceatur. Et quando tot Eccleſiis donationes factas latifundiorum ceſſione videmus, reſervato ſibi a donatoribus eorum uſufructu, dum in vivis eſſent, facilis haec fortaſſe videbatur indulgentia & via, qua ſeſe Poenitentes redimerent, dum ſimul nullo aut levi ſuo, dum viverent, incommodo ejuſmodi Redemtionem praeſtarent. Ceterum ingens eorum copia fuit, qui non exſpectato tempore mortis, & viventes adhuc ſua ſacris locis conferebant; neque tantùm praedia, ſed & Caſtella; & ne uſufructu quidem ſibi ſervato, *animae ſuae, ſuorumque,* ut ajebant, *parentum,* ideſt cognatorum, tam pia liberalitate, *remedium* procurantes. Complura in hoc ipſo Opere exempla munificentiae hujus proſtant. Attamen duo heic inſerere ſtatui, utpote ad hoc idem argumentum ſpectantia.

Pri-

Primum excerpſi e Libro MSto Diplomatum & Bullarum, exiſtente in Archivo Monaſterii Vallis Umbroſae, in agro Volaterrano.

Donatio facta a Gerardo Comite & Guilla ejus uxore Monaſterio Sanctae Mariae, nunc Ordinis Vallumbroſani, ſito in Volaterrano territorio, in Caſtro de Sereno, Anno 1004.

IN *nomine Sanctae, & individuae Trinitatis. Anno ab Incarnatione ejus MIV. Indictione II. Manifeſtus ſum ego* Gerardus Comes filius Gerardi, qui fuit ſimiliter Comes, & Uxor mea Guilla, *nobis tractantibus & cogitantibus ſcilicet fragilitatis, quod bona praeſentis vitae non eſſent perpetua; ſed temporanea & fugitiva, idcirco de bonis non perituris in Caelo theſaurum facere cupimus, ut centuplum efficiatur & aeternaliter poſſideatur. Ideo* propter remedium animae meae, & animae ſupraſcriptae Guillae, & Parentum noſtrorum, deque remiſſione omnium peccatorum noſtrorum, *contradere, atque ſimul offerre unanimi voto providemus tibi omnipotenti Deo, & Eccleſiae, & Monaſterio Sanctae Mariae Matris noſtrae, quod nos conſtruimus infra Epiſcopatum Voliterrenſis inter Caſtellum de Sereno. Quatenus concedimus & confirmamus huic Monaſterio in honorem Sanctae Mariae Matris noſtrae, ad quam omnia noſtra bona, & certas noſtras poſſeſſiones unanimi voto donamus cum Curtibus, & Eccleſiis, Caſtellis, & Rocchis, Villis, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, ſalectis, pantaneis, piſcariis, puteis, fontibus, & rivis, & aquis, molendinis, montibus, & rupibus, aedificiis, cultis & incultis locis, habitationibus, ſive habitatoribus in jam nominatis curtis ſuc.,.... infra* Comitatu & Territorio Voliterrenſis, & Lucenſis, & Populonienſis, & Roſſellenſis, & *infra* Comitatu & Territorio Orbivieto, & *infra* Comitatu & Territorio, quod dicitur Toſcana, & *infra* Comitatu & Territorio Caſtro; *ſeu per aliis Comitatis de ſupraſcriptis Comitatis. Primum nominamus Caſtellum de Serena cum Curte, & pertinentia, cum Eccleſiis; Eccleſia Sanctae Mariae de Padule medietatem cum Curte Caſtello de Mirandulo, cum Eccleſia Sancti Joannis Euangeliſtae, cum Curte; & Caſtello de Jovili, cum Eccleſia Sancti Laurentii, cum Curte; Caſtello de Froſinis ſexta parte, cum Eccleſia Sancti Michaëlis Archangeli cum Curte; Scopetulo Caſtello cum Curte; medietatem de Caſtello de Cumulo cum Curte; Caſtello de Vicinatico, cum Eccleſia & Curte; Eccleſia Sanctae Mariae de Boſſeto; Eccleſia Sanctae Margharitae de Tavernule; Eccleſia Sanctae Mariae de Solario; Eccleſia Sanctae Luciae de Perignano cum Curte; Eccleſia Sanctae Mariae de Pulverario cum tredecim Manſis, qui ſunt in Curte de Caſali; Eccleſia Sancti Blaſii de Anarito cum Curte; Eccleſia Sancti Michaëlis de Noctula medietatem; & medietatem de Linaria; Caſtello de Campilia medietatem cum Eccleſia & Curte; Caſtello de Aquaviva quartam partem, quod Legodornai vocatur, cum Eccleſia Sancti Caſſiani; Rocca de Biſerno, quae Ciniculo vocatur, cum Eccleſia Sancti Angeli medietatem, cum Curte, & ſuam portionem; & Rivo de Gualdo Caſtello, ubi dicitur Montecalvo, ſuam portionem & medietatem; & ſuam portionem, quod jam fuit Caſtellonovo;*

vo; Caſtello de Mitrano medietatem cum Curte; Caſtello de Negrano ſuam portionem medietatem; Caſtello de Varianelio medietatem cum Curte; Caſtello de Planzano medietatem cum Curte; Caſtello, ubi dicitur Biſenzo medietatem cum Curte, & cum Eccleſia Sancti Michaëlis; Caſtello de Martha cum ſua portione. Seu de aliis locis & vocabulis de his ſupraſcriptis Curtis & Caſis, ſeu Caſtellis & Rocchis, ſive Eccleſiis, & rebus domnicatis, & maſſaritiis rebus, cum fundamentis, & cum aedificiis, vel univerſis fabricis &c. ſive Eccleſiis ſunt pertinentes, vel deſpicientes, tam Servos, quàm & Ancillas in quibuſlibet locis vel vocabulis habere & poſſidere viſi ſumus, & quocumque ordine & legibus eſt nobis pertinentes, tam & in vita noſtra, quàm & poſt obitum noſtrum, ubicumque eſſe inveniuntur &c. una cum acceſſione & ingreſſoriis ſuis, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuis, qualiter ſupra legitur, in integrum tibi ſupraſcriptae Dei Eccleſiae & Monaſterio offerimus, in ipſa Sancta Dei Eccleſia & Monaſterio ſint omni tempore proprietario jure, & in ſuo dominio habeat & teneat atque poſſideat, & faciat......... tam ipſa Dei Eccleſia & Monaſterio, quàm nos, atque Boniperto Abbati *totius Monaſterii cum Fratribus ſuis ipſam Eccleſiam & Monaſterium nunc detinet, aut alii Succeſſores ſui, qui in tempore fuerint, quidquid juxta legem voluerint, ſine omni noſtra contradictione. Equidem ſpondimus nos ego qui ſupra Gerardo, una cum praedicta Guilla pariter praedictae Dei Eccleſiae & Monaſterio, & illi Abbati, qui in tempore in ipſa Eccleſia & Monaſterio fuerint, ſupraſcriptas certas noſtra poſſeſſiones, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omnibus hominibus defenſare; & inſuper haec jam praedictus Gerardus & Uxor mea Guilla non licet ullo tempore nolle quod volumus: ſed quod a nobis ſemel factum conſcriptum eſt, inviolabiliter conſervare promittimus cum ſtipulatione ſubnixa. Nam qui hanc Cartulam, & noſtro Teſtamento refragare voluerit, in primis ira Dei incurrat &c.*

Hanc praeſentem Cartulam Anſelmus Notarius ſcribere rogavit intra Caſtellum ſupraſcriptum, Monaſterio Sanctae Mariae in Territorio Voliterrenſi.

Ego Gerardus cum Uxore mea Guilla *hac Cartula offerſionis a nobis facta eſt.*

Ego Bonipertus Abbas *praedicti Monaſterii hac Cartula in me facta eſt, & ſubſcripſi.*

Ego Petrus Monachus hac Cartula in me facta eſt, & ſubſcripſi.

Ego Petrus filius Alberti rogatus teſtis.

Ego Bernardus filius Ruſtici rogatus teſtis.

Ego Rodulphus filius Rolandi rogatus teſtis.

Ego Rolandus Judex Sacri Palatii ſubſcripſi.

Ego Guilielmus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Ego Anſelmus Notarius poſt tradita complevi & dedi.

Habes a viventibus oblatam ſacro loco ingentem bonorum & Caſtellorum copiam, nullumque verbum audis de uſufructu reſervato. Ita in Chartophylacio Lucenſis Archiepiſcopii Charta habetur, in qua Anno MXL. *Ghiſella, que Hermellina vocatur, relicta bone memorie Enrici hi Comes, filio bone memorie Ildebrandi Comes, & filia bone memorie Farolfi, quia conſentientis & data licentia ſibi Ildebrando Comes filio bone memorie Ildebrandi Comes, Cognato, & Mun-*

dualdo ſuo, in cujus mundio ipſa eſſe videtur, pro Remedio Animae ſuae ſacris locis donat omnes *Caſas, Cortes, Rochas, Caſtella, Eccleſias &c.* quas ipſe poſſidet infra *Comitatu Lucenſe, Piſenſe, Florentino, Populonienſi, Roſſellenſi, Vulterrenſi, Aretino &c.* ad ipſam Ghiſellam tranſlatas ob mortem *Theodegrimi* fratris ſui. Sed & alteram ſubnecto Chartam, cujus pervetuſtum apographum vidi in Archivo Canonicorum Regularium Piſtorii. Heic autem uſusfructus reſervatur.

Dotatio Eccleſiae Sancti Petri Piſtorienſis facta a Guinifredo Filio Guilliradi, ejus fundatore, qui & ipſam ſubjicit Monaſterio Sancti Bartholomaei Piſtorienſis, Anno 767.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Die IX. Menſe Aprile. Regnante Domno Deſiderio, & Adelgis *Anno Decimo, & Octavo, per Indictione V. feliciter. Chriſtiani Domini noſtri Jeſu Chriſti adſidue nos convenit precepta complere, ut cujus providentia mens noſtra adcommodare dignatus eſt, ipſius auxiliante, quoniam vitam temporum, & mortis exitum debemus ob ſcripta patefacere, atque adverſi ſancti & venerabilis loci nos commendandum ibi volumus feſtinare, ubi ſemper debemus permanere, ubi juſtis, & bene merentibus ſine fine in gaudio repauſare feſtinant, ut pro his temporalibus rerum nobis omnipotens Dominus centuplum reſtituere dignetur. Unde modo ego Guinifredi filio quondam Guillirad, una cum dilectiſſimis filiis meis, ideſt Guillerad, Agraſi, unanimiter bonâ & integrâ voluntate noſtrâ donamus, tradimus, atque offerre viſi ſumus omnes res, quas nominative dixerimus, de res pecuniola noſtra, quas abemus de jura genitoris noſtris, vel de eorum conquiſito, ſimiliter de noſtro in aliquantu offerimus in Eccleſia Oratorio noſtro beati Petris, & Sancte Marie,* quod nos indigni peccatores in noſtro privilegio a fundamentis erexerimus, *ibidem offerrimus; ideſt eſt in primis Caſe habitationis, ubi habitamus locus, qui appellatur Pionte, una cum ſolamentu de ipſe Caſe, ſeo Curte, ubi ipſe Eccleſia ſuperpoſita eſt, una cum orto circa ipſe Caſe, ſeo & prato prope ipſe Caſe, una cum arboribus. Et inſuper ibidem damus Caſa habitationis, quam habere viſi ſumus locus, qui appellatur Caſale, una cum ſolamento ſuo, Curte, orto, vinea; terra, pratis, paſcuis, cultum & incultum de quidquid ividem ad noſtra dominatione pertenet in integrum, quod avemus in ſupraſcripto loco, excepto ſilva illa, qui fue de ipſa Cortes, quod antea dedimus, & Sancti Vitis: Et inſuper dedimus ibidem Caſa habitationis cum ſolamento, Curte, orto, prati, paſcuis, ſilvis, ſalectis, ſationibus, cultum, & incultum, omnia integro quod habere viſi ſumus, locus qui appellatur Duenta, excepto Caſagio illo in integrum ad Cattarutula da Padule, quod nobis reſervamus. Et inſuper Caſa, quod habere viſi ſumus, quod nobis da Guillerad Gaſtaldio in cambio evenne locus, qui vocatur Cinquantula ad Mediana, cum omnia de quidquid ad ipſa Caſa pertenet, Curte, orto, vinea, terra, pratis, paſcuis, cum omnia ad ipſa Caſa pertenet in integrum ibidem dedimus, excepto una petiam de terra, quae fora ipſa clauſura eſt, quod nobis reſervamus. Item de Caſe maſſaricie ividem da-*

damus. In tali enim tinore ut omnes Romani, qui modò ſunt, vel eorum heredibus dare debeas per circulo annus per quemque Caſa ſua luminaria in ipſa Eccleſia Oratorio noſtro in valliente tremiſſe, oleo, cera, auro, de iſta tris res una quale habuerit orum Maſſarii ipſi, qui modò ſunt per ſingulas Caſe, vel heredibus eorum faciat ad ipſa Eccleſia angarias e divinos quattuor per annos, nam nulla reddita vel angaria, neque via ſupponendum nullu homo poſſit. Et inſuper dedimus ividem Silva Domnica, qui appellatur Calamicca. Idem maſſaricie Caſe ſunt, in primis Caſa Godiperti de Calamicca: Caſa Iſtabili de Calamicca: Caſa Gaudimari de Cilonia, excepto Silva domnica de Cilonio: Caſa Creſpuli de Fremiano, excepto ſorte Foſculi, qui fue Barbano ejus, quem nobis reſervamus. Iſta verò omnia, qualiter ſuperius ad ipſa Eccleſia per nos datum & confirmatum eſt, ipſa omnia volemus, ut aveas ipſe ſancta Dei virtue Oratorio noſtro, ut non nos ſupraſcripti Guinifredi, Saxu, Guillerad, Agraſi, non aliquis de heredibus atque poſteris noſtris nullatenus habeamus facondia alique Dominus ipſa ſuptraëndum, neque de ipſa Eccleſia, neque da homini illi, nec in Monaſterio, ubi per nos contraditum vel confirmatum fuerit. Sic tamen dicimus, atque decernimus, dum fuerit die vite noſtre totorum & omnium, res noſtra dum uno de nobis ſupervixerint, omnia in integrum aveant in ſua poteſtate; quislibet nobis antea uno de altero defunctu fuerit, tunc ille qui remanſere de portione defunctis faciat lemoſina. Uno nobis totorum juſtum comparuit, ut dum fuerit die vite noſtre, uſofructo in noſtra abeamus poteſtate homini libertandum, & omnis trinſecus Caſe eramentum, firramentum, nutrimentum nobis reſervavimus, *e ipſo qui ſuper exceptavimus faciendum, quivis bonus eſt, & quis hoc, quod antea dicere debuimus, de portione Belliſari in ipſa ſubjaceat, ſicut illa noſtram portionem, unus inter nos cui quia minime abente filii vel filiae, aut parente, in quem nobis opportet cadere, aut Caſam noſtram commendare; niſi volemus, ut poſt noſtro quandoquidem totorum obito tam ipſe Eccleſia, quàm res pecunia, que ibidem per nos datum, vel confirmatum eſt, ut ſubjaceat in Monaſterio beatiſſimi Sancti Bartholomei ſe ipſe* Abbas Dominico, *vel ille qui pos ipſo in ipſo Monaſterio ordinatum fuerit, tam ipſa Eccleſia, cum omnia ad ipſa Eccleſia pertinente, ipſi eam abeant in ſua poteſtate regendum, gubernandum, Sacerdotem vel Monachi ividem congregandum, qui ibidem ſecundùm ſancta Regula habitare & vivere debeat, & pro peccatis noſtris, vel de parentibus noſtris, die noctuque Deo deprecare deveneat, ut nobis* ad remedio & ſalute anime noſtre *perteneat. Et quis ille de heredibus, atque poſteris noſtris contra ipſa Eccleſia, vel ejus deſervientis, agere aut cauſare, aut aliquid ſubtrahere, aut controverſiam facere voluerit, aut Rectoris, qui fuere, & neglectum poſuerit per nos orandi: in primis iram Dei, & ipſius ſancte Virtutis incurrat periculum. Et ſi forſitans aliquis de heredibus atque poſteris noſtris contra hanc Cartulam agere voluerit, adda ipſo Monaſterio Sancti Bartholomei res ipſa ſubtraëre voluerit, compoſiturus ſit ad Abbate Monaſterii Sancti Bartholomei Solidos mille. Et poſt data compoſitio & pena ab ipſo ſoluta, preſens Cartula in ſua maneat firmitate. Qui verò Cartula autſertionis ad nos facta Lucio Notarius ſcribere rogavimus.*

A *Actum Piſtoria, Regnum & Indictione ſupraſcripta, feliciter.*

Signum ✠ manus Guiniſredi.

Signum ✠ manus Saxoni.

Signum ✠ manus Guillerad.

Signum ✠ manus Agraſi: hanc Cartulam fieri rogaverunt, & ipſorum relecta eſt.

B *Signum ✠ manus Lazaro filio quondam Caſinduli, teſtis.*

Signum ✠ manus Johanni filio quondam Georgi, rogatus teſtis.

✠ Ego Anſelmi, rogatus ad Guiniſredi, Saxu, Guillerad, Agraſi, teſtis ſubſcripſi.

Signum ✠ manus Rotpulo filio quondam Ermiſredi, teſtis.

C *Ego ✠ Tacmandu, rogatus ad Guiniſredi, ad Saxu, ad Guillerad, Agraſi, teſtis ſubſcripſi.*

✠ Ego qui ſupra Lucio Notarius, ſcriptor hujus Cartule poſt a teſtibus roborata, tradita complevi & dedi.

✠ Ego Gualbertus Notarius & Judex Sacri Palatii, ſcriptor, qualiter in autenticum ſcriptum inveni, fideliter exemplavi.

Ad illa verba *Anno Decimo* adjectum eſt ſupra *Un*, quaſi ſcribendum fuerit *Undecimo*. Et ſane quamquam fere ſemper Regnum Deſiderii Regis praecedat Adelchiſi ejus filii Regnum annis duobus, attamen interdum tribus annis inter ſe differunt. In Archivo Lucenſis Archiepiſcopii vidi Chartam ſcriptam *Anno IX. Deſiderii Regis*, & *VI. Adelchis*, decurrente *Majo Menſe*, & *Indictione III.* ideſt Anno Chriſti DCCLXV. Immo etiamſi liberis minime carerent, non deſinebant tamen pii homines multa largiri locis Deo ſacratis. Unum ex multis exemplum profero e Bobienſis Monaſterii pergamenis deſcriptum, ſed neſcio an exacte ſatis.

Charta Beatae, multa donantis Monaſterio Bobienſi Sancti Columbani, Anno 863.

D IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.* Hludovicus Lotharii filio, *hic in Italia in Chriſti nomine Duodecimo, XIII. Kalendas Julii, Indictione XI. Sacroſancto & venerabili loco Monaſterio beati Columbani Confeſſoris, ubi* Ermeriſio Praepoſitus eſſe videtur, *nec non &* Beata, qui propter amorem, & remedium E anime mee, vel parentorum meorum, ut mihi peccatoris proficiat ad ſalutem, *proinde dono ego Beata ad ipſo Sancto memoriam, de Caſis & omnibus rebus juris meis, atque medietatem, quicquid habere viſa ſum in finem Tertonenſe, loco qui dicitur . . . . nio, vel in eorum territorio. Hoc eſt Caſa, Curte, Orto, area, campis, pratis, paſcuis, vineis, ſilvis, ac filaneis, ripis, rupinis, coltum vel incoltum, diviſum vel indiviſum, cum finibus, terminibus, acceſſionibus, & ingreſſoras earum, cum omnia & ex omnibus jura & acjacentia, aut pertinentias earum, aquarum, aquarumque ductibus, cum omnia ſuper adſtantibus, vel habentem, omnia in integrum, ipſe ſupraſcriptis rebus, qui mihi obvenit de Amabile ne . . . . . . defuncta, quarta omnem medietatem. Unde alia medietatem dare debeo* ad filii mei Fictabile & Amabile. *Nam aliis rebus, ſicut ſupra legitur*, pro remedio anime mee vel parentorum meorum, ut mihi peccatrix proficiat ad ſalutem, *dono, cedo, confero, & per preſentem Cartolam*

l l

dona-

donationis in ſupraſcripto Monaſterio factam . . . . & poteſtatem habendi , faciendi Actor ſupraſcripti Monaſterii voluerit , ad preſentem diem . Et nunquam liceam neque ego Beata , neque eredibus meis , ipſis ſupraſcriptis rebus de ipſo ſancto Monaſterio ſubtrahere , niſi quod dixi , firmis & ſtabilis permaneat omnia in tempore . Et pro predicti ampliorem firmitatem , & ſecuritatis ritus gentis noſtre Langobardorum , accepti Launichild Mantello uno , ut plus firmis & ſtabilis permaneat ; & mea donatio omni in tempore atque perſiſtam . Quam verò Cartulam donationis mee factam ad omnia ſupraſcripta .

Acto Robenii feliciter .

Signum ✠ manu Beate , qui hanc Cartolam fieri rogavi , & ei relecta eſt .

Signum ✠ manu Lubeni de Robenio teſtis .

Signum ✠ ✠ manibus Lubeni & Bonarigeri teſtis .

Signum ✠ manu Stabilis teſtis .


Signum ✠ manu Ildeprandi teſtis .

Ego Florentino Notarius hujus Cartola poſt roborata complevi & dedi .

Quod ſi Archiva adeas , ubi ingens etiamnum piarum donationum copia ſupereſt , aut ſi recolas Chartas , ab eruditis Scriptoribus e tenebris erutas : ibi innumerae occurrent tibi oblationes factae Eccleſiis cum ea formula *pro animae meae mercede , & parentum meorum ;* ſive *pro remedio animae meae & parentum ;* ſive *per hoc ſalutem perpetuam & remedium meorum peccatorum invenire poſſim ;* ſive *pro redemtione peccatorum meorum* , atque ſimilibus aliis formulis . Haec indicant , ea dona a Fidelibus in Eccleſias collata fuiſſe , ut pia hac largitione ſatisfactorias poenas ſuorum criminum eluerent . Hujuſmodi verò Redemtionis frequens eſt mentio apud inferiorum Seculorum Scriptores , e quibus unum dabo Petrum Damiani , qui Epiſtol. 12. Lib. 4. haec ad Epiſcopum quemdam ſcribit : *Praeterea non ignoras , quia quum a Poenitentibus terram accipimus , juxta menſuram muneris eis de quantitate Poenitentiae relaxamus , ſicut ſcriptum eſt : Divitiae hominis , redemtio ejus .* Luculentiorem teſtem adferre non poſſis . Rurſus idem ſcribit in Epiſtol. 8. Lib. 5. *Quum Sacerdotes Eccleſiae , annoſam indicunt quibuſdam peccatoribus Poenitentiam , numquid non aliquando certam pecuniae praefigunt pro annorum Redemtione menſuram , ut nimirum facinora ſua Eleemoſynis redimant , qui longa jejunia perhorreſcunt ?* Mirabar autem ego in Antiquitat. Eſtenſib. Cap. 7. pag. 41. & adhuc miror , quei Henricus IV. Germaniae , ac Italiae Rex , Anno Chriſti MLXXVII. ditiones omnes confirmans *Ugoni & Fulchoni germanis Aczonis Marchionis filiis* , proteſtetur , ſe id facere *pro Patris noſtri noſtraeque remedio animae* . Nonne formula haec locum habuit in unis donationibus piis ? Attamen eam quoque interdum adhibitam oſtendi , quum de Saecularibus perſonis remunerandis agebatur , idque in uſu Regis ejuſdem fuiſſe , quod ejuſmodi etiam munera crederentur Deo grata , & praecipue ſi quando facinore aliquo Regiam gratiam antea quiſquam amiſiſſet , aut ipſe Rex indebita mala ſubditis illata , novo munere ſibi reparanda cenſeret . Nunc profectò ſimile Privilegium videas conceſſum ab eodem Rege *Ragimbaldo Comiti Tarviſano* , a quo nobilis Comitum Collalti progenies originem trahit . Ejus diplomatis antiquum exemplar debeo praeſtantiſſimo viro Antonio Rambaldo Comiti Collalti , ac intimo Conſiliario Auguſtiſſimi olim Caroli VI. Imperatoris . Ita verò ſe habet .

Henricus IV. Germaniae & Italiae Rex Ragimbaldo Tarviſano Comiti omnia illius bona & jura confirmat, Anno 1077.

A *IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus IV. *divina favente clementia* Rex. *Si juſtis petitionibus noſtrorum fidelium aures noſtrae pietatis inclinaverimus, juſtiſque eorum precibus clementer annuerimus, Regni noſtri gubernacula benigne regere & moderari credimus, & eos noſtrae ..... fideliores inde merito reddere non dubitamus.* B *Quocirca omnium Dei noſtrorumque fidelium tam futurorum quàm praeſentium noverit multitudo, qualiter nos* pro Patris noſtri, noſtraeque animae remedio, *intuituque amabilis Camerarii noſtri Gunthediardi,* Ragimbaldo Tarviſienſi Comiti *noſtro fideli, per noſtri Praecepti traditionem concedimus, donamus, & confirmamus, &* C *corroboramus omnia ſua bona, Caſtella ſcilicet, Turres, Villas, Capellas, ſeu maſſaritias, foreſtas, ſilvas, vineas, campos, prata, molendina cum aquis ſuis, piſcationes, venationes tam in montibus quàm in planiciebus, ſervos & ancillas, aldiones vel aldianas, & omnes res, quas juſte poſſidet* in Comitatibus Tarviſienſi, Patavienſi, Vicentino, Cenetenſi, *ſeu quaecumque . . . . . modò poſſidet in cunctis locis infra noſtrum Regnum Italicum: univerſaliterque quaecumque Pater jam dicti Ragimbaldi, aut alii ejus Parentes per Praecepta aut alias juſtas acquiſitiones acquiſiverunt, & illi reliquerunt, & ille jam juſte acquiſivit, vel acquirere deinceps jure poterit, ſicut jam dictum eſt, per Praeceptum noſtrum concedimus & confirmamus. Eâ ſcilicet ratione, quod nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldio, nulla prorſus magna parvaque noſtri Regni perſona audeat praedictum Ragimbaldum Comitem de omnibus predictis ejus bonis diſveſtire, moleſtare, inquietare. Si quis verò &c.*

Signum Domni  *Henrici invictiſſimi Regis.*

Gregorius Vercellenſis Epiſcopus ac Cancellarius . . . .

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXVII. Indictione XV. Anno autem ordinationis Domni Henrici Regis . . . . . Regni verò XXIIII.

Actum Veronae feliciter.

D Neque tantùm in Henrico IV. Rege, ſed & in Henrico III. ejus Patre, inter Romanorum Imperatores Secundo, conſuetudinem hanc deprehendi, plura alia, ut puto, deprehenſurus ſi pari ſucceſſu uti Eccleſiarum, ita & Secularium virorum Chartae ad nos uſque perveniſſent. Itaque adſervatur in antiquiſſimo Regeſto Archivi Eſtenſis, expers omnis ſuſpicionis

cionis exemplum Diplomatis, ab eodem Henrico III. Imperatore II. conceſſi Anno Chriſti MLV. Populo Ferrarienſi: ex quo intelligas, poſt mortem Bonifacii Marchionis Ferrariam non ejus filiae Mathildi paruiſſe, ſed quidem Imperatori: quod & de Mantua factum alibi animadverti. Subſcribit ibi *Andreas divino nutu Ferrarienſis Notarius, qui die XIV. introëunte Menſe Februario, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Secundo, tempore* A *Eugenii Papae, & Conradi Regis authenticum Privilegium, ſeu reſcriptum, ſigillo Henrici II. Regis II. Imperatoris ſigillatum, ſuis manibus deſcripſit.* Tum *Armanus Dei gratiâ Imperialis Aulae, item Poteſtatis & Communis Ferrariae Notarius, illud exemplum Anno MCCXXXI. exemplavit.* Diſertis autem verbis & heic legitur formula B *pro remedio animae noſtrae.* Leguntur & alia, quae ad eorum temporum eruditionem non parum conducunt. Nunc illud accipe.

Henrici III. Germaniae ac Italiae Regis, & Imperatoris II. Privilegium conceſſum Ferrarienſi Populo, Anno 1055.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Henricus *divina favente* C *clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Noverint omnes ſancte Dei Eccleſie, noſtrique fideles, tam futuri quàm preſentes, qualiter* pro remedio anime noſtre, *& ob interventum* Conjugis noſtre Imperatricis Agnetis, *& propter interventum dilectiſſimi* Filii noſtri Henrici Quarti Regis, *univerſo Populo Ferrarienſi nobis ſupplicanti* D *pro fideli ac devoto eorum ſervitio omnes Curtenſes a datione in placito, que Tertie dicuntur, tutos eſſe permittimus. Villanos etiam infra totam Civitatem Ferrarie, vel ubicùmque in eorum terra habitant, ad publicum Placitum non venire: Sed Dominis eis pro illis reſpondere concedimus. Naves ſuas & caballos ad* P. *officium perſolvere non* E *cogantur, niſi cum nos in Regnum Ytalicum veniremus, vel noſter Miſſus. Preterea ſi quis ad Placitum vocatur, & debitum ſuum ſponte confitetur, a pena Tertiarum ſolutus ſit. Similiter etiam & Viduas a tertiis in placito ſolvimus. Bannus autem illorum ecundùm antiquum modum centum & octo Denarii ſit. Ripaticum non dent, niſi Papie, duodecim denarios ejuſdem monete. Cremone autem ſi fortè quiſquam Negotiatorum moratus fuerit, & alibi aliquod negotium de Sale fecerit, duo oralia perſolvat. De piſcibus pro unaquaque vegete duos Denarios Mediolanenſes tribuat. Ravenne duos monete Venetie. Venetie verò duodecim ejuſdem monete. Et preter hec prenominata loca omnem mercatum Ytalicum abſque qualibet exactione ſecure frequentent. Secundùm etiam quod Lex jubet, in Placito inducie illis concedantur, niſi cum nos, aut noſter Miſſus in Regnum Ytalicum venerimus. Generale Placitum in anno bis cuſtodiant, & hoc ſolvendo modo tribus diebus, & unaquaque die tres porcos, centumque panes, unam libram piperis, & alteram zinamomi, treſque ſextarios mellis; hiſque tribus diebus tantummodo unam vegetem vini: quarta verò die unum verrem ac quinquaginta panes placitanti tribuant. Fotrum autem nobis, aut noſtro Miſſo ad Italiam venienti pleniſſime perſolvant; hec enim omnia, que preſcripta, nec non conceſſa ſunt, illâ exceptione ſtabili-*

mus

mus & confirmamus ad cetera tempora; niſi cum nos, aut noſter Miſſus in Regno Ytalico ſteterimus. Si quis autem hujus noſtrae conceſſionis & confirmationis violator extiterit, centum Libras auri optimi componat, medietatem Camere noſtre, & medietatem predicto Ferrarienſi Populo. Et ut hec noſtre confirmationis auctoritas ſtabilis ac firma permaneat, hanc Chartam inde conſcriptam, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domni Henrici Tertii Regis invictiſſimi, Secundi Romanorum Imperatoris.

A *Gunterius Cancellarius vice Hermani Archicancellarii recognovit.*

Data VIII. Kalendas Septembris, Anno Dominice Incarnationis MLV. Indictione VIII. Anno autem Domni Henrici Tertii Regis Imperatoris autem Secundi, ordinationis ejus XXVII. Regni quidem XVII. Imperii verò VIIII.

Actum ad Pontem in Dei nomine feliciter. Amen.

B Praeterea alterum hujus formulae exemplum vide in Diplomate Berengarii Regis I. quod evulgavi in Diſſertatione XI. *de Allodiis*. Nunc alterum addo, e Tabulario Monaſterii Veronenſis Sancti Zenonis deductum, ubi autographum viſitur.


Berengarii I. Regis Diploma, quo hortulum in Civitate Verona poſitum Ingelfredo Vaſſo ſuo donat, Anno 897.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Berengarius *divina favente clementia* Rex. *Si petitionibus fidelium aures Regiae inflectuntur, hic & in futuro benivolentiae credimus fiducialiter augeri. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum, cognoſcat induſtria,* Berthilam noſtram *dilectam* Conjugem & Conſortem noſtri Regni, *noſtram expetiiſſe clementiam, quatenus* Ingelfredo *dilecto* Vaſſo noſtro, *per hujus Precepti inſtitutionem, concediſſemus Ortellum unum in proprietate pertinentem de Veronenſe Comitatu, ſitum infra Civitatem Veronam non longe Cortealta. Cujus nos ratam arbitrantes petitionem,*

C *pro Dei amore, &* remedio anime noſtre *predictum Ortellum, extendentem de uno latere per longum perticas legitimas quinque, additis ſex pedibus, de altero vero latere per longum perticas quatuor, additis pedibus decem: ex uno capite extendentem in latitudinem perticas quatuor, additis quatuor pedibus; de altero verò capite perticas quatuor,*

D *additis octo pedibus, concedimus eidem Ingelfredo per hujus noſtri Precepti paginam in proprietatem ad habendum, tenendum, commutandum, donandum, vendendum, & quicquid voluerit faciendum abſque alicujus poteſtatis contradictione. Contra quod noſtre donationis Preceptum, ſi quis inſurgere temptaverit &c.*

Signum

Signum Domni  *Berengarii ſereniſſimi Regis.*

Sigillum cereum.



Vitalis Cancellarius juſſu Regis recognovi & ſubſcripſi.

Data Pridie Kalendas Mai, Anno Dominicae Incarnationis DCCCXCVII. Anno autem Regni Domni Berengarii piiſſimi Regis VIII. Per Indictionem Quartamdecimam.

Actum Veronae in Dei nomine, feliciter. Amen.

Ad vetera quoque tempora ſpectat ritus ille, de quo in Diſſertatione praecedenti egi. Quum videlicet apud ſe quiſquam retinebat aliis inique ablata, aut indebitis tributis ſubditos vexabat, ſeſe Redimere conſuevit donando Eccleſiis: quod tamen factum puto, niſi certus rerum ablatarum dominus appareret. *Maltoletum*, *Malatolta*, *Toltamala* appellari conſueverunt ejuſmodi exactiones contra jus invectae. In Vita Innocentii III. Papae, Tomo III. pag. 489. Rer. Italicarum, nobiles quidam viri *jurarunt ſtare mandatis Domni Papae ſuper facto Vetrallae, ſtratae ſecuritate, Mattolectis. Lege Maltolectis.* Dantes quoque Cant. V. Paradiſi, uſus eſt voce *Maltoletto*: quae vox propria fuiſſe creditur Dialecti Forojulienſis, pro *Maltolto*. Ita Frater Jacoponus Tudertinus, ſynchronus Dantis, Lib. 4. Cantic. 21.

Figli, Nipoti, e frati,
Rendete il maltolette.

Quam verò antiquus ſit iſte ritus; habes ex Collectione Canonum Poenitentialium, ante *annos nongentos* ſcriptâ, atque editâ a Clariſs. Viris Martene & Durando Benedictinis Congregat. Sancti Mauri, Tom. 4. Theſauri novi Anecdotor. pag. 55. ubi *ſi quis injuſte aliquid abſtulit, eroget in eleemoſynam: & alium tantum, quantum valet ipſum argentum, de terra Eccleſiis Dei conferat in eleemoſyna &c.* Neque modicum momenti habuit ad piorum liberalitatem erga Monachos alliciendam alter ille ritus, cujus adhuc rudera ſuperſunt. Nempe conſuevere veteres Monachi, communionem Sanctorum prae oculis habentes, primo aliorum Monaſteriorum alumnos confoederatos habere, ſuarumque precum atque orationum par-

participes facere, tum eumdem bonorum operum fructum communicare cum iis etiam, qui aut in ſuum Coenobium, aut in alia ſibi ſociata, alicujus beneficii largitate fuerant liberales. *Societatis* ac *Fraternitatis* nomine pia haec conſuetudo deſignabatur, ejuſque veſtigia aliquot vel in ipſis monumentis Seculi a Chriſto nató Octavi occurrunt, uti indicat Clariſs. Mabillonius in Prefation. ad Saecul. III. Actor. Sanctor. Benedictinor. Part. I. atque in Annalib. Benedictinis ad Annum DCCCLIX. num. 52. Hujuſmodi *Fraternitatum* exempla ab Anno DCCC. uſque ad finem Saeculi Duodecimi protulit Goldaſtus Tom. 2. pag. 140. Rer. Alamann. uti & *Miſſam pro illis, qui Elimoſinam faciunt*, ſcilicet Monachis, & quidem ditibus. Vide etiam Cap. 18. pag. 172. Antiquitat. Eſtenſ. ubi Regienſes Monachi Anno MCXIX. filios Odonis Blanchi inveſtiunt *de omni Fraterna, & Oratione, & Eleemoſyna*, quae in eorum Coenobio facienda fuerit. Capite quoque 30. pag. 298. *Guelpho Dux Spoleti, & Marchio Tuſciae*, multa circiter Annum MCLXVI. concedit Monachis Lucenſibus Sancti Frigidiani *ratione Fra-* A *ternitatis, quam nobis ſuâ gratiâ conceſſerunt*. Atque hactenus dicta uberiorem lucem accipient ex Charta Senenſi mecum a praeclariſſimo, dum vivebat, viro Huberto Benvogliento ejuſdem Civitatis Patritio communicata, ubi *Ildebrandinus Comes* multa Abbati Sancti Salvatoris injuſte occupata reſtituit, ea etiam ratione com- B motus, quod *Monachi ejuſdem Monaſterii cum adjutorio Domini noſtri Jeſu Chriſti participem & conſortem me fecerunt omnium Orationum ſuarum, & divini ſervitii, quod omnipotenti Domino die noctuque exhibere videntur*. Neque hoc tantùm polliciti ſunt Monachi, ſed etiam, ut ille ait, *a me humiliter exorati, onus trium anno-* C *rum de Poenitentia mea ſuper ſe ſuſceperunt, quam de peccatis meis ab Aretino Epiſcopo acceperam*. Viden, qui ritus eorum temporum forent? Atqui hic etiam adnumerandus eſt inter rationes Redimendi peccata ſua. Offerebant pii homines temporalia bona Templi Miniſtris; ii contra ſpiritualia conferebant, ſuſcepto in ſe onere poenitentialium poenarum. D Ita verò ſe habet Charta illa Senenſis.

Ildebrandinus Comes Monaſterio Sancti Salvatoris terras reſtituit eidem occupatas, Anno 1154.

In nomine Domini. Amen. Scriptura retrodonationis, quomodo teſtamentum Piciavene de Sciano Abbatia Sancti Salvatoris recuperavit, & modo habet. Divinae Leges habent, & humane firmiterque precipiunt & prohibent, ut nullus preſumat res alienas invadere, aut contra rationem retinere; ſed precipue res Eccleſiarum & predia nullatenus ab aliquo ſint inva- E *denda, ſive ratione ulla retinenda, unde Eccleſia Dei, cui jure competunt, aliquod patiatur detrimentum vel jacturam. Proinde ſacri Canones & divine Scripture auctoritas omnes Eccleſiaſticarum rerum invaſores, eaſque violenter tenentes, maledicunt, & excommunicant. Quapropter ego* Ildibrandinus Comes, filius Comitiſſe Donniſie, *dimitto & refuto terras omnes Abbatie San-*

Sancti Salvatoris in manibus Nicolai Abbatis ejuſdem Abbatie, *quas Piciavena de Sciano quondam teſtamento pro anima ſua prefate Abbatiae dereliquit. Has etenim terras uſque modò contra juſtitiam occupatas detineri feci.* Ut igitur mihi omnipotens Deus peccata mea & culpas indulgeat, per me & per omnes perſonas dimitto & refuto atque renuntio omne jus & omnem uſum, ſi quod fortè habui, in predictis terris Piciavene, que teſtamento pervenerunt Monaſterio Sancti Salvatoris Berardingorum. Et quidem per hanc refutationem, quam feci, Monachi ejuſdem Monaſterii cum adjutorio Domini noſtri Jeſu Chriſti, participem & conſortem me fecerunt omnium Orationum ſuarum, & divini ſervitii, quod omnipotenti Domino die noctuque exhibere videntur. Et inſuper a me humiliter exorati, onus trium annorum de poenitentia mea ſuper ſe ſuſceperunt, quam de peccatis meis ab Aretino Epiſcopo acceperam. *Refutationem ſiquidem praedictarum rerum primum feci in Capitulo apud Abbatiam coram Monachis ejuſdem Abbatiae, & coram Plebano de Rapulano, multiſque aliis. Secundo ante Plebem Sancte Agathe de Aſciano in preſentia & teſtimonio jam dicti Nicolai Abbati, & Domni Petri olim Prioris de Ranteſſa, & Plebani de Aſciano, & Donodei, & Nontivollio, & Griffoli, filii Tracii, & Magialis, filii Homodei, & quorumdam aliorum. Anno Domini Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Quarto menſe Novembris, Indictione* . . . . . . tempore Anaſtaſii Papae Quarti, & Jeronimi Aretini Epiſcopi.

Ego Frater Nicolaus Peccator Monachus, & ſolo nomine non opere dictus Abbas predicti Monaſterii, hec omnia vidi & interfui, & omnia ſupraſcripta deſcripſi, & manu propria ſic denotavi. Amen. Amen. Amen.

Atque ex hoc ritu *Fraternitatum*, ſive *Societatum*, effluxere Diptycha, ſive tabulae aut Libri, in quibus olim nomina adnotabantur eorum, qui ad percipiendos ſpirituales hoſce fructus admittebantur. Non pauca ex iis adhuc ſuperſunt in antiquis Coenobiorum Archivis, mortem quoque piae gentis quandoque indicantia, ac propterea *Necrologiorum* nomine deſignata. Unum ego, & quidem antiquiſſimum, reperi Brixiae in nobiliſſimo Coenobio Monialium Sanctae Juliae, non unâ manu ſcriptum. Sed quum nuda tantum nomina occurrerent, & nihil Hiſtorici exhiberent, ego paucis delibatis, quae mihi viſa ſunt alicujus momenti, reliqua dimiſi. En ergo ſpecimen illius Codicis.

E X C E R P T A

EX NECROLOGIO ANTIQUISSIMO MONIALIUM SANCTAE JULIAE IN CIVITATE BRIXIANA.

GAribaldus Epiſcopus.
Odalricus Comes.
Domnus Arnulf.
Folco Epiſcopus.
Ophim Epiſcopus.
Conradus Epiſcopus.
Franco.
Karolus.
Karolus.
Ludovvicus.
Ludovvicus.
Ludovvicus.
Karlmannus.
Karlmannus.
Ludovvicus.
Lotharius.
Karlmannus.
Buoſo.
Ermengarda.
Vulgunda Abbatiſſa.
Herimanni Argiepiſcopi.
Wicerus Epiſcopus.
Fredepertus Epiſcopus.
Ceiſo Epiſcopus.
Benedictus Epiſcopus.
Anſualdus Epiſcopus.
Chunibertus Epiſcopus.
Affrid Epiſcopus.
Petrus Epiſcopus.
Theodepertus Archipresbyter.
Bereſindus Archipresbyter.
Perſo Archipresbyter.
Arduinus Archipresbyter.
Gunderiſſi Archidiaconus.
Marialdus Archidiaconus.
Leo Archidiaconus.
Engilmannus Archidiaconus.

A *Audacharius Epiſcopus.*
Andreverga, Cunibertus Comes.
Echardus Epiſcopus.
Dominicus Epiſcopus.
Maurus Epiſcopus.
Petrus Abbas.
Anſprandus Abbas.
Folchuvino Abbas.
Haec ſunt nomina de hominibus Rothadi Epiſcopi, qui defuncti ſunt Romam tempore Nicolai Pape.

B *Vololdus &c.*
Haec ſunt nomina Fratrum de Congregationis Matris Eccleſie Sueſſonice.
Rotadus Epiſcopus.
Teudoldus Prepoſitus & Presbiter.
Godo Decanus & Presbiter.
Hartgaudus Theſaurarius &c.

C *Hec ſunt nomina Fratrum de Congregatione Sancti Leodegari.*
Domnus Abbas.
Domnus Manegoldus Comes. (rubris
Emma Cometiſſa. (chara-
(cteribus.
Ambroſius Comes.
Grimaldus Commes.
Ingelfredus Commes.

D *Egintincus Comes.*
Sibichus Epiſcopus.
Ambroſius Epiſcopus.
Gregorius Epiſcopus Vercellenſis Urbis.
Domna Hermengarda humilis Abbatiſſa.
Domnus Lodovicus Imperator. (chara-
Domna Ingelberga Imperatrix. (ctere
(rubro.
Domna Berta Abbatiſſa.

Domna

A Domna Adaleida Abbatiſſa.
Eberardus.
Giſla.
Liutfrid.
Unroch, & Valefrid.
Adelgis Beringeri.
Bernardus.
Adelardus.
Bernioldus Comes.
B Grimilda Abbatiſſa.
Waldus Epiſcopus.
Salomon Epiſcopus.
Oſinus Epiſcopus.
Liutpertus Archiepiſcopus.
Domnus Liutuvardus Epiſcopus.
Rimbertus Epiſcopus.
Wilibertus Epiſcopus.
Thiedericus Epiſcopus.
C Angelbertus Archiepiſcopus.
Votingus Epiſcopus.
Amelricus Epiſcopus.
Dodo Epiſcopus.
Agino Epiſcopus.
Benedictus Epiſcopus.
Lupus Archipresbyter.
Paulus Archidiaconus.
Chunibertus Abbas.
D Ordo Fratrum Inſulanenſium Sanctae Mariae.
Folcurinus Abbas.
Liutbert &c.
Antonius Epiſcopus.
Adodaſcrus Epiſcopus.
Ecchardus Epiſcopus.
Andreas Abbas.
Petrus Epiſcopus.
E Aedaeluulf Rex Anglorum.
Marchoardus Abbas.
Petrus Epiſcopus.
Rataidus Abbas.
Gaideriſcius Abbas.
Wala Abbas.
Giſelramnus Abbas.
Hludovvicus Rex.
Iterum filius ejus Hludovvicus.
Liutgarda Regina.

Hildigard.
Hemma &c.
Domnus Ardingus Epiſcopus.
Stabilis Archipresbyter &c.
Domnus Ardingus Epiſcopus.
Stabilis Archipresbyter &c.
Bonifacius. (Hic pater Mathildis Co-
(mitiſsae celebris fuit.
Richilda &c.
Rampertus Epiſcopus.
Garibaldus Epiſcopus.
Garardus Epiſcopus.
Adelbertus Comes.
Odelbertus Abbas.
Immo Abbas.
Egilolfus Epiſcopus.

Anno Domini MCCXLIII. Indictione I. Domna Titerbe Abbatiſſa fecit ſe ſcribi in iſto Libro cum omnibus ſuis parentibus vivis, & defunctis.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Incipit notitia regularis Ordinis, quomodo traditae ſunt Sanctemoniales in Monaſterio Domini Salvatoris ſecundùm ordinem Sancte Regule in tempore Domne Amelperge humilis Abbatiſſe.

Domnus Imperator Lotharius tradidit filiam ſuam Domnam Giſlam, ſecundùm ordinem Sancte Regule.

Domnus Hludowicus Imperator tradidit filiam ſuam Giſla.

Albi tradidit filiam ſuam Giſelpergam.

Adelbertus Comes tradidit filiam ſuam Reginſindam.

Adelgiſus Comes tradidit filiam ſuam Cunigunda.

Domnus Eberardus Dux tradidit filiam ſuam Giſla.

Rambertus Comes tradidit neptam ſuam Sconburga.

Liutfrid Comis tradidit filiam ſuam Adelei.

Grimoaldus Comes tradidit filias ſuas Rotperta, & Regimberga.

Tiſo

Tiſo Comes tradidit filiam ſuam Suamilta Deo & Sancte Julie ſub jugo Sancte Regule.

Hec ſunt nomina Monachorum.

Giſelbertus Abbas cum omni parentela ſua vivis & mortuis.

Amizo Abbas cum omnibus parentibus ſuis &c.

Domnus Landulfus Epiſcopus.

Nomina Abbatum & Fratrum de Monaſterio Sanctae Euphemiae.

Domnus Johannes Abbas.

Domnus Giſelbertus Abbas.

Domnus Atto Abbas.

Domnus Petrus Abbas.

Domnus Ambroſius Abbas.

Domnus Reginaeo Abbas.

Sed jam tandem ſciſcitetur aliquis: quonam gentium abiere tam celebres *Poenitentiales* Libri, atque in eis praeſcriptae poenae & Canones? Eorum, ut ita dicam, ne ullum quidem in uſu veſtigium nunc reſtat. Et quare illorum uſus in Eccleſia adeo tepuit, immo prorſus ex hominum commercio evanuit? Dicam brevibus: neque enim injuſta petitio. *Sacrarum Indulgentiarum* uſus Poenitentiales Libros, eorumque ſtatuta penitus eliminavit. Illud conſtat, vel ab exordio Eccleſiae in poteſtate ſacrorum Antiſtitum, ſed praeſertim Romani Pontificis, fuiſſe, reis ac poenitentibus minuere aut relaxare poenas criminum: quae facultas non aliunde eiſdem tradita, quàm ab ipſo Eccleſiae auctore Chriſto. Haec autem toties exercebatur, quoties difficilia tempora, impotentia, aegritudo corporis, aliaeve juſtae cauſſae mitius cum poenitentibus agendum ſuadebant. Iſta Canonicarum poenarum condonatio, *Indulgentia* appellata eſt, & adhuc appellatur: ejuſque exempla ſuppetunt in Conciliorum

A ac Patrum Libris, ſed in primis apud Sanctum Martyrem & Epiſcopum Cyprianum. Nulla apud me dubitatio relinquitur, quin iis temporibus, quibus maxime Canones Poenitentiales vigebant, Indulgentiae interdum, immo ſaepe ſaepius, concederentur a ſacris Eccleſiae Miniſtris pro variâ hominum infirmitate, temporumque neceſſitate. B Verùm in his erat modus, & adhuc paſſim Poenitentes corporalem caſtigationem aut ſubibant, aut redimebant. Ejuſmodi Indulgentiarum patentia exempla praebet praeſertim Saeculum a Chriſto nato Undecimum. At tunc maxime Eccleſiaſtica diſciplina hac in parte novos ritus, vultumque diverſum induere C coepit, quum militares expeditiones in Saracenorum gentem, Chriſticolis maximopere infenſam, ſuſcipi coeptae ſunt. Leone Oſtienſi teſte Lib. 3. Cap. 71. Chronici Caſinenſis, Anno MLXXXVII. Victor III. Papa exercitum ingentem ex omnibus fere Italiae Populis collectum adversùs illos *ſub remiſſione peccatorum omnium* D direxit, ingentemque ex iis victoriam retulit. Quo exemplo permotus, paucos poſt annos Hieroſolymitanam expeditionem omnium celeberrimam Orbi depraedicavit Urbanus II. itidem Romanus Pontifex. Nam ut Populos ad ſacram Terram recuperandam expeditiores alacrioreſque faceret, Anno MXCVI. in Concilio Claromon- E tano *iter illud pro omni poenitentia* reputandum ſtatuit. Hoc eſt, quicumque Cruce aſſumtâ militarent contra Saracenos, ſacrorum locorum in Oriente uſurpatores, indulgente Eccleſiâ, Remiſſionem cujuſque poenae, ob anteacta crimina in Poenitentialibus Canonibus indictae, conſequebantur. Pari etiam liberalitate actum poſtea fuit erga illos, qui in Hiſpaniam

perge-

pergerent adverſus Saracenos militaturi. Vide Concilii I. Lateranenſis oecumenici Canonem Undecimum. Nempe tam arduum iter; tot labores atque pericula, a Chriſti fidelibus ſuſcepta, Poenitentiae ac Redemtionis loco erant, & merito ſane. Quae res innumeram gentem non tantùm cauſâ pietatis, quàm ejuſmodi Spiritualis lucri, ad arma excitavit; neque eo ſolum tempore, ſed duobus etiam Seculis proxime ſubſequutis. Poſt Annum quoque Vulgaris Aerae Milleſimum (fortaſſis & antea) coeperunt ſummi Pontifices & Epiſcopi, quoties ſolemnis aliqua Templorum dedicatio fiebat, Populis confluentibus poenarum Poenitentialium partem, modicam tamen, remittere. Neque heic ſtetit Indulgentiarum uſus. Senſim per ſacros Paſtores propagari coepta eſt relaxatio Canonum Poenitentialium, condonatis modò levibus poenis, ubi fideles peregiſſent alia Pietatis officia, nempe peregrinando Hieroſolymam, aut ad limina Apoſtolorum, aut ad Compoſtellanum Templum, aut ad viſitandas alias Aedes ſacras, aut arma ferendo in Haereticos & Paganos, ſive alia Religionis aut Caritatis Chriſtianae opera exercendo. Utique primò nonniſi paucorum dierum, aut etiam annorum Poenitentia relaxabatur, ſi expeditiones ſacras excipias, quibus certe major, immo plena Indulgentia debebatur. Cujus rei poſſem adferre exempla non pauca: ſed inſtar omnium erit, quod in Appendice Chronicorum Henrici Danduli legitur, ſpectans ad unum e Templis Venetis.

Alexander III. Papa viſitantibus Eccleſiam Sanctae Mariae de Caritate Venetiis, Indulgentiam viginti dierum concedit, Anno 1177.

ALexander Epiſcopus *Servus Servorum Dei dilectis filiis & Fratribus Sanctae Mariae de Caritate, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum pro commodo generalis Eccleſiae, cujus curam & regimen licèt immeriti gerimus, veniſſemus Domino ducente Venetias, ad petitionem veſtram invocati, pro noſtri officii debito Nonis Aprilis Eccleſiam veſtram Spiritus Sancti gratiâ dedicavimus:* & omnibus, qui in Anniverſario Dedicationis, vel tribus diebus ante, vel tribus poſt, eamdem contrito animo & devote & humiliter viſitaverint, de Poenitentia ſibi injuncta Viginti dies, *confiſi de miſericordia Jeſu Chriſti, & beatorum Petri & Pauli meritis* duximus indulgendos. *Ne igitur illud* Indulgentiae, *quod viſitantibus Eccleſiam veſtram annuatim indulſimus, in poſterum a memoria hominum elabatur*, remiſſionem, *quam fecimus, auctoritate Apoſtolica confirmamus, eamque ad perpetuam memoriam futurorum in ſcriptis duximus redigendam.*

Datum Venetiis in Rivoalto, IV. Kalendas Junii.

Sed quando repagula fracta ſemel fuere, jamque Populi perſpicere coeperunt, ſe abſque veterum Redemtionum onere Canonicis Poenitentiis abſolvi poſſe, tum ii ampliores Indulgentias expoſcere, Epiſcopi verò ac praecipue Romani Pontifices, liberalitate certantes, plura ac majora in dies elargiri, donec eo ventum eſt,

eſt, ut ex tantâ Indulgentiarum copiâ, ac earum potiſſimùm, quae *Plenariae* vocantur, ſublatus ſenſim fuerit uſus ac obliteratum penes ineruditum vulgus nomen Canonum Poenitentialium. Id ſenſim factum dixi. Attamen ante aliquot Secula fuere, qui ex ejuſmodi Indulgentiis populorum concurſum ad ſe trahebant, lucri potiſſimùm, ut ſuſpicari licet, captandi cauſsâ; eamque in rem aut conficta Privilegia, aut fabulas fabricabant. Teſte Richardo de Sancto Germano, Honorius III. Papa Anno MCCXXV. *Indulgentiam Saraceniſci, quae ex longiturnitate temporis ſatis inoleverat, tamquam falſam caſſavit, & irritam per ſuas literas denuntiavit pariter & inanem: pro eo quod Clerici loci ejuſdem dabant accedentibus ad ipſam Eccleſiam Remiſſionem peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de Peccatis Omnibus emundati recederent, ſicut pertica quaedam quam oſtendebant eis cortice emundatam*. Non conſuevere, ut dixi, temporibus iis Romani Pontifices tantam Indulgentiae copiam Poenitentibus largiri, niſi eam, aut ſacri belli expeditione, aut longa peregrinatione promererentur. Quare ubi primus omnium Bonifacius VIII. Pontifex Jubilaeum Romanum Anno MCCC. inſtituit, & viſitantibus ſacra Urbis loca Remiſſionem Omnium Peccatorum elargitus eſt, commota ſunt univerſa Chriſtianorum Regna ad tantae Indulgentiae ſonum, quam conſequi ſine militia, hoc eſt ſine diſcrimine vitae, cuicumque licebat. Quare innumeri confluxere Romam, & Regales viae per totum illum Annum copioſiſſimis nundinis prae multitudine peregrinorum minime concedebant. Teſtatur autem Johannes Villanius Hiſtoricus, qui non ſegnius, quàm alii, eò perrexit, nullum diem abiiſſe, quo Romae non numerarentur, *oltre al Popolo Romano dugento mila di Pellegrini*. Addit infra: *E dell' offerta fatta per li Pellegrini molto teſoro ne crebbe alla Chieſa, e' Romani per le loro derrate furono tutti ricchi*. Immanem pecuniae vim ad Bonifacium Papam inde veniſſe ex ſpontaneis Fidelium oblationibus, teſtantur & alii ſcriptores, e quibus praecipue audiendus Guilielmus Ventura Aſtenſis, ipſe religionis cauſsâ tunc ad Urbem profectus. *Exiens*, inquit ille Cap. 26. Chronic. Aſtenſ. Tomo XI. Rer. Italicar. *de Roma in Vigilia Nativitatis Chriſti, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Et fama erat inter Romanos, quod ibi fuerunt viginti centum millia virorum & mulierum. Pluries ego vidi ibi tam viros, quam mulieres, conculcatos ſub pedibus aliorum. Et etiam egomet in eodem periculo plures vices evaſi. Papa innumerabilem pecuniam ab eiſdem recepit, quia die ac nocte duo Clerici ſtabant ad Altare Sancti Petri, tenentes in eorum manibus raſtellos, raſtellantes pecuniam infinitam*. Ita & Anno MCCCL. innumerabiles Populorum catervae Romam confluxere Jubilaei paris cauſsâ, uti memoriae prodidit Matthaeus Villanius Lib. I. Cap. 56. Multa Eccleſiis data, ſed plura Laicis, qui tantae Religionis motum in ſuum lucrum convertendum curarunt.

Sunt, equidem fateor, qui tot Indulgentiarum plauſtra in Eccleſiam invecta aegre ferunt, atque inconſultae etiam prodigalitatis arguunt earum largitores; quippe per eas non attenuata ſolùm ſed extincta videtur ſalutaris Poenitentiae ſeveritas ac antiqua diſciplina; immo peccantibus frena undequaque laxata, animique videntur additi, quando tam facile, ac

ac tam levibus Pietatis operibus praeſcriptis, innumerabilium criminum poenae nunc eluuntur. Et ſane iſtorum querelis ſuffragium aliqua ex parte praeſtant Patres Tridentini Concilii Seſſion. 25. Cap. 21. Titul. de Indulgentiis, ubi ſancta Synodus in *Indulgentiis concedendis moderationem juxta veterem & probatam in Eccleſia conſuetudinem adhiberi cupit, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina enervetur*. Neque defuere ſummi aliquot Pontifices, noſtris etiam temporibus, qui exuberantes Indulgentias reſecarunt, & modum in iis concedendis ſervavere ac ſervandum juſſere. Praeterea Tridentina ipſa Synodus, & Sanctus Carolus Borromaeus in ſuis Conciliis optavere, ut *Canones Poenitentiales* ſaltem, qui ante Theodorum Cantuarienſem in Eccleſia Dei uſurpati ſunt, reſtituerentur, atque ut Sacerdotes audiendis Confeſſionibus peccatorum praepoſiti, Canones eoſdem prae oculis haberent, iiſque prudenter & cum diſcretione ad ſatisfactiones Poenitentibus injungendas uterentur. Sed qui noſtrorum temporum diſciplinam dolent, quaſi nimiâ lenitate poenitentibus indulgentem, animadvertant quaeſo, graviori olim cenſurae obnoxiam fuiſſe veterem in uſu Canonum Poenitentialium diſciplinam. Etenim invectis *Peccatorum Redemtionibus* (eas autem invehere neceſſe fuit, neque enim homines tam diuturnas, & graves corporis afflictationes ſuſtinere poterant) eo recidere tota Poenitentiarum moles plerumque videbatur, ut duntaxat ex Chriſtianorum praediis, atque pecuniâ, ſacri Poenitentiae Miniſtri ditarentur. In ejuſmodi diſciplinae uſu locus nimius, ut quiſque videt, eſſe flatibus Avaritiae poterat: quod tamen deforme vitium a Clero eliminatum ſemper voluere, ſemper optavere Canones & Patres. Ac proinde poſtremis hiſce Seculis, ac noſtro potiſſimùm, laus & commendatio major in eo debetur, quod a ſacris Poenitentium Confeſſionibus ſublata eſt omnis turpis lucri non ſolùm occaſio, ſed etiam umbra. Illud ergo cum Tridentino Concilio votis noſtris urgendum eſt, ut & moderatio adhibeatur in Indulgentiarum largitione, & quando revocare in uſum Canones Poenitentiales non poſſumus (hanc enim ſpem prorſus ſublatam mihi videre videor) ſaltem *pro qualitate criminum & poenitentium facultate, ſalutares & convenientes ſatisfactiones injungantur, ne ſi fortè Sacerdotes Domini peccatis conniveant, & indulgentius cum Poenitentibus agant, leviſſima quaedam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur*. Et Indulgentiae quidem laudandae, ſummâque cum devotione accipiendae ſunt; Poenitentiae tamen, piaeque caſtigationis non idcirco uſus eſt deponendus, quem tantopere commendant, ac neceſſarium peccatoribus exiſtimavere Sancti Patres, ut quantum in nobis eſt, ſcelerum noſtrorum poenas a nobis exigamus & divino omnium Redemtori Chriſto conformes in paſſione efficiamur: quod ſane certiorem Indulgentiarum fructum faciet, tutiuſque ad beatitatis aeternae Regnum poenitentes adducet. In primis verò optandum foret, ut Publicorum ſaltem graviſſimorum criminum expiatio, antiqui rigoris aliquam retineret aut reſumeret formam: quod & optarunt & mandarunt praelaudati Tridentini Patres, Seſſion. 24. Cap. 8. Doleat certe quiſque pius ac prudens, attenuatam hac in re nimium videri veterum diſciplinam; quum tamen in

in utilitatem cederet Chriſtiani ipſius Populi, quoties publicis gravibus facinoribus venia danda eſt, Poenitentiae publicae reos ſubjicere, & cum iis ſeverius agere, ut & ipſi & reliqui rectius agere in poſterum, atque ab enormibus hiſce flagitiis abſtinere diſcant. Et ſane ab exordio Eccleſiae ad ſera uſque tempora, & vel poſt invectas hactenus recenſitas Redemtiones peccatorum diſciplina iſta viguit. Quamvis enim juſtitiae Secularium Principum facinoroſi ſatisfeciſſent, aut aliâ ratione delictorum veniam ab iis impetraſſent, nihilo tamen ſecius Eccleſia congruam illorum criminibus Poenitentiam, eamque publicam, neque levem, pergebat imponere. Idque alicubi vel poſtremis hiſce Seculis obſervatum vi-

A detur. Ejuſque rei exemplum curioſitate eruditae gentis non indignum producere juvat, quod mihi communicavit olim amicus ſingularis meus Hubertus Benvoglientus Senenſis. Scilicet adſervabat ille Codicem MStum, cui titulus: *De Ordine Officiorum Senenſis Eccleſiae*, Auctore Oderico ejuſdem Canonico, de quo haec in ve-
B tuſto Libello leguntur: *Anno Domini MCCXXXV. Indictione VIIII. Die VIIII. Kalendas Februarii obiit Domnus Oderigus Canonicus Senenſis Eccleſiae, qui compoſuit Ordinem Officiorum Senenſis Eccleſiae*. Ibi verò legitur forma Poenitentiae, per quam publici homicidae crimen ſuum ipſo Saeculo Tertiodecimo coram Eccleſia expiare ju-
C bebantur.

Ritus publicae Poenitentiae imponendae publicis Homicidis in Eccleſia Senenſi, circiter Annum 1220.

De forma mittendi Poenitentes in carcerem.

Forma mittendi in carcerem Poenitentes in Eccleſia noſtra talis eſſe conſuevit. Feriâ Quartâ in capite Quadrageſimae, Poenitentes, qui pro Homicidio ſponte commiſſo carcerem ſubire tenentur, debent prius a Patrinis ſuis Poenitentiam recipere de omnibus aliis peccatis. Et poſtea cum ipſis Patrinis venire ad Epiſcopalem Eccleſiam, ante Archipresbyterum vel Poenitentiarium Canonicum. Et tunc ipſe quaeret ab eo, ſi de aliis peccatis, quae commiſit, fecerit Confeſſionem, & utrum pro illo Homicidio carcerem velit intrare. Et ipſo recte reſpondente, de Homicidio imponet ſibi Poenitentiam in hunc modum. Videlicet, quod per totam Quadrageſimam omni die, praeterquam in Die Dominico, jejunet in pane & a-

D *qua, & centum genuflexiones faciat, & centum* Pater noſter *dicat in die, & centum in nocte. Et nulli loquetur in die uſque ad Horam Tertiam, nec ſero poſt Completorium; nec manus ſibi abluat, nec manutergio abſtergat. Et tantùm Sacerdos det ei comedere omni die, & de uno tantùm pulmento, nullos tamen piſces, vel anguillas come-*
E *dat. Indutus jaceat & ſuper paleam. De carcere non exeat, niſi ad neceſſaria naturae. Poſtea loco carceris ordinato, ipſe Poenitentiarius Canonicus vel Patrinus ipſius vadit cum eo ad carcerem: & cum ventum fuerit ante carcerem, Poenitens deponit veſtes conſuetas, & exuens ſibi omnes pannos lineos, induit ſe aſperam tunicam & cappam, ſi opus fuerit, & caligas ſine pedro-*

pedrolibus, *&* *ſcoffones*, *ſi frigucrit*, *habeat in pedibus*, *ut ipſo habitu ſe reum proteſtetur*. *Et tunc Poenitentiarius primo interroget eum*, *utrum verè poeniteat de omnibus peccatis ſuis*. *Et ſi recte reſponderit*, *bene eſt*. *Sin autem*, *injungat ei*, *pro ut viderit expedire*. *Et ſtatim praecipiat ei*, *ut ante carcerem ſe in terra extenſum projiciat*, *&* *dicat:* Mea culpa. Peccavi. Domine, miſerere mei. *Et hoc faciat tribus vicibus*. *Poſt tertiam vicem jaceat proſtratus in terra*. *Et Sacerdos incipiens:* Deus, in adjutorium meum intende, *dicat ſeptem Pſalmos Poenitentiales* *&* *Letanias* *&* *Orationes:* Deus, qui juſtificas impios &c. Deus, cui eſt proprium miſereri &c. Exaudi, Domine, ſupplicum preces &c. *His dictis*, *Sacerdos aſpargat carcerem aquâ benedictâ*, *&* *cum incenſo benedicto totum locum ex omni parte thurificet*. *Poſtea veniens ad Poenitentem*, *qui jacet in terra*, *faciat ei Confeſſionem*, *&* *det ſibi aquam benedictam*, *&* *incenſi fumum*. *Et ſuſcipiens illum per manum*, *introducat illum in carcerem*, *dicendo hanc Orationem:* Commendamus tibi, Domine, famulum tuum in vita praeſenti, ut ab omni malo eum eripias, & intercedente beata Maria ſemper Virgine, cum omnibus Sanctis, ipſum ad vitam perducas aeternam. *Poſtea ſtudioſe admoneat eum*, *quod injunctam ſibi Poenitentiam fideliter exſequatur*. *Et ſemper de pane ſibi appoſito faciat tres eleemoſynas*. *Et ſit unus ſolus panis tantae quantitatis*, *quod de reſiduo ſe valeat ſuſtentare*.

A Finem argumento huic faciam, additis in Eruditorum gratiam quibuſdam antiquitatis ruderibus, teſtibus videlicet opulentiſſimi olim Eccleſiarum patrimonii. Quanta enim antiquis Seculis opum copia in aerarium Eccleſiaſticum fluxerit e Peccatorum Redemtionibus hactenus memoratis, nemo melius novit, quam
B qui ſacrorum Locorum Chartaria evolvere potuit. Neque ſane ex iis Fortunis, quae nunc in Clero tam Saeculari quàm Regulari ſpectantur, menſura petenda eſt veterum temporum, quibus non minus Epiſcopi & Canonici, quàm Monachi & Sanctimoniales, aliaequae Eccleſiae innumerabilium fundorum poſſeſſione,
C ſive mediate ſive immediate, fruebantur, immo & Caſtellis quoque & Urbibus ipſis in Italia, uti & extra Italiam, dominabantur. In praecedenti Diſſertatione ſpecimen dedi Chartarum ſpectantium ad Monaſterium *Nonantulanum*, atque *Farfenſe*. Nunc alterum producere ſtatui, pertinentium ad *Sublacenſe*, atque *Ca-*
D *venſe*, tum ut e pauculis hiſce intelligat Lector, quali munificentiâ Fidelium Populus uſus olim fuerit in celeberrima illa Coenobia; tum etiam ut monumenta eadem, quamquam breviata, uſui eſſe poſſint cuicumque illuſtrare volenti Hiſtoriam & Chronologiam antiquorum Pontificum & Principum Italicorum. Nonnullas ex
E hiſce Chartis in hoc Opere dedi. Utinam & cunctas evulgare licuiſſet.

EXCERPTA

EX ARCHIVO MONASTERII SUBLACENSIS.

ANno *I.* Johannis XIII. Papae, *& Primo* Ottonis Imperatoris, *Menſe Novembri VIII. Indictione IX. Johannes nobiliſſimus vir, filius quondam Lotticani & Anaſtaſiae jugalium, donat Monaſterio Sublacenſi Caſale in Barbiliano, acceptante* Georgio Abbate.

Tempore Leonis VII. *& Anno IV.* Imperatoris Ottonis, *Indictione VIII. Menſe Februario, die XX. Adrianus nobilis vir, & Conſtantia nobiliſſima femina, jugales, concedunt* Georgio Abbati *quaſdam terras. Subſcribunt Bezzo nobilis vir Scriniarius illuſtris:* Johannes Conſul & Dux &c. *Benedictus Scriniarius & Tabellio Urbis Romae ſcripſit & abſolvit.*

Tempore Johannis X. Papae, *Menſe Auguſto, Indictione XII. Die XX. Sergius Deo amabilis Primicerius Sanctae Sedis Apoſtolicae, & Agatha nobiliſſima femina, jugales, multa donant Monaſterio Sublacenſi, &* Domno Floro Religioſo Presbitero. *Signum manus* Leonis *in Dei nomine* Conſul & Dux, *a* Sergio Conſul & Dux *in hac donationis Carta teſtis rogatus. Signum Crucis feci* Romanus Conſul & Dux. Silveſter Conſul & Dux. Nicolaus Conſul & Dux. Boſo Conſul & Dux. *Adrianus Scriniarius & Tabellio Urbis Romae complevit & dedit.*

Tempore Pontificatus Domni Leonis IIII. Papae & Lotharii *magni* A Imperatoris, Nicolaus *ſanctae Eccleſiae.... dedit & commutavit tibi Tiberio ſanctiſſimo Primicerio ſanctae Sedis Apoſtolicae, fundum, qui dicitur Pionis &c. Ego qui ſupra* Nicolaus *humilis* Epiſcopus & Abbas *praedicti venerabilis* Monaſterii Sancti Eraſmi, *in jure & Dominio ſupraſcripti Monaſterii, a vobis ſanctiſſimo Primicerio terram ſe-* B *mentariciam &c. Subſcribunt* Anaſtaſius *in Dei nomine* Conſul & Magiſter Cenſi Urbis Romae &c. *Nicolaus immeritus Epiſcopus & Abbas Monaſterii Sancti Chriſti Martiris Eraſmi huic ceſſioni &c. ſubſcripſi.*

Tempore Pontificatus Domni Martini (*) Papae, *Indictione I. Menſe Aprilis Die XV. Breve recordationis de* C *Ceſina Monaſterii Sancti Eraſmi, quem fecit Triberga nobiliſſima femina ad nomen Adriani quondam bonae memoriae Scriniarii & Mariae quondam illuſtriſſimae femine, jugalibus, intra domum eminentiſſimi viri & glorioſi* Ducis Benedicti, *ante ipſum Ducem, & ordinarios Judices &c. Subſcribunt Nicolaus Domini nutu Primicerius ſanctae* D *Sedis Apoſtolicae: Georgius Dei providentia Secundicerius ſanctae Sedis Apoſtolicae.*

Anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedicti *ſummi Pontificis & univerſalis* IX. Papae *Quinto, in Menſe Junio, Die verò X. Indictione IIII. &c. Certum eſt, nos* Domno Creſcentius *nobilis & inclytus* Praefectus Urbis Romae, *nec non & Domno Johannes nobi-*

(*) Vide num potiùs legendum ſit *Marini?*

nobilis, qui vocatur de quondam Georgio, pariterque Domnus Donadeus *nobilis filius viro Domno Johanni* inclyto Comes, *ſeu Johannes filius de ſupraſcripto Johanne nobili, qui vocatur de Georgio, atque Regetella nobilis, & Raginerius nobilis, germani filii de ſupraſcripto Domno Creſcentio Praefecto &c. tradunt* Domno Benedicto Abbati *Caſtellum, quod dicitur Apolloni cum aliis multis. Actum Apolloni per Giſo Tabellio.*

Anno Primo Johannis XII. Papae, *Indictione XV. Die XIV. Novembris.* Leoni *Chriſti famulo &* Abbati Monaſterii Sublacenſis &c. *Ego* Gratianus *in Dei nomine* Conſul & Dux &c. *Donat terram poſitam foris Portam Majorem, non longe a muro ipſius Civitatis Romanae. Actum Romae. Subſcribunt:* Silveſter *in Dei nomine* Conſul & Dux *teſtis rogatus ſignum* ✠ *feci. Romanus nobilis vir. Urſus nobilis vir &c.*

Anno Pontificatus Domni Benedicti Sexti Papae, *in Sede beati Petri Apoſtoli Primo, Imperante* Ottone Majore, *Anno XII. &* Ottone Minore *ejus filio, Anno VI. Indictione I. Die IX. Februarii.* Silveſter Abbas *venerabilis* Monaſterii Sanctorum Coſmae & Damiani, *quod vocatur Mica Aurea, commutat quaedam cum Gratiano nobili viro de quondam Ancilla Dei Conſtantia filio.*

Anno Primo Stephani Papae VII. *Indictione III. Die XXII. Decembris. Maria Ancilla Dei donat quaedam* Leoni Abbati Sublacenſi. *Memoratur* Adrianus Conſul & Dux. *Subſcribunt* Sergius Conſul & Dux. Gratianus *in Dei nomine* Conſul & Dux. Leo Conſul & Dux. *Arnolfus in Dei nomine Conſul.*

Anno IV. Die I. Decembris, Indictione VII. Leonis Papae IX. Domna

A Imilia *nobiliſſima* Comitiſſa, *olim Conjux Domni Donadei, habitatrix Paleſtrinae, donat Monaſterio Sublacenſi, &* Humberto Abbati, *ſuam portionem de Caſtello, quod vocatur Sancto Angelo. Geſo Tabellio Civitatis Tiburtinae.*

Anno Domni Johannis Papae XIII. .... *Indictione X. Die XX. Junii. Roſa nobilis femina cum conſenſu Benedicti Manſionarii ejus viri, offert*

B Georgio Secundicerio Abbati Sublacenſi *vineam. Subſcribunt Benedictus Manſionarius Scholae. Georgius Secundicerius Scholae.*

Anno Primo Leonis Papae IV. *Indictione IX. Die II. Junii;* Domnus Leo Abbas *recepit oblationem a Mancho Archipresbytero. Subſcribunt* Nicolaus

C Conſul & Dux. Badvaco Conſul & Dux. Petrus Conſul & Dux. Leo Conſul & Dux. Romanus Conſul & Dux; *qui omnes ſignum Crucis faciunt.*

Anno III. Domni Benedicti VII. Papae, & Ottonis Imperatoris *Decimo, Indictione V. Die XXVIII. Aprilis.* Domnus Benedictus Abbas *conce-*

D *dit in emphyteuſim locum & Caſtrum Juliani cum Turre, Johanni excellentiſſimo viro* Demetrii Ducis *filio.*

Anno III. Johannis XIII. Papae, & Ottonis Imperatoris *Septimo, & poſt Conſulatum ejus Anno VII. ſed &* Ottonis ejus filii *a Deo coronato magno & novo Auguſto, Primo, Indictione XI. Die I. Februarii. Theodora nobi-*

E *liſſima femina, uxor Gratiani amabilis & eminentiſſimi viri ejus,* Silveſtro Abbati Sanctorum Coſmae & Damiani, *quod appellatur Mica Aurea, donat Pratum unum. Subſcribunt* Gratianus Conſul & Dux. *Petrus nobilis vir. Marinus nobilis vir &c.*

Tempore Ludovici & Lotharii *magnorum* Imperatorum, *Anno Sexto* Paſchalis I. Papae, *Indictione XV. Quarto*

to Septembris. Palumbus *venerabilis* Abbas Monaſterii Sancti *Chriſti Martiris* Eraſmi, *ſiti in Civitate Romana juxta Sanctum Stephanum, qui ponitur in Coelio Monte, Tranſmundo Secundicerio ſanctae Sedis Apoſtolicae & Philippae illuſtriſſimae feminae, jugalibus, quaedam concedit in emphyteuſim.*

Domnus Theodorus *ſanctiſſimus* Epiſcopus Gavinenſis Eccleſiae, *tempore* Gregorii IV. & Imperatorum Ludovici & Lotharii *inſtrumento intereſt, in quo etiam legitur* Petrus Conſul, Johannes Conſul & Tabellio.

Anno III. Johannis XI. Papae, *Indictione IX. Die I. Novembris. Petrus filius quondam Sergii donat quaedam. Subſcribunt Leo Archipresbyter Sancti Marci*. Stephanus Conſul & Dux. Benedictus Conſul & Dux. Roſeo Conſul & Dux. Stephanus Conſul & Dux.

Anno XIV. Johannis X. Papae, *Indictione I. Septimo Septembris. Inſtrumentum, in quo ſubſcribunt* Theophilactus Conſul & Dux. Paulus Conſul & Dux. Gratianus Conſul & Dux. Leo Conſul & Tabellio Urbis Romae.

Anno IV. Johannis XII. Papae, *Indictione III. Primo Novembris*. Marozia Senatrix omnium Romanorum, Leoni Abbati Sublacenſi *donat quaedam in Serpentaria*.

Anno Agapiti junioris Papae *Octavo, Indictione VIII. Die XXIX. Octobris. Roſa uxor Sergii viri magnifici, & filia Theophilacti reverentiſſimi Acolithi ſanctae Romanae Eccleſiae, & Prioris Scholae Confeſſionis Sancti Petri, donat quaedam* Leoni Abbati Sublacenſi.

Anno VIII. * Johannes XV. Papae, *Indictione VI. Die VIII. Julii. Inſtrumentum, in quo adſunt* Petrus Abbas Sublacenſis, *Benedictus Presbiter, &*

A *Benedictus idiota, Monachi Sublacenſes*, Johannes Urbis Praefectus, *N. Cardinalis filius Sigizonis Presbiteri Romani, Stephanus Primicerius Sanctae Romanae Eccleſiae*, Rainerius Comes.

Anno Benedicti VII. Papae *Secundo*, Ottonis Imperatoris *VIII. Indictione IV. Die XXIII. Januarii. Charta, in qua legitur* Domnus Johannes Presbiter & Monachus Sancti Benedicti de B Sublacu, atque olim Dux Caſtelli Albanenſis.

Anno III. Johannis Papae XIII. Ottonis Imperatoris *VII.* & filii ejus Ottonis Imperatoris *I. Indictione XI. Die XXIV. Aprilis. Charta, in qua legitur* Adria Sereniſſima femina. Johannes Dux. *Franco illuſtris teſtis &c.*

C *Anno XI.* Bonifacii Papae VII. *Indictione XIII. Quintodecimo Septembris*, Domnus Martinus *dudum* Epiſcopus, *modo* Abbas Monaſterii Sublacenſis *contractum facit. Ibi Leo Arcarius Sanctae Sedis Apoſtolicae, & Theodora illuſtriſſima femina ejus uxor cum filiabus ſuis &c.*

Anno...... Nicolai Papae Primi, D Domni Ludovici Imperatoris *XI. Indictione XIV. Octavo Martii*. Zacharias *Deo amabilis Scriniarius ſanctae Romanae Eccleſiae &* Abbas *venerabilis* Monaſterii *Sancti Eraſmi in Caelio Monte, &* Leo *eminentiſſimus* Conſul & Dux, *& Anaſtaſia nobilis femina uxor ejus. Ibi & alius* Leo *teſtis* Conſul & Dux.

E *Tempore* Domni Benedicti III. Papae, Ludovico Imperatore juniore, *Indictione V. Romanus Subdiaconus & Regionarius ſanctae Romanae Eccleſiae. In eadem Charta leguntur* Pipinus Conſul & Dux atque Veſtiarius. Andreas *in Dei nomine* Romanus Dux. Euſtaſius Conſul & Dux. Petrus Conſul & Dux.

Anno

Anno Primo Stephani Papae VII. *Indictione III. Die IX. Decembris, Charta, in qua legitur Stephana venerabilis Diacona, filia quondam Stephani, & Sarrae quondam jugalium. Domnus Paſchalis Manſionarius Baſilicae beati Petri Apoſtoli Scholae Sanctae Dei Genitricis, quae appellatur Mejanorum. Fauſtus Conſul & Tabellio Urbis Romae. Teſtes* Petrus Conſul & Dux. *Leo Conſul & Tabellio Urbis Romae. Petrus Conſul. Benedictus Conſul.*

Anno IV. Leonis Papae VI. *Indictione XI. die X. Aprilis, Charta in qua nominantur* Boſo *eminentiſſimus* Conſul & Dux, *filius quondam* Theodori Ducis *& Urſae jugalium. Domnus Florus reverentiſſimus ſanctae Maturanenſis Eccleſiae...... Petrus nobilis vir.* Nicolaus Conſul & Dux. Silveſter Conſul & Dux.

Anno VII. Benedicti Papae VII. *Imperii Ottonis XIII. Indictione IX. die IX. Februarii. Gregorius illuſtriſſimus vir, filius Maroze Senatricis per Apoſtolicam praeceptionem Rector Monaſterii Sancti Andreae Apoſtoli, & Monaſterii Sanctae Luciae, quod appellatur Renati.* Benedictus Abbas Sublacenſis.

Tempore Domni Pauli Papae, & Conſtantini & Leonis Imperatorum. *Charta, in qua nominatur* Johannes *ſanctiſſimus ſanctae* Eccleſiae Tiburtinae.

Anno IV. Johannis Papae X. *Indictione VII. Die XXV. Aprilis. Johannes Subdiaconus ſanctae Romanae Eccleſiae, & Primicerius Scholae Cantorum, quae appellatur Orphanotrophio, conſentiente Scholâ Cantorum, quaedam donat. Teſtes Johannes conſul, Rodulfus Conſul.*

Anno IV. Benedicti Papae VII. *Imperii* Domni Ottonis magni Imperatoris X. *Indictione VII. Die XV. Februarii.* Petrus *eminentiſſimus* Conſul & Dux *donat domum* Benedicto Abbati Sublacenſi, *quae poſita eſt Romae in Regione Secunda juxta Formam Claudiam.*

Anno II. Anaſtaſii Papae III. *Indictione VII. Die XXIX. Januarii. Domnina nobilis femina relicta quondam* Adriani Dux, *concedit bona quaedam* Johanni *eminentiſſimo* Conſul & Dux. *Subſcribunt* Campulus Dux *gener Domninae. Benedictus Conſul & Tabellio Urbis Romae. Benedictus Scriniarius ſanctae Romanae Eccleſiae.* Benedictus Conſul & Dux. Johannes *eminentiſſimus* Conſul & Dux. Romanus Conſul & Dux. Leo Conſul & Dux. Johannes Conſul & Dux.

Anno VI. Romani Papae, Imperii Domni Lamberti *magni* Imperatoris...... *Indictione XV. Die XX. Auguſti. Benedictus Protoſcrinarius ſanctae Sedis Apoſtolicae, & Viſitator Monaſterii Sancti Eraſmi, quod ponitur in Caelio Monte, concedit quaedam in emphyteuſim Annae nobiliſſimae feminae.*

Anno III. Benedicti VII. Papae, Ottonis Imperatoris X. *Indictione V. Die IV. Junii.* Theophilactus Abbas Monaſterii Sancti Laurentii, *quod ponitur foris muro, concedit quaedam* Conſtantiae *religioſae Ancillae Dei, &* Abbatiſſae Monaſterii Sanctae Mariae, *quod vocatur Tempuli.*

Anno II. Leonis Papae VI. *Indictione XI. Die VI. Octobris.* Urſus Abbas Monaſterii Sancti Viti. *Ibi memoratur Monaſterium Monialium Sanctae Mariae, & Sancti Georgii, quod ponitur in Campo Martio, juris ſupradicti Monaſterii.*

Anno VI. Agapiti junioris Papae, *Indictione X. Die V. Martii.* Leonis Abbati Monaſterii Sublacenſis *Marozza humilis Ancilla Dei, & Conſtantinus Presbiter* pro Redemtione animae

anima e *bonae memoriae* Flori *ſanctae* Manturanenſis Eccleſiae Epiſcopi, *donant quaſdam domos, & Oratorium Sancti Theodori Martyris poſitum Romae in Regione Tertia. Ibi memoratur Monaſterium Sanctae Luciae, quod appellatur Renati, & Sancti Viti, quod appellatur Majore. Monaſterium ſub cura Monaſterii Sublacenſis. Teſtes Johannes Conſul, Demetrius, & Theodorus nobiles viri.*

Anno VI. Johannis XII. *Indictione IV. Die VIII. Auguſti.* Johannes *gratiâ Dei humilis* Epiſcopus *ſanctae* Narnienſis Eccleſiae, & *Bibliothecarius ſanctae Sedis Apoſtolicae, donat quaedam Monaſterio Sublacenſi. Ibi nominatur* Marozza excellentiſſima femina & Senatrix.

Anno V. Benedicti VII. Papae, & Ottonis Imperatoris *Duodecimo, Indictione VII. Die XXVIII. Maji.* Demetrius Conſul & Dux *ex perſona Marozze nobiliſſimae feminae bonae memoriae, cariſſima Netta mea, concedit* Benedicto Abbati Sublacenſi *terram ſementariciam. Ibi* Gregorius Conſul & Dux.

Anno VII. Sergii Papae III. *Die XXV. Januarii. Indictione XIV.* Adrianus *clariſſimus* Comes *cum ſex Judicibus in judicio reſidebat in Tiburtina Civitate. Ibi Petrus & Leo filius ejus, magnifici Viri.*

Anno IV. Stephani Papae VIII. *Indictione XV. Die XVII. Auguſti.* Leo Abbas Sublacenſis *ad agitandam litem venit in Curte* Domni Alberici *glorioſi* Principis *juxta Baſilicam Sancti Apoſtoli, ante praeſentiam Optimatium. Ibi* Marinus *ſanctiſſimus* Epiſcopus *ſanctae* Polimarſienſis Eccleſiae. *Nicolaus Primicerius, Georgius Secundicerius, Andreas Arcarius, Johannes Sacellarius, Leo Protoſcriniarius Sanctae Romanae Eccleſiae &* Georgius

A Dux, *qui appellatur de Cannapara, Benedictus de Leone de Azza,* Adrianus Dux, *Theophilactus Conſul,* Johannes Conſul & Dux, Georgius Conſul & Dux.

Anno VI. Johannis XIII. Papae, *Imperante* Domno Ottone *piiſſimo* Imperatore Auguſto *a Deo coronato, pacifico Imperatore, Anno X. poſt ejus*
B *Conſulatum, imperante cum eo* Ottone filio *Anno IV. Indict. XIV. Die XX. Martii.* Leo Abbas Monaſterii Sanctorum Coſmae & Damiani, *quod ſitum eſt in Cave, concedit Domno Georgio Secundicerio Caſtrum Sabulum cum Eccleſia Sancti Thomae, poſitum ſeptimo ab Urbe Tiburtina milliario &c. coram praeſentia Amizzo ſanctiſſimo* E-
C piſcopo *ſanctae* Tiburtinae Eccleſiae, & Gratiano Dux & Comes Civitatis Tiburtinae, *in vice Domni Johannis & Angelici XIII. Papae, &* Domnus Georgius Abbas *ſimiliter illi alia.*

Anno Milleſimo ab Incarnatione Domini, Regnante Domno Oddo Imperatore *in Italia Imperii ejus IV. Februario Menſe, Indictione XIII. Actum*
D *in Carſoli.* Rainaldus Comes *filius quondam* Berardi Comitis, *qui fuit Francus ex natione Francorum, donat Monaſterio Sublacenſi Caſtellum Arcula, Caſtrum Rubianum, & Caſtrum Anticulum, quod ego per praeceptum a* Gregorio *Sanctae Romanae Eccleſiae* Papa *acquiſivi.*

Anno III. Johannis Papae XV. *Die*
E *XXIV. Aprilis, Indictione I.* Domnus Stephanus *Dei gratia ſanctae* Praeneſtinenſis Eccleſiae Epiſcopus *concedit* Stephano Abbati Sublacenſi *Eccleſiam Sanctae Mariae & Sanctorum Stephani & Laurentii, quam ipſe Stephanus Praeſul de propriis ſumptibus a fundamentis aedificavit, una cum aliis bonis.*

Anno II. Johannis Papae XVII. *Die IX. Aprilis, Indictione III.* Johannes

hannes

hannes Abbas Monaſterii Sancti Salvatoris, *quod ponitur ad Commune Aquae, donat Monaſterio Sublacenſi ciſternam antiquam cum pavimento & fundamento terrae poſitam Alfile inter Eccleſiam Sanctae Mariae & Sancti Petri in territorio Ferentinello minore. Hanc nos acquiſiti ſumus ex emptione, quam aedificari praecepit* Otto Imperator *ad honorem Sancti Michaëlis Archangeli, & Sancti Benedicti, & S. Adalberti. De qua Ciſterna Praeceptum nobis tradidit &c.*

Anno VII. Agapiti Papae junioris, *Die XXIV. Maji, Indictione X.* Benedictus *in Dei nomine* Conſul & Dux *offert Monaſterio Sublacenſi &* Domno Leoni Abbati *omnes res ſuas poſitas in territorio Campanino, in loco Puſano &c. Actum Romae. Teſtes Stephanus Primicerius, Andreas Archarius ſanctae Romanae Eccleſiae, Georgius Secundicerius ſanctae Romanae Eccleſiae, Leo Protoſcriniarius, & Apocriſarius ſanctae Romanae Eccleſiae,* Georgius Conſul & Dux.

Anno II. Sergii Papae IV. *Die XXIV. Auguſti, Indictione VIII.* Domnus Johannes *Domini gratiâ, &* Domnus Creſcentius *inclyti* Comites, *germani fratres, filii quondam* Benedicti *bonae memoriae* Comitis, *donant Monaſterio Sublacenſi, &* Johanni Abbati pro delictorum ſuorum venia, & anima Patris eorum, & Domnae Theodoradae *inclytae* Comitiſſae *matris eorum, Eccleſiam unam ad Monaſterium faciendum in honore Sanctae Mariae in territorio Praeneſtino juxta Caſtrum Gallicanum.*

Tempore Johannis X. Papae, & Berengarii Imperatoris, *Die XVII. Aprilis, Indictione IX. Charta, in qua nominantur Johannes Protoſcriniarius ſanctae Romanae Eccleſiae,* Sergius Conſul & Dux, Rodelandus Conſul & Dux.

Benedictus...... Papa Petro *reverentiſſimo* Abbati Monaſterii Sancti Benedicti & Sanctae Scholaſticae, *confirmat omnia bona, inter quae Domum & Eccleſiam Sancti Viti Romae in Regione VII. & Monaſterium Sancti Eraſmi, & Monaſterium Sanctorum Coſmae & Damiani, cum caſis & Curte poſitum Romae juxta Viamlatam, cum Curte Majori & Eccleſia infra ſe, quae eſt in honore Sancti Benedicti & Sanctae Scholaſticae, quod fuit de* Johanne Presbitero Duce Caſtelli Albanenſis, *poſita Romae Regione Tertia in loco, qui dicitur Maſſa Juliana. Scriptum per manum Benedicti Scriniarii ſanctae ſummae & Apoſtolicae Sedis, Menſe Novembrio, Indictione II. Bene Valete. Data VI. Kalendas Decembris per manum Joannis Deo amabilis Primicerii ſummae Apoſtolicae Sedis: Anno, Deo propitio Pontificatus* Domni Benedicti *ſummi Praeſulis* Sexti Papae *in ſacratiſſima Sede beati Petri Apoſtoli Primo, Imperante* Domno Ottone *piiſſimo perpetuo* Auguſto *a Deo coronato pacifico* Imperatore.

Nicolai...... Papae *Bulla pro Monaſterio Sublacenſi: Incipit:* Nicolaus Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo filio noſtro* Azzoni *religioſo* Abbati *& Presbitero, & * Monaſterio de venerabili Monaſterio Sanctiſſimi Patris Benedicti, & ſanctae Virginis Scholaſticae, quod ponitur in Sublacu, ſuiſque ſucceſſoribus inibi Deo ſervientibus & introëuntibus in perpetuum. Cum piae deſiderium voluntatis &c. tradimus & confirmamus religioſitati tuae regimen & Abbatiam Monaſterii; confirmamus omnia, quae noſtri praedeceſſores Pontifices, Imperatores & Reges &c. Montem Cervariam ad Caſtellum faciendum, Fundum Maranorum, Fundum Conticuli, Fundum Rubiano, Montem Arſulae &c. Scriptum per manum Gregorii*

Notarii Sanctae Romanae Eccleſiae, Indictione I. LEGIMUS. Data in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Anno Deo propitio Pontificatus Domni Nicolai ſummi Pontificis & univerſalis Papae, Imperii verò Domni Ludovici *piiſſimi* Imperatoris Auguſti, *& a* A *Deo coronato magno Imperatore X. jubente, Die XX. Auguſti, Indictione I.*

Anno I. Pontificatus Martini Papae II. Leo Abbas Sublacenſis *litem vincit in Urbe Roma coram* Benedicto Duce & Conſule Romano.

CATALOGUS

ET SUMMARIUM

NONNULLARUM CHARTARUM EXISTENTIUM IN ARCHIVO MONASTERII CAVENSIS.

A*Nno DCCCCLXXXVIII. Quincto Principatus* Landenolfi Principis, *Menſe Aprilis, Indictione XV. Sexto Anno* Domni Adenolfi Archipraeſulis, *ipſe Archiepiſcopus precatu Audoaldi Archidiaconi, cum conſenſu Sacerdotum, Levitarum, & ceterorum Clericorum, eximit ab omni ſua juriſdictione Eccleſiam, quam* Domna Aloara *ſereniſſima* Principiſſa, *& Landenolfus Princeps ejus filius conſtruxerant a novo fundamine intus Capuanam Civitatem, vocabulo Sancti Laurentii Levitae & Martyris* pro redemptione animarum ſuarum, & Domni Paldolfi Pricipis & Marchionis, & Domni Landolfi Principis, & Domni Atenolfi Marchionis & Domni Paldolfi Principis, & Domni Landolfi, & Domni Giſolfi. *In qua etiam Eccleſia Coenobium ſervorum Dei ipſi fundatores praeordinaverant. Landenolfus & Giſolfus ſupradicti, filii ejuſdem Aloarae enuntiantur in ſubſequentibus. Diploma firmatum* B *fuit ſigillo Archiepiſcopi, imaginem Sancti Stephani continente, quod deperiit. Ipſumque Johanni Subdiacono Primicerio & Bibliothecario ſcribendum traditum eſt. Subſcriptiones numero novem, quarum prima eſt hujuſmodi:* Ego qui ſupra Audoaldus Archidiaconus ex juſſione Domni Adenolfi Archiepiſcopi me ſubſcripſi. *Reliquae ſunt* C *Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum ejuſdem Eccleſiae.*

Anno DCCCCLXXXVII. Quarto Principatus Domni Landenolfi Principis, *Menſe Aprili, Indictione XIV. & Quinto* Domni Adenolfi Archipraeſulis. *Ipſe Archiepiſcopus eximit a ſua juriſdictione eamdem Eccleſiam, Eccleſiae tantùm nomine nuncupatam, ſed* D *non Monaſterium. Diploma ſupradictis ſolemnitatibus fulcitur. Sigillum deperiit. In fine habetur:* Bene Valete.

Aloara Principiſſa, & Landenolfus Princeps *concedunt Eccleſiae Sancti Laurentii Levitae & Martyris Chriſti, ejuſque Monaſterio,* & Domno Jacobo Abbati ejuſdem Eccleſiae, *Caſale Monta-*

A

Montanarium cum hominibus, terris &c. Poena appoſita auri Librae Decem. Ex juſſione praedictae & glorioſae Poteſtatis in Anno Dominicae Incarnationis Nongenteſimo........ Quinto Anno Principatus ejus, Menſe Julio, Prima Indictione, ſcripſi ego Johannes Diaconus.

Anno Quarto Principatus Domni Landenolfi Principis, *Menſe Martio, Quintadecima Indictione*, Aloara Principiſſa *relicta* Domni Paldolfi Principis, *& filia* cujuſdam Petri Comitis, *cum conſenſu & voluntate* Landenolfi & Giſolfi *germanorum filiorum & Mundualdorum ejuſdem Aloarae*, pro mercede animarum eorumdem, *& viri ſui praedefuncti, & pro anima benae memoriae* Paldolfi Principis Salernitanae Civitatis filii ejuſdem, *& pro animabus* Landolfi & Atenolfi Marchionum, *filiorum ipſius, Monaſterio Sancti Laurentii conſtructo intra Capuanam Civitatem juxta Portam dictam Capuanam, quam* Pandolfus Princeps *inchoaverat, & ipſa Aloara compleverat: ubi* Domnus Jacobus Abbas *erat: Monaſterio, inquam, hujuſmodi donat terras quaſdam, & jus piſcandi in quadam aqua. Johannes Notarius. Actum Capuae. Subſcriptiones:*

Ego Grimualdus Comes.

B

Ego Guiſnolfus Judex.

Ego Landolfus.


Ego Maro.

Landenolfus, *obſecrante* Adenolfo Capuano Archipraeſule, *concedit & confirmat Monaſterio ſuo Sancti Laurentii intra Capuanam Civitatem, & apud Portam Capuanam dictam, ut idem Monaſterium habeat exemptionem a ſer-*

C

vitio quocumque, videlicet ab equo, angaria, vigiliis pro cuſtodia Civitatis &c. Poena auri puri Librae quinque. Sigillum deperditum.

Signum



Domni Landenolfi excellentiſſimi Principis.

Adelchiſii Scriba ex juſſione ſupradictae Poteſtatis ſcripſi.

Data Calendas Januarias Anno VII. Principatus Domni Landenolfi glorioſi Principis, Indictione II.

Actum in Civitate Capuana.

D

Paldolfus Langobardorum gentis Princeps & Marchio, per rogatum *Waiferii Comitis parentis ſui concedit* Domno Martino Abbati Monaſterii Sanctae Mariae de Spelunca *ſub Monte Veſubeo, omnes res & terras conceſſas a ſe, vel a praedeceſſoribus ſuis, & concedendas in poſterum.*

Ex juſſione ſupradictae Poteſtatis ego Donatus Clericus, Anno Triceſimo Se-

xto, & II. Anno Principatu ejus Salernitano, & VI. Anno Principatus Domni Paldolſi ejus filii, Menſe Octuber, Indictione Octava.

Sigillum cereum, in quo effigies viri cum literis in circuitu: PALDOLFI PRINCIPIS.


Landolfus Princeps *rogatu* Igiſebardi Archiepiſcopi Capuani, *concedit Monaſterio Sancti Laurentii Eccleſias Sanctae Mariae, Sancti Nicandri, Sancti Angeli, Sancti Coſmae, & Sancti*

A *Donati, ſui juris, ſeu Partis publicae, a ſexaginta retro annis, quaeque fuerant prius Sanctae Sedis Capuanae.* Abbas Sancti Laurentii Domnus Jacobus.

Agelchiſi Clericus & Scriba ex juſſione ſupradictae & glorioſae Poteſtatis ſcripſi.

B *Datà Tertio Decimo Calendas Junias, Anno Quinto Principatus Domni Laydulfi glorioſi Principis, Indictione X.*

Actum in Civitate Capuana.

Signum  *Domni Laydulfi excellentiſſimi Principis.*

Sigillum deperditum.

Anno Triceſimo Principatus Guaimarii Principis, *& Nono Ducatus ejuſdem Amalfitani, & Octavo Ducatus ejuſdem Salerni, & Sexto Principatus & Ducatus* Domni Giſulfi ejus filii, *Menſe Februario, Prima Indictione,* Paldulfus filius quondam Domni Guaimarii *glorioſi* Principis, *commutat quaſdam terras in finibus Salerni cum* Domno Stephano Abbate Monaſterii Sanctae Mariae de Spelunca.

Anno XXXIV. Principatus Domni Guaimarii Principis, *Septimo* Domni Guaimarii ejus filii Principis, *Menſe Martio, Octaba Indictione, Johannes Cutulinu filius Petri Pecorari dat Monaſterio Sanctae Mariae ad Spelea juxta Monte Beſubei, conſtructo a* Domno Martino Abbate *partem terrae in Liciniana. Subſcriptio.*

Ego Johannes.

Ego Amato.

C *Anno Secundo Principatus* Domni Manzoni, & Domni Johannis ejus filii, *Menſe Magio, X. Indictione. Petrus, & Johanna, & ceteri de eorum familia Placitum faciunt* Domno Johanni *venerabili* Abbati Monaſterii Sanctae Mariae, *aedificati ad ipſa Turre in Monte Veſuveo a* Domno Martino Abbate, *de quadam petia de* D *terra arabili in loco, qui Furche vocatur.*

Ego Petrus.

Ego Leo.

Anno Duodecimo Principatus Domni Landolfi Principis, *Menſe Junio, Indictione XI. Johannes Judex, cognomento Magnus, filius quondam Dodoni, qui fuit Judex, & poſtea Monachus,* E *habitator in Civitate Calatia, donat Monaſterio & Eccleſiae Sanctae Crucis, ſitae intro finibus praefatae Calatiae, loco cacumine Montis, qui dicitur Verne,*

ne, ubi eſt Abbas *ordinatus* Domnus Gaudericus *venerabilis Sacerdos & Abbas. In quo Monaſterio cum lubamine Domini noſtri Jeſu Chriſti veſtem ſanctae Religionis ſuſcipere cupiebat, terras quaſdam in territorio Calatiae.*

Anno XLIV. Principatus Domni Giſolfi, *& Tertio Principatus* Domnae Gemmae *uxoris ejus, &* Domni Paldolfi *filii eorum, Menſe Novembris, Quinta Indictione, Ciceru filius quondam Petri de Caſtello Lauri & Jaquinta filia quondam Jaquinti, uxor ſupradicti Ciceri, donat Monaſterio Sanctae Mariae de Spelunca in Monte Veſubeo terras ſui juris.* Abbas *ſupradicti Monaſterii & Sacerdos* Sparano.


Anno MC. & XIX. Anno Alexii Imperatoris, *Menſe Februario, VIII. Indictione,* Goffredus Comes Civitatis Monopoli, *Eccleſiae & Monaſterio Sancti Nicolai ejuſdem Civitatis in ipſa Pinna donat terras ipſius Montis in loco dicto Aquarulo, recipiente offertionem nomine Monaſterii Domno Gibaldo Priore, una cum Advocatore ſuo Godelferio.*

Sigillum plumbeum in quo hae literae.



Riccardus Secundus Capuanorum Princeps, *per interventum* Goffridi Comitis ſtabuli, *& aliorum, pro animabus* Riccardi Avii, & Jordani Patris *ſui, concedit & confirmat Monaſterio beati Laurentii Levitae & Martyris, constructo prope Averſanam Urbem, quinque homines cum filiis, filiabus, domibus & poſſeſſionibus eorum, quos Adenulfus in feudo tenuerat in Matalone,* Domno Guarino Abbate *ejuſdem Monaſterii. Concedit etiam eidem Monaſterio perſonam Roberti Melloſi ad ſerviendum & obediendum eidem Monaſterio & Abbati. Poena decem Librae auri puriſſimi.*

Signum Domni Secundi Richardi ſereniſſimi & magnifici Principis.



Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Judex in Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Tertio, & XXIII. Anno Principatus praefati Domni Secundi Riccardi glorioſi Principis Capuae.

Datum Capuae, Menſe Junio per Indictionem XI.

Roge-

Rogerius Dux Roberti *magnifici* Ducis *heres & filius, confirmat Monaſterio Sancti Laurentii in Adverſano territorio, &* Domno Guerino Abbati, *Sanctum Nicolaum de Betetta ad Sanctam Catelinam, & Balibanum, & Sanctam Mariam de Grano, & Sanctum Petrum de Aqua Joanne, & Sanctum Petrum de Babania, & unum Caſalem, qui vocatur Filina, & Sanctum Oruntium de Taranto, & quinque Piſcatores cum duobus lintris, & quartum cum uno lintre in Mare magno & parvo, & quintum cum una plancha; & Sanctam Cenapuram, quae eſt in territorio Polichori, & Sanctum Nicolaum Salice, & Sanctam Mariam de Colovrata, & Sanctam Mariam de Siniſi cum pertinentiis earum. Poena auri puriſſimi Librae XXX.*

Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Secundo, Ducatus autem ejus Septimo Decimo, Menſe Aprili, Indictione X.

Ego Rogerius Dux *me ſubſcripſi.*

Adeſt Sigillum plumbeum cum effigie hominis in una parte & literis in altera; ROG..... P... C... A.

Riccardus Secundus Capuanorum Princeps, *per interventum Riccardi de Aquila & aliorum, pro animabus* Riccardi Avii & Jordanis Patris *ſui, Monaſterio Sancti Laurentii, &* Guarino Abbati *donat quatuordecim homines, quos Gerbaldus Capellanus ejus tenuerat in Mattalone, & alia, & praecipue Eccleſiam Sanctae Mariae Garbella nomine, quae eſt ſita foras Mattalone. Poena quinquaginta Librae auri puriſſimi.*

Signum Domni ſereniſſimi & magni- *ſimi Richardi glorioſiſſi-* *fici Principis.*



Joffridus Jordani.
Richardus filius Bartholomaei.
Jhon Fermenioth.
Roduſus filius Roëli.
Johannes Frimeſe.
Ruallo filius Aymonis.
Giraldus.......
Adamus de Rocca Romana.
Petrus Stuntioni.

Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Judex in Anno Dominicae Incarnationis MCI. & XXI. Anno Principatus praefati Domni Secundi Riccardi glorioſi Principis Capuae.

Datum in Averſana Urbe, Menſe Auguſto V. in Feſtivitate beati Laurentii, per Indictionem Nonam.

Riccar-

Riccardus Secundus, *rogatu Roberti de Medanea conſanguinei ſui, & Rogerii Militis ejus, Monaſterio beati Laurentii &* Guarino Abbati *confirmat duas petias terrae in pertinentia* A *Matalonis prope Eccleſiam Sanctae Mariae in loco, qui dicitur Jugnanus, donatas a ſupradictis. Poena quinquaginta Librae auri puriſſimi.*

Signum Domni ſereniſſimi Richardi (ſimile praecedenti) *glorioſiſſimi & magnifici Principis.*

Ego Rathbertus de Medania me ſubſcripſi.

Ego Rogerius filius Richardi me ſubſcripſi.

Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Palatinus Judex in Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quinto, & XXVI. Anno Principatus praefati Domni Secundi Richardi glorioſi Principis Capuae. B

Datum Capua Menſe Decembri per Indictionem Quartamdecimam.

Riccardus Secundus *Monaſterio Puellarum Sancti Blaxii, conſtructo prope murum Averſanae Urbis, ſubjecto Monaſterio Sancti Laurentii, ubi* Domnus Guarinus Abbas, *confirmat decem petias de terra, quae olim fuerant Sicenis Miniſterialis, deſignatis finibus & locis.*

Signum Domni ſereniſſimi Richardi (ſimile praecedenti) *glorioſiſſimi & magnifici Principis.*

Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Judex in Anno Domini MCI. & Vigeſimo Primo Anno Principatus praefati Domni Secundi Riccardi glorioſi Principis Capuae. C

Datum Capua, Menſe Martio per Indictionem Nonam.

Anno Milleſimo Octogeſimo Quinto, Menſe Januario, Decima Indictione, Rubertus *filius* Riccardi Florientani Domini, *coram praeſentia* Domni Godini Archiepiſcopi *ſanctae* Sedis Florientanae, *& Domni Raidolfi de Civitate Rabenna, dat venerabili* Abbati Hugoni, *& ſanctae Eccleſiae Laurentii de Civitate Averſa, Eccleſiam, quae nominatur de loco Sanctae Mariae de Grano.* D

✠ *Signum Sanctae Crucis, & manus mea Hugo..............*

✠ *Signum Sanctae Crucis, & manus mea Rubertus Bervillaus.*

✠ *Signum ſanctae Crucis, & manus mea Bernaldus.* E

✠ *Crux fecit ego Rubertus Valia & ſcriptum.*

✠ *Signum propria manus mea praedictus Rubertus Infans ita egi.*

Anno MCV. temporibus Rogerii Ducis, *Menſe Aprili, Indictione Tertiadecima, Rucgerius filius quondam Trugiſi de Caſtello Sancti Severini de loco Rota concedit & confirmat Monaſterio Sancti Laurentii, &* Guarino Abbati, *terram, quam habuerat ab Adamo filio Guilelmi de Caſtelli Lauri. Poena centum auri Solidi Conſtantiniani. Subſcriptiones duodecim cum ipſa Rogerii, quae talis eſt.*

Ego Rucgerius Sancti Severini, filius Turgiſi de Rota.

Boamundus Princeps filius Boamundi Principis Antiocheni, *Monaſterio Sancti Laurentii,* & Guarino Abbati *concedit Sanctum Petrum de Lacu Johannis, ſitum in territorio Floriae.*

Anno

Anno Incarnationis Dominicae Milleſimo Centeſimo, Indictione Quintadecima. Sequuntur ſubſcriptiones.

Adeſt Sigillum plumbeum cum effigie duorum virorum in una parte, & in altera viri inſidentis equo cum aſta & literis:

BOAMUNDUS PRINCEPS ANTIOCHENUS.


Anno MLXXX. Menſe Julii, Indictione Tertia, Unfredus Gravinenſis Dominus, *filius & heres Domni Aitardi, ad* Dominum Alberonem *patrem & Oratorem ſuum,* Abbatem Eccleſiae Sancti Angeli de Fraxinito, *in qua parentum ſuorum corpora ſepulta erant, miſit honorabiles Legatos, quatenus Gravinam veniret; cui venienti & officioſiſſime ſuſcepto, altero die per Librum Euageliorum coram ſuis filiis tradidit unum Caſale ſitum ante praedictam Eccleſiam, & terras, quarum fines aſſignantur. Conceſſit etiam in ipſo*

A *Caſale Curtem & Bannum & Plateam habere, & alia.*

Subſcribunt cum ipſo Aitardus frater, Robertus & Aitardus filii Unfredi, & alii Milites ejuſdem.

Jordanus Capuanorum Princeps *pro anima ſua, & Patris ſui* Ricchardi Principis, & Fridelindae *Matris ſuae, dat Monaſterio Sancti Laurentii Levi-* B *tae & Martyris Chriſti, quod dicitur ad Septum,* & Domno Rainaldo Abbati *confirmat Startiam, quae dicitur de Ceraco, quam heredes Hugonis Blanci dederant eidem Monaſterio cum Hortis & Curtiſanis prope muros Civitatis, in quibus Hortis liceat Abbatibus, Prioribus, & ipſius Monaſterii Rectoribus homines coadunare, & habitationem* C *hominum facere, & Judices ad eos judicandos ordinare & ſtatuere quod voluerint &c. Concedit etiam viridarium juxta Forum de die Sabbati, & Lacum Patrienſem & Monaſterium Sancti Blaſii, quod eſt prope praeſcriptum murum.*

Signum



Domni Jordanis excellentiſſimi Principis.

Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcriptum per manus Vanſolini in Anno Tertiodecimo Principis ipſius Domni Jordanis, & Octavo Anno Ducatus ejus Cajetae.

Datum Pridie Idus Junii, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXX. per Indictionem Octavam.

D Jordanus Capuanorum Princeps *pro animabus, ut ſupra, Monaſterio Sancti Laurentii &* Rainaldo Abbati, *per interventum Domini* Hervei Capuani Archiepiſcopi, *donat Vicum Caſolla Valleſana, qualiter tenuit Guilielmus de Patia; & terras donatas ab eodem Gui-*

Guilielmo, & a Godefrido filio Vionis. Inſuper Villam, quae dicitur Nobole, oblatam in finibus Magdalonis, & alias terras in finibus Liguriae oblatas a Comitibus Averſanis. Similiter Cellam Sanctae Mariae, quae dicitur ad la Spelonca, datam a Domno Ricardo, & alias terras & Cellas.

Signum (ſimile praecedenti) *Domni Jordanis excellentiſſimi Principis.*

Ex juſſione praefatae ſereniſſimae Poteſtatis ſcriptum per manus Ganſolini, in Anno Vigeſimo ſecundo Principatus ipſius Domni Jordanis, & XVII. Anno Ducatus Cajetae,

Datum Pridie Nonas Auguſti, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLXXIX. per Indictionem Secundam.

Prima Regula eſt de Spiritu Sancto loquendi. Spiritus Sanctus Creator eſt, ſicut Pater & Verbum, teſtante Propheta: Spiritus Domini fecit me & in ſpiraculum omnipotentis vivificavit me. *In nomine Patris, & individuae Trinitatis. Ego* Ricardus *Dei gratiâ* Francorum Comiti *concedo & trado tibi* Gualterio Abbati de Cenovio Sancti Laurentii, *hoc eſt unam Eccleſiam Monaſterium Cenevii, vocavolo Sancti Archangeli Terrantiani, quod in partibus Neapolis eſt foras Cripta, ſitam in Monte qui deſuper amne, qui vocatur Anglanae: ut tu ibidem Abbās fieri debeatis cunctis diebus vitae tuae &c. cum omnibus ovedientiis ſuis, quoſcumque in Monaſterio illo habere & pertinere videtur, quantos & quales ſunt ſive in terra, vel in Inſulis Maris &c.*

Hoc Praeceptum ſcriptum eſt ab Incarnatione Domini Anno Milleſimo Quinquageſimo Quinto, Romani Imperii Monarchia Tertio Henrico, *poſt obitum* Domni Leoni Papae *menſes duo, reſidente me* Ricardo Comite Liguriae, Campaniae Dominatae, *ejus Dominatus Anno Quarto; ſub Pridie Calendas Junii, Indictione Septima.*

Petrus R. noſter Epiſtolarius noſtro ſubſcripſit &c.

Ego Riccardus Comes ſubſcripſi.

Riccardus *Dei gratiâ* Capuanus Princeps, *Sancti Petri, ac Sancti Laurentii Cenovio in tertia parte Adverſani Miliarii ſito, atque* Abbati Radulfo, *concedit Decimam portionis ſuae, quam tenebat ſuper flumen Vulturnum in diverſis locis.*

Facta eſt haec donatio Calendis Maji illo Anno, quo obiit Henricus Rex *Franciae,* Philippo filio ejus *in Regno illi ſuccedente, atque* Nicolao Papa *Romanae Eccleſiae praeſidente.*

Diploma ſcriptum eſt literis majoribus Langobardicis cum longa Praefatione de hominis creatione, peccato & redemtione.

Rogerius Dux Roberti Ducis *heres & filius, Monaſterio Sancti Laurentii,* & Abbati Gerlito, *per interventum* Adele Conjugis ſuae, *concedit Baſilianum cum omnibus pertinentiis ſuis &c.*

Grimoaldus Notarius.

Anno Dominicae Incarnationis MXCII. Ducatus ſui Septimo, Menſe Majo, Indictione XIV.

Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi.

Ego Adela Dei gratiâ Duciſſa.

✠ *Signum Boamundi.*

✠ *Signum Guidonis filii Roberti magnifici Ducis.*


✠ *Signum Widelmi de Broilo Stratigi.*


Sequuntur teſtes nominibus propriis.

Sigillum plumbeum deſideratur.

Jordanus, & Riccardus *filius ejus pro animabus* Principis Richardi & Fridelindae Principiſſae *Aviae*, & Gaytelgrimae Principiſſae Uxoris Jordani, & *matris Richardi, Monaſterio Sancti Laurentii circa muros Averſanae Civitatis*, & Domno Ugoni Abbati *donant Monaſterium Sancti Laurentii in Capua cum Eccleſia Sanctae Reparatae & Sancti Blaſſii, & unum Molendinum in Vulturno, juris ſupradicti Monaſterii Sancti Laurentii Capuani. Item Eccleſiam Sanctae Mariae & Sancti Johannis in territorio Miniani oblatam ab Ugone Sorello Hoſpitali praedicti Monaſterii, & Eccleſiam Sancti Andreae in Calino, & alteram Sancti Andreae in territorio Sueſſae. Item Monaſterium Sanctae Crucis cum Caſale Marzani-frigidi, & Eccleſiam Sancti Martini de Matarono, Eccleſiam Sanctae Mariae de Juliano, Eccleſiam Sanctae Mariae de Spelunca, Eccleſiam Sancti Salvatoris de Vallo, Sanctae Mariae de Dominicella, Sancti Angeli de Lauro, cum decimatione Nuceriae de annona, vino, fructibus, & animalibus. Item Eccleſiam Sancti Cononis cum omnibus donatis ſupra dicto Monaſterio a Ranulfo de Argentia in territorio Acerrae; & Caſolam & Eccleſiam Sanctae Mariae cum villanis & pertinentiis ſuis, ab eodem Jordano alias donatam ſupradicto Monaſterio. Item Monaſterium Sancti Vincentii cum hominibus & duobus Molendinis in Laneo ad Pontem Silicis, & ſex villanis, & altero Molendino in Aqualonei, & Eccleſiam de Nobole, decimationibus in Rapale, Presbytero in Villa Gariliani, terris & villanis in vico Piponis. Item Monaſterium Sancti Blaſſii prope praeſcriptum Monaſterium cum hominibus, ſtanzia, & ceteris donatis ab Ugone Blanco hortis & Curtiſanis prope muro Averſae, & viridario ad Forum de die Sabbati, & Lacum Patrienſem cum lintribus, cum Eccleſia Sanct. . . . . . de Vico Nicoli, & Sancti-Angeli de Monte Chriſti &c.*

Signum praedictorum





glorioſorum Principum.

Jubente ſerenitate & prudentiâ praeſcriptorum Principum ſcripſi ego Ganſolinus.

Data Quarto Kalendas Novembris, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Octoageſimo Septimo. Scriptum autem in Undecima Indictione.

Sigil lum plumbeum deſideratur.

Anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Menſe Julii, Indictione VI. Robertus de Molina in praeſentia Joannis Judicis & aliorum hominum Caſtri ſui Sancti Juliani, dat Monaſterio Sancti Juliani, in quo parentum ſuorum corpora ſepulta erant, & cui tunc praeerat Dompnus Guarnerius Monachus Sancti Laurentii de Averſa pro

ſa pro

ſa pro parte ejuſdem Eccleſiae, Eccleſiam Sancti Pauli in territorio Sancti Juliani cum poſſeſſionibus, Libris, & pannis. Id ut firmius permaneat, idem Robertus ſibi & ſucceſſoribus imponit poenam duas Libras auri puri; & praeterea ipſo inſtante Guarinus Abbas Sancti Laurentii, habitis ſecum ſupradicto Guarnerio Priore Sancti Juliani, & Fratre Gilberto Priore Sanctae Mariae in Cerche, & aliis Monachis omnibus Presbyteris Caſtri ſibi adſtantibus excommunicavit violatores &c.

Actum in Eccleſia Sancti Juliani.

Subſcribit primo loco Joannes Judex, inde Notarii manu Robertus, & novem teſtes.

Anno ab Incarnatione Domini MXCIII. Indictione Prima, Gausfredus de Converſano Comes, *cum conſilio Conjugis ſuae, &* Roberti *filii ſui, eligit Eccleſiam Sanctae Mariae Montiſpiloſi, quae ſuo aſſenſu ab Archiepiſcopo Acherontino unita fuerat Monaſterio Sancti Laurentii de Averſa, pro Cella, ut ibi faciat Monaſterium. Obtinent autem eam ab Abbate Sancti Laurentii de conſilio* Urbani Papae Romanae Sedis, *& aſſenſu Conventus Sancti Laurentii redditam, dans pro ea Eccleſiam Sancti Nicolai in Monopolitana Civitate.*

Arnaldus Acherontinus Archiepiſcopus.

✠ *Signum propriae manus meae, qui ſupra Gaufredus Comens de Converſano.*

✠ *Signum propriae manus meae Robbertus praedicti Comitis filius.*

Roberti Guiſcardi Ducis Normannorum, Salerni, Amalfiae, *Diploma conceſſum per interventum* Domnae Sichelgaytae Ducis *dilectae* Conjugis noſtrae, Petro Salernitano Abbati, *datum Salerni per manus Urſoni Notarii, Anno ejus III. Bullâ plumbeâ inſignitum. Donat Eccleſiam Sancti Matthaei de Rocha Pimontis, quae olim Rocha Sancti Cirici vocabatur, cum univerſis omnino bonis ſuis, ubicumque ſitis. Et concedit, ut quicumque Vaſſallus ipſius Principis ſe vel ſua praefato Cavenſi Monaſterio offerre voluerit, libere & abſque contradictione aliqua id faciat.*

Ejuſdem Roberti Guiſcardi Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *interventu* Domnae Sichelgaytae Duciſſae Conjugis; *Datum Salerni per manus Urſoni Protonotarii, Anno Domini MLXXX. Menſe Auguſto, & plumbeâ Bullâ roboratum. In eo concedit, quod ommes Vaſſalli & homines Monaſterii Cavenſis, extra Civitatem Salerni, & etiam intus habitantes, & in Cilento, nempe in Caſalibus Sancti Archangeli, Sancti Magni, & Sanctae Mariae de Gulia, & alii ubique commorantes, ſub omnimoda Monaſterii juriſdictione ac poteſtate exiſtant, nihilque ab eis Curia Principis, vel Reſpublica, ſive Officiales ejus requirant. Et ut nulli eorum liceat abſque licentia Monaſterii ab ejus dominio & poteſtate diſcedere, quippe qui ſub ipſius juriſdictione ac defenſione jugiter tenentur permanere.*

Ejuſdem Roberti Guiſcardi Ducis *Diploma, conceſſum* pro ſalute animae ſuae, Petro Salernitano Abbati, *datum Salerni per manus Urſoni Protonotarii Anno Domini MLXXXI. Menſe Majo, Indictione IV. & plumbeâ Bullâ roboratum. In eo confirmat Monaſterio Sancti Benedicti de Tarento, intus Civitatem Tarentinam conſtructo, Eccleſias eidem Monaſterio ſubjectas una cum obedientiis & pertinentiis ſuis,* Urſone Abbate *ejuſdem Monaſterii conſenſum praebente.*

Rogerii Siciliae, Apuliae, *&* Calabriae Ducis, *filii quondam* Rogerii Siciliae magni Comitis *Diploma con-*

K 2 *ceſſum*

ceſſum pro ſalute animae *Patris noſtri Rogerii Comitis* & Matris noſtrae Adelaidae Reginae & *noſtra*, Simeoni Abbati, *datum Panormi Anno Domini MCXXX. Menſe Februario, Indictione IX. Regni verò ejus Anno Primo, Bullâ aureâ decoratum. In eo donat Eccleſiam Sancti Archangeli de Petralia Siciliae Meſſanenſis Dioeceſis, olim a Radulfo Belbacenſe conſtructam, una cum ingenti territorio & villanis, vaxalliſque tam Chriſtianis, quam etiam Sarracenis, & aliis poſſeſſionibus, pertinentiis & juribus &c.*

✠ *Rogerius in Chriſto Deo potens Dux, & Chriſtianorum adjutor.*

Ejuſdem Rogerii Siciliae & Italiae Regis, *filii quondam* Rogerii I. Comitis Siciliae, *Diploma conceſſum pro ſalute animae Patris noſtri Rogerii Comitis, Matriſque noſtrae Adelaidae Reginae & noſtra*; Simoni Abbati, *datum Salerni per manus Guarni Cancellarii, XVIII. Kalendas Novembris, Anno MCXXXIII. Regni verò ejus Anno III. Bullâ aureâ decoratum. Confirmat omnes donationes, conceſſiones, emtiones, inſtrumenta, jura ac privilegia ſancti Monaſterii Cavenſis, & praeſertim donationes* Guaimarii & Giſulfi Principum Salernitanorum, & Henrici Comitis Montis Gargani, & Johelis Comitis Stabuli, & Roberti Guiſcardi Ducis, & *ipſius* Rogerii Ducis. *Concedit etiam, ut ſi qua mala conſuetudo ſeu conditio in aliquibus rebus, poſſeſſionibus vel hominibus ipſius Monaſterii fuerit impoſita, omnino deleatur, nullis futuris temporibus imponenda.*

Rogerii Ducis Apuliae, Calabriae & Siciliae, *filii quondam* Roberti Guiſcardi Ducis *Diploma* Petro Salernitano Abbati *conceſſum. In praeſentia ipſius Ducis, illuſtris* Domna Gaytelgrima Comitiſſa, *filia bonae memoriae* A Domni Roberti Ducis, *patris praedictorum Ducis, & Comitiſſae*, pro ſalute animae ſuae & animabus omnium filiorum ſuorum, & ſupraſcripti Domni Roberti, & animabus Domni Drogonis, & Domni Alfridi Comitum. *Datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii Anno MLXXXVI. Menſe Januario, Indictione X. Bullâ plumbeâ ro-* B *boratum. Donat Monaſterium Sancti Stephani de Juncarico in pertinentiis Laudoniae, & Caſale Juncarici cum omnibus Villanis in eodem Caſale exiſtentibus, praeſentibus & futuris, nihil ſibi in eis juriſdictionis reſervans, cum animalibus ac bonis omnibus, ac tenimento ipſius Caſalis finibus ſuis deſignato. Item donat vineas & terras* C *intus Laquedoniam & Roccam exiſtentes & totum tenimentum, quod Buzzachara dicitur in predictis pertinentiis cum Iſcla de Batallola nuncupata ſuis finibus deſcripta. Concedit facultatem derivandi aquam de Flumine Aufido in uſum Molendini & aedificandi in praenominata Iſcla molendinum, omneſque utilitates accipiendi, diſponendique pro* D *arbitrio. Concedit etiam facultatem accipiendi fidaticum & plateaticum in toto Caſalis predicti tenimento, atque fidaticum, herbaticum, plateaticum, terraticum, & aquaticum exigendi & accipiendi ab omnibus habitantibus in Caſalibus & poſſeſſionibus ſacri Monaſterii Cavenſis habitis & habendis; & non modò jura praedicta, verùm etiam* E *quaelibet alia, atque merum & plenum dominium exercendi, criminali tantummodò exceptâ juriſdictione.*

Rogerii Ducis *praedicti Diploma* Petro Salernitano Abbati *conceſſum, & datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii Anno Domni MLXXXVI. Menſe Majo, Indictione IX. Anno verò Ducatus ejus Primo, plumbeâ Bullâ roboratum. Donat Portum Caſalis veteris*

de Cava

de Cava cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis & praeſertim jus navigiorum & piſcationum in mari & in littore ac in terra, nulla poteſtate ſeu juriſdictione ſibi & ſucceſſoribus ſuis reſervata in Portu praedicto. Adeſt illius ſubſcriptio, & Boamundi fratris ſui, *filii quondam* Roberti Ducis, *Riccardi Seneſcalchi, Radulfi de Lauritello, & Goffridi filii Corvi.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum Panormi per manus Grimoaldi Notarii, Anno Domini MLXXXVI. Menſe Auguſto, Indictione IX. Ducatus verò ſui Anno Primo. Donat Monaſterium Sanctae Trinitatis de Bario cum univerſis juribus, bonis, & pertinentiis. Adeſt bulla plumbea, & ſubſcribunt ipſe Dux,* Alcerius Panormitanus & Regienſis Archiepiſcopus, Robertus filius *quondam* Roberti Guiſcardi Ducis, Petronius Comes de Aleſna, *Rogerius de Barnavilla, Petrus Bidonis Armeratus Panormi, cum aliis.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum Panormi Anno Domini MLXXXVI. Menſe Auguſto, Indictione IX. per manus Grimoaldi Notarii, plumbeâ Bullâ inſignitum. In eo donat Eccleſiam Sancti Joannis extra & prope Civitatem Barenſem conſtructam, cum olivetis, & omnibus pertinentiis ſuis.*

Subſcribunt idem Dux, & reliqui ſupra memorati.

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Abbati Salernitano, *interventu* Hugonis Lugdunenſis Archiepiſcopi, *&* Riccardi Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, *&* Abbatis Monaſterii Sancti Victoris Maſſilienſis, *datum Salerni per manus Landulfi Notarii Anno Domini MLXXXVI. Menſe Octobri, Indictione X. Ducatus verò illius Anno II. Donat Caſalia & Vaſſallos Miteliani & Paſſiani, ac finitimorum locorum & pertinentiarum, omniumque inhabitantium & habitaturorum in toto Cavae territorio & tenimento ſuis finibus deſignato, cum uxoribus & filiis, & omnibus rebus eorum mobilibus & immobilibus ubicumque poſitis, & ad illos pertinentibus.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum intra clauſtra ſacri Monaſterii Cavenſis per manus Joannis Notarii Anno Domini MLXXXVI. Menſe Octobri, Indictione X. plumbeâ Bullâ roboratum. Donat & confirmat Monaſterium & Caſale Sancti Petri de Olibola in finibus Apuliae in pertinentiis Rocchae Sanctae Aghatae, cum terris, domibus, vineis, ac terris vacuis, villanis &c.*

Subſcribunt ipſe Dux, Raynolfus Bricco, & Riccardus Seneſcalcus, & Guelterius Aloë.

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma conceſſum* Petro Abbati Salernitano, pro remedio peccatorum ſuorum, *& ſalute animae illuſtris* Ducis Roberti *patris ſui, &* Domnae Sichelgaitae Duciſſae *& genitricis ſuae, datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii Anno Domini MLXXXVII. Menſe Majo, Indictione X. Ducatus verò ſui Anno II. plumbeâ Bullâ inſignitum. Confirmat omnes donationes Monaſterio Cavenſi factas de quacumque re vel cauſſa reali ſeu perſonali: & praeſertim donationem totius tenimenti Cavae, & Sancti Adjutoris, ſuis finibus deſignati &c.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii, Anno Domini MLXXXVIII. Menſe Auguſto, Indictione XI. Anno verò Ducatus ſui III. Donat Monaſterium Sancti Adriani de Ruſſano Calabriae cum omnibus Methociis Eccleſiis & vil-*

& villanis, ad Monaſterium ipſum ſpectantibus, & omnibus bonis ejus, ubicumque ſitis, ac juribus & pertinentiis.

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *bullâ plumbeâ munitum, & datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii, Anno Domini MLXXXIX. Menſe Martio, Indictione XI. Ducatus verò ſui Anno IV. Donat Eccleſiam Sancti Matthiae de Tuſciano, cum omnibus bonis ejus, juribus & pertinentiis.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *& datum Salerni, Anno Domini MLXXXIX. Menſe Junio, Indictione XII. Donat terras, cum vineis & arbuſtis in locis Dupino, Tuſciano, Battipalea, ſuis finibus diſignatis, cum taberna prope Eccleſiam Sancti Archangeli de Tuſciano, in compenſationem terrarum loci Metiliani, quas Alberto de Gruſa reſtituerat.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum Salerni, Anno Domini MXC. Menſe Octobri, Indictione XIV. Ducatus verò ſui Anno IV. Bullâ plumbeâ roboratum. Donat Caſalia & Vaſſallos Metiliani & Paſſiani, ac finitima loca & pertinentias & omnes commorantes & commoraturos in toto Cavae territorio ac tenimento ſuis finibus deſignato, cum uxoribus, filiis, atque omnibus rebus eorum ſtabilibus & mobilibus ubicumque poſitis, & ad eos pertinentibus &c.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *plumbeâ bullâ inſignitum, & datum Salerni per manus Landolfi Notarii Anno Domini MXCII. Menſe Septembri, Indictione Prima, Ducatus verò ſui Anno VI. Donat Startiam cum terris cultis & incultis demanii ſui, ſitam in Sarno, ubi Tabellaria dicitur, ſuis finibus declaratis. Item donat duo Molendina ex decem molendinis ſuis in fluvio Furnunculo Sarni, ubi Focae dicitur, cum molis, ferraturis, ſedili, arcaturis, aquis, & aliis pertinentiis ſuis.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *datum Salerni Anno Domini MXCII. Menſe Septembri. Donat Decimam piſcium Maris Cavae, a Valle videlicet, Gallocanta nuncupatâ, uſque ad fluvium Cetariae, qui eſt de territorio Monaſterii Cavenſis, per quinque millia paſſuum intra Mare. Item concedit, ut per ſuum Ducatum liceat Monaſterio vendere abſque ulla datione, ſolutione, exitura, vel alia qualibet praeſtatione, etiam quoad emptores.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *per interventum* Domnae Adelae *dilectae* Conjugis ſuae, *bullâ plumbeâ roboratum, & datum Salerni per manus Grimoaldi Notarii Anno Domini MXCIV. Menſe Septembri, Indictione III. Ducatus verò ſui Anno X. Donat Caſtrum Stregula, cum omnibus Vaſſallis Chriſtianis & Saracenis, & rebus eorum, atque omnibus juribus & pertinentiis.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma conceſſum* Simeoni Abbati, *datum Salerni per manus Joannis Notarii Anno Domini MCVI. Menſe Novembri, Indictione XIII. Ducatus verò ſui Anno XV. Donat Decimam juris Plateatici Platearum Salerni, quae de Sancto Laurentio, & de Ludragula dictae ſunt, & aliarum platearum intus & extra Salernum, quae tum inſtitutae erant, & quae in poſterum ſtatuentur, cum facultate exigendi & exigi faciendi praedictum jus platearum, abſque aliqua contradictione.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, ob redemtionem animarum *patris ſui &*

matris

matris ſuae Sichegaytae, ſalute quoque ſuâ, *& per interventum* Domnae Alae Conjugis ſuae, *Datum Salerni per manus Laudonis Notarii Anno Domini MCVI. Menſe Martio, Indictione XIIII. Ducatus autem ſui Anno XXI. plumbeâ bullâ roboratum. Donat Caſale, quod Fabrica dicitur in Apulia, cum omnibus habitantibus & habitaturis in eo, & cum terris, ſilvis, herbagiis, flumine, ripis, aliiſque omnibus juribus & pertinentiis, ſuis finibus deſignatis: quae omnia obtulit in compenſationem Caſtri Stragulae, & Monaſterii Sancti Adriani, quod ab ipſo Monaſterio Cavenſi receperat.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, conceſſum* Petro Salernitano Abbati, *plumbeâ bullâ roboratum, & datum Salerni per manus Johannis Notarii Anno Domini MCX. Menſe Junio, Indictione III. Ducatus verò ſui Anno XXV. Confirmat omnia bona ſtabilia ubicumque & qualitercumque ad ſacrum Cavenſe Monaſterium ſpectantia, ac Servos ipſius Monaſterii utriuſque ſexus habitos & habendos. Et concedit, ut praedicti Servi liberas uxores accipere, & Ancillae liberos viros poſſint, dummodo filii & filiae eorum Servi & Ancillae ſint ejuſdem Monaſterii.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma*, Petro Salernitano Abbati *conceſſum, plumbeâ bullâ roboratum*, propter redemtionem animarum *patris ſui* Roberti *& matris ſuae* Sichelgaitae, ſalutem quoque ſuam, *& uxoris ſuae* Halae, *ac filii ſui cariſſimi* Gulielmi: *Datum Salerni per manus Johannis Notarii, Anno Domini MCXI. Menſe Februario, Quarta Indictione, Ducatus verò ſui Anno XXVII. Donat Caſtrum Sancti Adjutoris cum omnibus hominibus Vaſſallis ipſius Caſtri utriuſque ſexus, & rebus eorum ubicumque habitantibus, cum terris, arbuſtis &c. & cum jure plateatico Plateae praedicti Caſtri, & omnibus ejus juribus & pertinentiis, cumque omnimoda Vaſſallorum juridictione, abſque Reipublicae vel aliorum contradictione.*

A

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, datum Anno Domini MCV. Menſe Auguſti, Indictione III. Donat terras ac domos intus Salernitanam Civitatem, finibus ſuis deſignatas, Mariae Uxori Johannis, & Gulielmo filio ſuo, quem ex ipſa Maria ſuſcepit.*

B

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, datum Anno Domini MCX. Menſe Martio, Indictione III. Donat ſextam partem Eccleſiae Sanctae Mariae de Domno de Salerno, ac omnia ad illam pertinentia.*

C

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, datum Anno MCXI. Menſe Februario, Indictione IV. Donat Caſtrum Sancti Adjutoris cum omnimoda juriſdictione Vaſſallorum, cum jure plateatico Plateae ejuſdem Caſtri, & omnibus juribus illius.*

Ejuſdem Rogerii Ducis *Diploma, datum Anno Domini MCIII. Ducatus vero ſui Anno XIX. Menſe Septembri, Indictione XII. Donat & confirmat quaſdam terras cum vinea & caſtaneto in Transboneja Cavae, ubi Nucitum dicitur, finibus ſuis deſignatas, Guaiferio, Johanni, & Petro filiis quondam Petri.*

D

Giſolfi Principis Langobardorum *Diploma, conceſſum* Leoni Abbati, *Anno Domini MLXXI. Menſe Majo, Indictione IX. Donat terras in Lucania in territorio Caſtri Abbatis, ubi Gulia dicitur, ejus finibus deſignatis.*

E

Ejuſdem Giſulfi Principis Langobardorum *Diploma, conceſſum* Leoni Abbati *ſpirituali patri ſuo, & datum Salerni in ſacro Salernitano Palatio per manus Joannis Notarii Anno Domini MLXXIII. Menſe Majo, Indictione X. Principatus verò ſui Anno XXXI. Donat*

nat Eccleſiam Sanctae Mariae de Gulia in Lucania, & alias Eccleſias ibidem, ac totum territorium circa eas Eccleſias exiſtens, finibus deſignatis, in quo territorio poſtea Conſtabilis Abbas *Caſtrum, quod Abbatis dicitur, aedificavit.*

Ejuſdem Giſolfi Principis Langobardorum *Diploma, conceſſum* Leoni Abbati, *& ſpirituali patri ſuo, datum Salerni in ſacro Salernitano Palatio Anno Domini MLXXIII. Principatus verò ſui Anno XXXI. Menſe Majo, Indictione X. per manus Joannis Notarii. Donat Eccleſiam Sancti Nicolai de Serramediana in Lucanis finibus una cum terris, & aliis bonis.*

Jaquintus Epiſcopus Laquedoniae *concedit* Petro Abbati Salernitano, *per manus Urſonis Notarii Anno MCVIII. Menſe Junio, Indictione I. Monaſterium Sancti Nicolai de Lacedonia.*

Johannes Epiſcopus Anglonenſis Falconi Abbati *Anno MCXLII. ſecundo Nonas Auguſti, Indictione IX. confirmat Eccleſiam Sancti Pancratii de Monte Gargano.*

Johannes Secundus, & Tertius Marſicani Epiſcopi, *primus ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis circiter Annum MXCV. alter Anno MCLXVI. multa confirmant Monaſterio Cavenſi.*

Johannes Epiſcopus Cannarum *concedit Anno MCLXVII. Menſe Decembri Indictione XV. Eccleſiam Sanctae Luciae prope Civitatem Cannarum.*

Johannes Epiſcopus Caſertae *Anno MCLVIII. Menſe Majo, Indictione VI. concedit Eccleſias Sanctae Mariae & Sancti Martialis de Cervina.*

Johannes Epiſcopus Grumentanus & Marſicanus *Anno MCXLIV. Menſe Majo, Indictione VII.* Falconi Abbati *concedit Eccleſiam Sancti Petri de Tramutula.*

A Johannes Epiſcopus Luceriae Apuliae *Anno MXLI. Menſe Majo, Indictione VII. concedit Eccleſiam Sanctorum Jacobi & Barnabae de Luceria.*

Johannes Epiſcopus Marſicanus & Grumentanus *Anno MXCV. Menſe Auguſti, concedit* Petro Abbati *Eccleſiam Sancti Jacobi de Burgentia.*

Johannes Epiſcopus Melfictenſis
B *Anno MCXXXVI. Menſe Novembris, Indictione XIV.* Simeoni Abbati *concedit Eccleſiam Sancti Martini de Melficto.*

Johannes Epiſcopus Paeſtanus *Anno MCXLII. Menſe Junio, Indictione V.* Falconi Abbati *concedit Monaſterium Sancti Angeli de Silvanigra.*

Agapitus *ex Cavenſi Monacho* Frequentinae Eccleſiae Epiſcopus, *Anno*
C *MCLXXXIX. concedit Eccleſiam Sancti Barbati, & Sancti Cataldi de Taurasio.*

Alfanus Salernitanus Archiepiſcopus, *Anno MLXXI. Menſe Februario concedit Eccleſiam Sancti Nicolai de Palma de Salerno, cum juribus Parochialibus, Capitulo & Clero conſentien-*
D *tibus.*

Alfanus Epiſcopus Paeſtanus, *Anno MC. Menſe Majo concordiam init cum Abbate Cavenſi de finibus territorii in Cilento, & in Lucania.*

Amatus Epiſcopus Paeſtanus *concedit Eccleſiam Sanctae Praeparationis, alias Sanctae Veneris de Cornito, Anno XXV. Principatus Domni Guaima-*
E *rii, & V. Ducatus ejus Amalfiae, & VIII. Ducatus ejus Surrenti, & VII. Anno Principatuum & Ducatuum Domni Giſulfi, Menſe Julio.*

Idem Amatus Epiſcopus Paeſtanus concedit Eccleſiam Sancti Matthaei Apoſtoli de Lucania Anno XII. Principatus Domni Giſulfi Principis Menſe Februario.

Amu-

Amuris Menſulae & Caſtellaneti Epiſcopus *concedit Eccleſiam Sancti Matthaei de Caſtellaneto Anno MC. Menſe Decembri.*

Bartholomaeus Epiſcopus Nolanus *concedit Eccleſias Sancti Georgii, & Sancti Leontii de Nola, & Sanctae Trinitatis de Cicala Anno MCXLIII. Menſe Decembri.*

Bernardus Epiſcopus Nolanus *concedit Eccleſias eaſdem Anno MCLXXXI. Menſe Auguſto.*

Bertrandus Archiepiſcopus Tranenſis *concedit Eccleſiam Sanctae Trinitatis Civitatis Fani Anno MCLXXVII. Menſe Novembri.*

Idem Bertrandus conſecrat eamdem Eccleſiam Anno MCLXXXIV. Pridie Nonas Maji.

Conſtantinus Epiſcopus Minonenſis, *ſive* Reginenſis, *concedit Eccleſiam Sancti Joannis de Minor...... Anno MCXLIV. die IV. Auguſti.*

Deſiderius Epiſcopus Lacedoniae, *ſive* Laquedoniae, *vel Cedoniae, concedit Eccleſiam Sanctae Mariae de Juncarico, ſive de Jurcito in territorio La-*

A *cedoniae apud Rocchettam Apuliae Anno MLXXXV. Menſe Majo. Iſte ex Cavenſi Monacho Laquedonenſis Eccleſiae factus eſt Epiſcopus Anno MLXXXII.*

Dionyſius Archiepiſcopus Tarentinus *concedit Eccleſiam Sancti Benedicti de Tarento, quam paulo ante dedicaverat, Anno LXIX. Imperii Conſtantini, & XXI. Archiepiſcopatus ſui.*

B Nicolaus Archiepiſcopus Canuſinus & Barenſis *concedit conſecrationem & exemtionem Eccleſiae Sancti Nicolai de Bario, quam ipſe paulo ante conſtruxerat in loco Orandulo & Turri de Muſarra appellato, Anno MXXXVI. Menſe Majo.*

Nicolaus Archiepiſcopus Canuſinus & Barenſis concedit Eccleſiam Sancti Ni-
C *colai ab ipſo aedificatam prope Locum ubi Turris de Muſarra dicitur, Anno MXXXIX. Menſe Octobri.*

Idem concedit conſecrationem & exemtionem Eccleſiae Sanctorum Johannis & Pauli de Bario, quam aedificaverat Marcus Abbas Sanctae Trinitatis de Bario *in horto ejuſdem Monaſterii, Anno MXLVII. Menſe Aprili.*

DE CENSIBUS AC REDITIBUS OLIM AD ECCLESIAM ROMANAM SPECTANTIBUS.

DISSERTATIO SEXAGESIMANONA,

DISSERTATIO SEXAGESIMANONA.

Romanae Eccleſiae qualis quantaque ſit temporibus noſtris opulentia atque majeſtas, norunt omnes; qualis autem Saeculis rudibus, & poſt declinationem Imperii Romani, id quidem non omnibus exploratum eſt. Propterea in ejuſmodi plane nobile argumentum aliquid adferre nunc juvat, ut qui inter noſtra & antiqua Secula comparationem aliquam inſtituere velit, facilius in poſterum poſſit. Primum ergo illud ſtatuo, quum Romana Eccleſia a ſui origine principem locum inter ceteras, immo & ſupra ceteras tenuerit, ejus etiam dignitati fortunam ac redituum copiam ex oblatione Fidelium profectam ſemper reſpondiſſe. Praecipue tamen opibus aucta eſt, quum primum ſub Conſtantino Magno Religioni pax reddita, & libertas palam data eſt. Nam etſi ampliſſimam illam Conſtantini Donationem, quae olim circumferebatur, nunc Eruditorum nemo amplectatur, immo quiſque commentitiam agnoſcat, nihilo tamen ſecius fateri omnes cogimur, Conſtantinum ſummâ liberalitate certaſſe, ut Romanam Eccleſiam uberius etiam quàm reliquas ornaret atque ditaret. In eam ſententiam nos

A perducit non ſolùm Anaſtaſii Bibliothecarii, ſive quicumque is ſit, antiquiſſimi Auctoris, cui Vitas Romanorum Pontificum debemus, auctoritas, ſed etiam Ethnicorum ipſorum teſtificatio, quam ne ipſe quidem Cardinalis Baronius reticendam cenſuit. Narrat Ammianus Marcellinus Lib. 27. Cap. 3. turbas Romae Anno B CCCLXVII. excitatas in electione Romani Pontificis, diviſis Populi votis inter Damaſum atque Urſicinum. Tum ſubdit. *Neque ego abnuo, oſtentationem rerum conſiderans Urbanarum, hujus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum jurgari debere: quum id adepti, futuri ſint ita ſecuri, ut* C *ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis inſidentes, circumſpecte veſtiti, epulas curantes profuſas, adeo ut eorum convivia Regales ſuperent menſas.* Haec Ethnicus ſcriptor, cui alterum adtexo, nempe Praetextatum Conſulem deſignatum, qui iiſdem temporibus Romae vixit. Haec de illo Sanctus Hieronymus in D Epiſtola nunc 38. olim 61. ad Pammachium adversùs errores Johannis Hieroſolymitani: *Homo ſacrilegus, & Idolorum cultor, ſolebat ludens beato Papae Damaſo dicere: Facite me Romanae Urbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.* Invidioſe quidem haec a depreſſis Paganis tunc dicta. Sed ſimul

ſimul ſat produnt, qui tum foret Romanorum Pontificum ſplendor, & Romanae Eccleſiae magnificentia, quae tamen in pauperum ſinum uberem partem ſuarum opum effundere conſuevit, uti jamdiu in Tractatu Italicè edito *de Caritate* oſtendi. Neque in Romano tantùm agro, atque in finitimis abundabat ingenti fundorum copiâ eadem Eccleſia, ſed etiam per varias Italiae partes, atque in Aſia ipſa. Caeleſtinus I. Papa ad Theodoſium juniorem Auguſtum ſcribens Anno Chriſti CCCCXXXII. commemorabat *poſſeſſiones in Aſia conſtitutas, quas illuſtris & ſanctae recordationis Proba longâ a majoribus vetuſtate reliquerat* Romanae Eccleſiae; is verò Imperatori commendat, *ut omnis ab his inſidiantium inquietudo diſcedat*. Pertinent iſta ad prima Eccleſiae Secula. Quid in ſubſequentibus contigerit (hoc enim potiſſimùm inveſtigando ſumſi) accipito.

Primo loco in *Patrimoniis* ſita olim fuit Romanae Eccleſiae opulentia, hoc eſt in Maſſis, aliiſque fundis, quos Auguſtorum, aliorumque Fidelium pietas in variis Provinciis Sancto Petro contulerat. Eorum adminiſtratio fere ſemper commendabatur Clericis & Subdiaconis ſpectatae fidei, qui *Defenſores & Rectores* appellabantur. *Actionarii* quoque, ſive *Actores* ad idem munus delecti fuere. Idem fortaſſis officium ſub diverſis nominibus fuit. Conſtat autem ex Epiſtolis Gregorii Magni, fuiſſe varia locupletiſſima patrimonia ſanctae Romanae Eccleſiae *in Sicilia, Gallia, Appia, Calabria, Campania, Corſica, Sardinia, Delmatia, Thuſcia, Africa*, & aliis in locis. Meminit etiam Anaſtaſius in Vita Joannis V. Papae, *patrimonium Siciliae & Calabriae*. Tum in Vita Zachariae teſtatur idem

A Scriptor, reſtituta fuiſſe Pontifici *a Traſmundo Duce Spoletino Sabinenſe patrimonium, quod per annos prope triginta fuerat ablatum, atque Narnienſe, etiam & Auximanum, atque Anconitanum, necnon & Numanatenſe &c.* Proinde quum legis apud eumdem Anaſtaſium in Vita Joannis VII. & apud Paulum Diaconum in Hiſtoria

B Langobardica, donationem, ſive reſtitutionem *Patrimonii Alpium Cottiarum* ab Ariperto Langobardorum Rege factam, & a Liutprando confirmatam Eccleſiae Romanae: his verbis nil aliud ſignificari puta, quàm Cortes, Praedia, & Fundos. Nam quod Bartholomaeus Zucchius in Hiſtor. Modoëtienſi Epiſtolam profert

C ab Ariperto ſcriptam Joanni VII. Romano Pontifici, in qua ait: *Ex hoc noſtro latiſſimo decreto eidem Romanae Eccleſiae liberaliter Alpes Cottias, in quibus & Genua eſt, donamus, ita ut in bonis beati Petri ipſae Alpes a Taurinis montibus uſque ad Liguſticum mare cenſeantur:* fieri quidem poteſt ut parum Critici, ni-

D miumque creduli aurichalcum illud pro auro accipiant (quod & Turrigius fecit in Libro *Grotte Vaticane* Part. 2. Cap. 6.) verùm nemo inter eruditos eſt, qui ridendam, putidamque non agnoſcat illius Epiſtolae impoſturam. Eumdem Auctorem, ſimilium criminum reum deprehendi in Commentar. de Corona Ferrea

E Tom. 2. Anecdotor. Latinor. Hadrianus quoque Primus in Epiſtol. 49. Codicis Carolini, Patrimonia Eccleſiae Romanae commemorat, poſita *in partibus Tuſciae, Spoleto, ſeu Benevento, atque Corſica ſimul & Savinenſi &c.* Modum verò, quo ejuſmodi patrimonia, in tam diverſis regionibus ſita regerentur, ſupra laudatus Gregorius Magnus plurimis

Epi-

Epiſtolis ſuis explicat, in queis admirabilis effulget aequitatis amor atque prudentia. Chronicon quoque Farfenſe Part. II. Tomi II. Rer. Italic. a me editum, multa habet de *Actionariis* Eccleſiae Romanae. Erant autem & in Germania reditus eidem Eccleſiae Saeculo Chriſti Nono, qui unde colligerentur, incertum eſt. Nicolaus enim I. Papa ad Ludovicum Germaniae Regem ſcribens Epiſtol. LV. ſibi conſtitutum ait de Legato mittendo, *pro unius anni reditibus rerum Sancti Petri in Regno veſtro ſitarum: quum duorum annorum jam tempora praeterierint, ex quo reditus ex illis debuerunt eſſe collecti; & nos ex eis nihil recepimus*. Pontifex idem in Epiſtola II. ad Michaëlem Graecorum Imperatorem alia recenſet Romanae Eccleſiae Patrimonia a Graecis uſurpata. *Praeterea*, inquit, *Calabritanum patrimonium & Siculum, quaeque noſtrae Eccleſiae conceſſa fuerunt, & ea poſſidenda obtinuit, & diſponendo per ſuos familiares regere ſtuduit, veſtris conceſſionibus reddantur; quoniam irrationabile eſt*, ut *Eccleſiaſtica poſſeſſio, unde luminaria & concinnationes Eccleſiae Dei fieri debent, terrenâ quavis poteſtate ſubtrahantur*. Leo etiam IX. in Epiſtol 7. ad Conſtantinum Monomachum Imperatorem eadem patrimonia repetit. Sed longe his majora donaria, Eccleſiae Romanae a Conſtantino Magno oblata, patulo ore contendebat Liutprandus Cremonenſis Epiſcopus in ſua Legatione ad Nicephorum Orientis Imperatorem, nempe *non in Italia ſolùm, ſed in omnibus paene Occidentalibus Regnis, nec non de Orientalibus atque Meridianis, Graecia ſcilicet, Judaea, Perſide, Meſopotamia, Babylonia, Aegypto, Lybia &c.* Neſcio, an haec uti magnifica, ita quoque

A ſint vera. Certe tanta olim fuiſſe Romanis Pontificibus non facile quiſquam oſtendet. Fuiſſe etiam *in Saxoniâ & Bajoariâ*, Romanae Eccleſiae Patrimonia, idem infra addit, & ego lubens credo. Quum verò aut locarentur ejuſmodi Patrimonia, aut in emphyteuſim concederentur, inde *penſiones* exibant perſolvendae

B quotannis Eccleſiae Romanae. In Codice Carolino Hadrianus I. Papa ad Carolum Magnum Regem Epiſtol. 57. ſcribit, *Mauricium Epiſcopum Hiſtrienſem, quod penſiones beati Petri, quae in Hiſtrienſi territorio jacebant, exigeret, ut eas Romam dirigere deberet*, a malevolis Graecis excaecatum fuiſſe. Incertum, num

C ejuſmodi penſiones e patrimoniis Eccleſiae Romanae illic ſitis effluerent, an ex alio fonte. Et hae quidem a Carolo Magno conceſſae videntur Hadriano I. poſt ereptum Langobardis Italicum Regnum. Immo hinc fortaſſe lux affulgeat obſcuro loco in Diplomatis Auguſtorum, Ottonis Magni puta & ſucceſſorum, in qui-

D bus Eccleſiae Romanae confirmantur *Almus cum Inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Provincia Venetiarum & Iſtria:* quae etiam repetit Leo Marſicanus in Chronico Caſinenſi Lib. I. Cap. 8. Non Urbes

E in iſtis locis, non Caſtella, non Provinciae tradita fuere hiſce verbis Pontifici Romano, quum certo certius ſit, eaſdem ad Italicum Regnum ſub Carolo Magno, & multis poſt eum Seculis ſpectaſſe. Quod unum confirmatum fuerit, nihil aliud fuiſſe videtur, quàm patrimonia, Maſſas, penſiones, Monaſteria, aliaque ejuſmodi privata jura, quae aut an-

tea

tea Romana Eccleſia illic poſſidebat, aut ab ipſo Carolo nuper acceperat.

Secundo nemini ignotum eſt, quanta acceſſio temporalis potentiae atque opum facta fuerit Romanis Pontificibus ſtudio Pippini Regis Francorum, & Caroli Magni Auguſti. *Exarchatus* enim *Ravennae* a Pippino, Romanae autem Urbis dominatio, cum aliis Civitatibus a Carolo Magno iis conceſſa fuere: qua de re dubitare nos minime ſinunt Annales Francorum, Anaſtaſius biographus, & Epiſtolae Codicis Carolini, praeter alia illorum temporum monumenta. Non aeque tamen notum, qualis foret ejuſmodi dominatio, qui proventus, quibuſve conditionibus tot ditiones in Romanam Eccleſiam confluxerint; quaeve & quot revera fuerint Civitates ac Provinciae in primitivis iis donationibus comprehenſae, & quandiu illas Romani Pontifices ſibi ſubjectas habuerint, aut poſtea receperint. Multae heic tenebrae, multa quoque, ut modeſte loquar, dubia ſaltem atque incerta, a quibus perpendendis libenter abſtineo: nihil enim aeque delicatum eſt, atque in originem inquirere, & progreſſum prodere auctoritatis ac potentiae, qua Principes & Urbes perfruuntur. Illud extra controverſiam eſt, nunc nobili Italici Regni portioni Romanos Pontifices dominari, & ſupremâ quidem poteſtate atque dominio, tempus verò multa compoſuiſſe, quae olim longe aliam faciem geſſiſſe videntur. Itaque me refero ad poſteriora Secula, atque in primis adnotare placet, quot reditus ante aliquot Secula Romana Eccleſia perciperet ex *Ducatu Spoletano*, & ex *Comitatu Narnienſi*. Notitiam hanc debeo Regeſto MSto Cencii Camerarii, de quo infra mi-

A hi erit ſermo. Charta verò nunc evulganda, ante Annum MCCC. ſcripta fuiſſe videtur.

Hi ſunt proventus & reditus de Ducatu Caſtrorum de Valle Spoletina, & Antiqui.

B *Caſtrum Roſciani ſolvit pro Fodro XV. Libras Lucenſium. Pro adjutorio Natalis VI. Libras. Pro adjutorio Paſchae Reſurrectionis III. Libras. Et habet ibi Curia tertiam partem de Bannis, & Folliis, & Salario, de quibus quantitas non eſt parva; quia quandoque eſt parum, & quandoque non multum.*

C *Podium Roſciani ſolvit pro Fodro V. Libras Lucenſium. Pro adjutorio Nativitatis IV. Libras. Pro adjutorio Paſchae Reſurrectionis XL. Solidos. Et habet ibi Curia tertiam partem ſimiliter de Bannis, Folliis, & Salariis.*

Bittonia ſolvit pro Fodro LXX. Libras Lucenſium. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae Reſurrectionis X. Libras. Et habet

D *ibidem Curia tertiam partem ſimiliter de Bannis, Folliis, & Salariis, de quibus quantitas eſt incerta. Et habuit ibidem Curia terras, vineas, ſilvas, caſalina, domos, & homines, & multas poſſeſſiones, quas pro majori parte nobilis vir Mainardus Imperatoris de Peruſio detinet occupatas. Sed adhuc habet ibi Eccleſia Turrim, do-*

E *mos, & caſalina, terras, vineas, ſilvas, & homines, de quibus paucos reditus percipit, propter occupationem factam a Nobili ſupradicto de melioribus & majoribus poſſeſſionibus ſupradictis.*

Cannaria ſolvit pro Fodro XVI. Libras & XVI. Solidos Lucenſium. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae Reſurrectionis VII. Libras. Et habet ibi Curia omnia Banna,

Banna, Salaria, & Follias, de quibus eſt incerta quantitas. Et ſolvit C. Raſengas frumenti, & C. Raſengas Speltae, & quandoque plus, quandoque minus, ſecundùm temporis qualitatem.

Inſula Albricorum ſolvit pro Fodro LVI. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis XX. Solidos. Pro adjutorio Paſchae XX. Solidos, & XX. Raſengas frumenti, & XX. Raſengas de Spelta, & quandoque plus, & quandoque minus, ſecundùm temporum qualitatem; & omnia Banna & Follias.

*Inſula Vetus cum Sancta * Cruco ſolvit pro Fodro XV. Solidos Lucenſes. Pro adjutorio Nativitatis X. Solidos. Pro adjutorio Paſchae VI. Solidos. Et VIII. Raſengas inter frumentum & Speltam, ſecundùm temporis qualitatem. Et omnia Banna & Follias.*

Collemarcium, quod detinet Dominus Manens Raynaldi Spoletanus Civis per conceſſionnem Domini Papae, ſolvit pro Fodro XV. Libras. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae X. Libras. Et CXII. Raſengas frumenti, & CXXX. Raſengas de Spelta. Et habet ibi Curia omnia Banna & Follias.

Sorgnanum, quod detinet Frater Ambroſinus per conceſſionem Domni Papae, ſolvit pro Fodro III. Libras. Pro adjutorio Nativitatis XL. Solidos. Pro adjutorio Paſchae XX. Solidos. Et XXX. Raſengas inter frumentum & Speltam, & omnia Banna & Follias.

Caſtrum Pomontis, quod detinet Epiſcopus Aſiſinas occupatum, quod Caſtrum conceſſit Domnus Papa Neapolioni, ſolvit pro Fodro C. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis VI. Libras. Pro adjutorio Paſchae III. Libras. Et omnia Banna & Follias. Et Bladum ſecundùm temporis qualitatem.

Caſtrum Abboni, quod conceſſum eſt Domino Neapolioni per Domnum Papam, ſolvit pro Fodro XII. Libras. Pro adjutorio Nativitatis VI. Libras. Pro adjutorio Paſchae IV. Libras. Et LX. Raſengas frumenti, & LX. Speltae, & Banna omnia & Follias.

Caſtrum Limiſciani ſolvit pro Fodro VI. Libras. Pro adjutorio Nativitatis V. Libras. Pro adjutorio Paſchae III. Libras. Et L. Raſengas frumenti, & L. Raſengas Speltae, & Banna omnia, & Follias.

Caſtrum Gualdi Captaniorum ſolvit pro Fodro XV. Libras. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae VIII. Libras. Bladum non ſolvit. Banna & Follias, omnia ſolvere conſuevit. Sed nunc eſt ibi Rector Maſſaronus ſerviens Domni Papae de mandato Domni Papae, itaquod Curia habet tertiam partem tantùm.

Caſtrum Rodionis, quod eſt Nobilium Dominorum, qui ſunt ibi, ſolvunt homines, pro Fodro XL. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis III. Libras. Pro adjutorio Paſchae XXX. Solidos, & nihil aliud.

Caſtrum Gagloli, quod eſt Nobilium Dominorum, ſimiliter ſolvunt homines, pro Fodro XXX. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adjutorio Paſchae XX. Solidos, & nihil aliud.

Caſtrum Mevaniae ſolvit pro Fodro LXXX. Libras. Pro adjutorio Nativitatis. X. Libras. Pro adjutorio Paſchae V. Libras. Et tertiam partem Bannorum & Folliarum, de quibus quantitas eſt incerta.

Caſtrum Cocoroni ſolvit pro Fodro CVIII. Libras. Pro adjutorio Nativitatis XX. Libras, & quandoque XXV. Libras. Pro adjutorio Paſchae X. Libras. Et duas partes Bannorum, & Folliarum, de quibus quantitas eſt incerta.

Caſtrum Monteclae, quod eſt Dominorum Nobilium de Jano, ſolvit pro Fodro III. Libras. Pro adjutorio Nativitatis L. ſolidos. Pro adjutorio Paſchae XXX. Solidos, & nihil aliud.

Caſtrum Caſtagrolae, quod eſt ſimiliter Nobilium praedictorum, ſolvit pro Fodro XL. Libras. Pro adjutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adjutorio Paſchae XX. Solidos, & nihil aliud.

Caſtrum Jani ſolvit pro Fodro XV. Libras. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae VI. Libras. Et medietatem Bannorum & Folliarum, de quibus quantitas eſt incerta.

Caſtrum Mazani, quod detinet Frater Ambroſinus per conceſſionem Domni Papae, ſolvit pro Fodro IV. Libras. Pro adjutorio Nativitatis III. Libras. Pro adjutorio Paſchae XL. Solidos. Et XL. Coppas frumenti, & XL. Speltae, & omnia Banna & Follias.

Caſtrum Clarignani, quod eſt Nobilium Dominorum, ſolvunt homines, pro Fodro VI. Libras. Pro adjutorio Nativitatis IV. Libras. Pro adjutorio Paſchae XL. Solidos, & nihil aliud.

Caſtrum Muricis ſolvit pro Fodro XXV. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis XX. Solidos. Pro adjutorio Paſchae X. Solidos; & omnia Banna & Follias.

Normannia ſolvit pro Fodro L. Solidos. Pro adjutorio Nativitatis XXX. Solidos. Pro adjutorio Paſchae XX. Solidos. Et omnia Banna & Follias. Et Bladum ſecundùm temporis qualitatem.

Caſtrum Litaldi ſolvit pro Fodro XVIII. Libras. Pro adjutorio Nativitatis X. Libras. Pro adjutorio Paſchae V. Libras. Et omnia Banna & Follias. Et tres partes Paſſagii, quod eſt per annum XII. Librarum, & quandoque plus, quandoque minus.

A *Caſtrum Trevii ſolvit pro Fodro LXXX. Libras & plus. Pro adjutorio Nativitatis XX. Libras. Pro adjutorio Paſchae X. Libras. Et duas partes Bannorum & Folliarum. Et medietatem Paſſagii, quod venditur XXX. Libris per annum. In cujus diſtrictu Dominus Manens habet Villam Fractae, & alii homines ejus nihil Curiae ſerviunt* B *propter conceſſionem Domni Papae ſibi factam.*

In Civitate Fulginate habet Curia tertiam partem Bannorum & Folliarum. Et tertiam partem Paſſagii, quod venditur per annum XXVII. Libris pro parte Curiae.

Vallis Tupini ſolvit pro Fodro LX. Libras Ravennatum. Pro adjutorio Nativitatis C *XX. Libras. Pro adjutorio Paſchae X. Libras. Et omnia Banna & Follias, & totum Paſſagium. Sed Civitas Fulginenſis multos homines dictae Vallis detinet occupatos.*

Caſtrum Spelli ſolvit pro Fodro LXXX. Libras. Sed modò non ſolvit pro Literis Domni Papae, quas habuit. Et ſolvit pro adjutorio Natalis D *Decem Libras. Pro adjutorio Paſchae C. Solidos. Et tertiam partem Bannorum & Folliarum. Et medietatem Paſſagii, quod venditur per annum L. Libris. Quod Paſſagium detinet Dominus Corradus Munaldi de Mevania, per conceſſionem Domni Papae.*

In Civitate Aſſiſii habet Curia Paſſagium per medietatem, quod venditur E *per annum L. Libras.*

*Terra Arnulforum ſolvit pro Fodro LX. Libras. Pro adjutorio Nativitatis XVI. Libras. Pro Rocca ſecundùm qualitatem Villarum. Pro adjutorio Paſchae haedos. Et CCC. Coppas parvas * framenti, & totidem Speltae, ad Coppam conſuetam. Et omnia Banna, & Follias, & Paſſagia.*

Civi-

A *Civitas Interamnenſis, quam nunc detinet Dominus Camerarius ad manus ſuas, ſolvit pro Fodro CXX. Libras & duas partes Bannorum & Folliarum, & omnia Paſſagia.*

Caſtrum Colleſtath ſolvit pro Fodro XV. Libras. Pro adjutorio Nativitatis C. Solidos. Pro adjutorio Paſchae haedos & piper. Et quaelibet domus ipſius Caſtri unam Coppam Speltae, & B *unam gallinam.*

Abbatia de Ferentillo ſolvit pro reditu, quod debet, XL. Libras, & duas partes Bannorum & Folliarum: de quibus quantitas incerta.

Nobilis vir Dominus Petrus de Vico, pro Caſtris Civitatis Veteris & Bledae, debet Eccleſiae Romanae ſingulis annis X. Biſancios auri, videlicet C *pro quolibet Caſtro V. Biſancios. Et fuerunt dicta Caſtra conceſſa dicto Nobili tempore felicis recordationis Domni Clementis Papae IV. Anno Domini MCCLXVII. Quarto Kalendas Aprilis, Indictione X. Pontificatus Domni Clementis Papae IV. Anno III. Praedicta vero Caſtra poſita ſunt in Dioeceſi* D *Viterbienſi.*

„ Reditus Comitatus Narniae,
„ & Ameliae.

Caſtrum Sancti Gemini VI. Libras Lucenſium, & Collectoribus XX. Solidos.

Capitone L. Solidos, & Collectoribus E *VI. Solidos.*

Inſula L. Solidos, & Collectoribus VI. Solidos.

Perticana XL. Solidos, & Collectoribus VI. Solidos.

Coldiſcipuli V. Libras, & Collectoribus XV. Solidos.

Struncum V. Libras, & Collectoribus XV. Solidos.

Lecoppe XXX. Solidos, & Collectoribus IV. Solidos.

Balduinum XX. Solidos.

Fenocletu XXIV. Solidos.

Longula L. Solidos, & Collectoribus VI. Solidos.

Acuzo XXX. Solidos, & Collectoribus IV. Solidos.

Sanctus Urbanus XXIV. Solidos.

Caſtrum Vetus XII. Solidos.

Caſtrum Lage XXIII. Solidos.

Liteuri XXIII. Solidos.

La Fracta XLVI. Solidos.

Vitreolum IX. Libras.

Bulgaria XLV. Solidos.

Carui VI. Libras.

Albinianum III. Libras.

Teizanum XVIII. Solidos.

Boſoni X Solidos.

Confinge X. Solidos.

Marginata & Corbianum XL. Solidos.

Amelia XV. Libras, & Collectoribus XL. Solidos.

„ Reditus Sabinae.

De Malliano XXII. Libras Lucenſium, cum Caſtello Aſtriano.

De Flajano VI. Libras provenientium.

De Tarario VI. Libras provenientium.

De Sancto Polo VI. Libras provenientium.

De Mozzano VI. Libras provenientium.

De Poza VI. Libras provenientium.

De Collonero VI. Libras provenientium.

De Silice VI. Libras provenientium.

De Turre VI. Libras provenientium.

De Bacone VI. Libras provenientium.

De Cotanello VI. Libras provenientium.

De Monte VI. Libras provenientium.

De A'pra VI. Libras provenientium.

De Caſtello Donnu VI. Libras provenientium.

De Caprignano VI. Libras provenientium.

De Montecalvo VI. Libras provenientium.

De Caſtellone VI. Libras provenientium.

De Folla VI. Libras provenientium.

De Rocca VI. Libras provenientium.

De Catino III. Libras provenientium.

De Lucco III. Libras provenientium.

De Civitate Lori, quae eſt hodie Monte Aſule, XVIII. Libras provenientium.

De Marchillano X. Solidos Denariorum Papienſium.

Specimen dedi redituum ex Urbium & Caſtellorum tributis & vectigalibus provenientium. Praeter hoſce publicos, alii proventus peculiares erant Romanis Pontificibus ex concurſu totius Occidentis Chriſtiani ad Apoſtolicam Sedem, tum cauſsâ impetrandi Privilegia ac patrocinia, tum occaſione Appellationum & controverſiarum multiplicis generis. Sed & ex ipſis Baſilicis Romanis aliquid effluebat in Pontificum ſcrinia, uti intelliges e ſubſequenti Charta, quam e praelaudato Regeſto MSto Cencii Camerarii depromſi.

„ De proventibus, quos Dominus Papa recipit de Confeſſione Beati „ Petri, & Baſilicâ Sancta Sanctorum, circiter Annum 1220.

Haec ſunt, quae Dominus Papa eſt recepturus ab illis, qui emunt Confeſſionem beati Petri, ſecundùm tenorem praeteritorum ementium.

In primis, ſingulis ebdomadis viginti unam libram cerae.

In unoquoque Menſe unam Aquareciam olei, & unam Libram olibani. Sciendum, quod in Nativitate Domini & in Paſcha praedictae cerae duplicant quantitatem, & olibanum ſimiliter.

In die Sabbati de Albis decem Libras cerae pro Agnis.

In Purificatione Sanctae Mariae decem Libras cerae pro Candelis, & quatuor Denarios pro juncis Vaſtarariis.

In Annuntiatione tantumdem.

In Nativitate tantumdem.

In die Jovisſancti tres Denarios: pondus Balſami Camerario pro Chriſmate; & unam Aquariciam olei; & duodecim ampullas vitreas, ſex majores & ſex minores; & ſex Fannones.

Acolythi debent in Dominica Palmarum duos Solidos proviſinorum.

In unaquaque Statione, quando Dominus Papa vadit ad Sanctum Petrum, recipit XL. Solidos provenientium, & IV. Aquaricias Clareti, cum Camerario & Cancellario. Quando vadit ad Veſperum, debet habere par Facularum, II. Libras, & ad Miſſam II. Libras. Praeterea Calices, Cruces, Thuribula, Bacilia aurea, ſive argentea, & etiam omne aurum aliud & argentum laboratum, Camiſos, Amitos, Stolas, Manipulos, Corporalia, Supercalices, Manutergia de Alemannia, & Pallia, ſuper VI. Libras afforciatorum, quae ad Altare offeruntur.

Sicut etiam inveni in Scripto alio, debet habere a feſto Sancti Gregorii uſque ad Pentecoſten ſingulis diebus, XII. Denarios Papienſes, & Denarium pro implendis Fontibus apud Sanctum Johannem Lateranenſem.

In die Jovisſancti, & die Venerisſancti, Epiſcopus ſanctae Rufinae recipit jus, quod conſuevit habere: videlicet Arcam & Altare; ex quo pulſatur ad Matutinum, uſquedum finitur Officium; & ex quo pulſatur ad Miſſam uſque ad finem Miſſae. Salvo jure Cantorum, quod habent in Altari cum eodem Epiſcopo. In Sabbato Sancto, ex quo pulſatur ad Officium matutinale.

Baſilica, Sancta Sanctorum, recipit ſingulis Menſibus unam Aquariciam olei, & Libram unam cerae.

Eccleſia Sanctorum Quatuor unam Aquariciam olei, & IV. Libras cerae in die feſti eorumdem Sanctorum.

Eccleſia Sancti Clementis in feſto ejuſdem Sancti unam Aquariciam olei, & VI. Libras cerae, & Libram unam olibani.

Eccleſia Sancti Pancratii in feſto ſuo unam Aquariciam olei & IV. Libras cerae.

In Letaniis Majoribus, & in omnibus Stationibus, Diaconus Cardinalis X. Solidos provenientium.

Clericis Romanis in feſto Sancti Marci XXV. Libras bonorum provenientium, pro Presbyterio Crucium & Lectorum, & Lob.......

Omnibus Mithratis tam Cardinalibus, quàm extraneis, ſi adfuerint, XL. Solidos provenientium.

Virgariis X. Solidos provenientium.

Scholae Guidonis X. Solidos provenientium.

Scriniariis X. Solidos.

Eccleſia Sancti Andreae in Vaticano duas habet Aquaricias olei; & Clerici Sancti Petri, qui faciunt Officium, III. Solidos Denariorum Papienſium. Quando Sandalarii capiunt trabes beati Petri........

Innocentius autem III. Papa, ut eſt in ejus Vita §. 144. Tom. III. Rer. Italicarum pag. 567. *ab initio promotionis ſuae ad eleemoſynas deputavit univerſos proventus ad ſe pertinentes de oblationibus Baſilicae Sancti Petri.* Quoties verò Monaſteria, aliaeque Eccleſiae a juriſdictione Epiſcopi eximebantur per Romanos Pontifices, atque incipiebant eſſe immediate ſub jure Eccleſiae Romanae: tunc in ſignum hujuſce juris, protectionis & privilegii, jubebantur quotannis *Cenſum* aliquem perſolvere Camerae Pontificiae. Ejuſmodi verò penſiones, ſive Cenſus, non iidem ubique fuere; immo pro varietate regionum atque conſenſu contrahentium, diſſimiles, variique paſſim deprehenduntur. Quorum originem ſi petis, reſponſum iſtud habeto. In remotioribus etiam Seculis Monaſteria quaedam reperimus ita a Regibus, aliiſque Fidelibus inſtituta, ut ſub patrocinio Sanctae Romanae Eccleſiae forent; ſed rarò tunc Cenſus perſolvendi onus imponebatur. Farfenſi quidem Monaſterio Stephanus IV. Papa Anno DCCCXVII. (ut habetur Par. II. Tomi II. Rerum Italicar. pag. 370.) penſionem indixit decem Solidorum aureorum. Verùm id ille ſibi tribuit, non ratione patrocinii, ſed quòd ex *Patrimonio Sabinenſi*, ad Romanam Eccleſiam ſpectante, multa a praecedentibus Pontificibus collata fuerant Farfenſibus Monachis. Praeterquamquod brevi ſublata eſt penſio illa ſtudio Lotharii I. Auguſti. Ad haec ſcruteris velim alias Romanorum Pontificum Bullas in Bullario Caſinenſi a Margarino, atque in hoc ipſo Opere a me evulgatas, uſque ad tempora Gregorii VII. Papae: ac ferme nullam in iis commemorationem *Cenſus* invenies. Quod tamen ita dictum volo, non ut ad ea uſque tempora igno-

gnotum aut inuſitatum Cenſuum ejuſmodi morem ſtatuam, ſed ut moneam, per quam raro impoſitos fuiſſe Monaſteriis & Eccleſiis Apoſtolicae Sedis patrocinio fruentibus. Ipſe enim protuli in Diſſertatione XXXVII. *de Hoſpitalibus* Chartam Lucenſem, Anno Chriſti DCCXC. ſcriptam, in qua Jacobus Diaconus Monaſteriolum ſacrarum Virginum a fundamentis erexit *prope muro Civitatis*, praecipiens, *ut Abbatiſſa, quae ibidem in tempore fuerit, pro ſua, & ipſius Monaſterii protectione, per ſingulos annos reddere debeat in Eccleſia Sancti Petri in Romam ad luminaria in decem Solidos auro oleum, ſicut jam ante hoc tempus ego per Cartulam decrevi, & qualiter per ipſam Cartulam ego conſtitui, quam in Eccleſia Sancti Petri in Roma obtuli*. Infra idem fundator addit: *Si ipſum Monaſterium deſtitutum remanſerit, volo & taliter conſtituo, ut ſupraſcripta Eccleſia cum omnibus rebus ad eam pertinentibus deveniat in poteſtatem beati Sancti Petri in Roma, vel Pontifici, qui in tempore Papa ordinatus fuerit, in omnibus ordinandum & gubernandum, qualiter ei ſecundùm Deum recte paruerit*. Poſtrema haec appoſita videntur, ne Lucenſes Epiſcopi, & ne patroni ejuſdem Monaſterii, ſtabilitatem & progreſſum loci ſacri negligerent, metu inflicto ſucceſſurae in ejus loci ditionem Apoſtolicae Sedis. Et in agro quidem Lucenſi aliquot olim Monaſteria, Maſſas & Curtes, pleno jure ſpectaſſe ad Romanum Pontificem infra ex aliis monumentis liquebit. Perſpicuum verò eſt, annuam penſionem olei, denos Solidos aureos valentis, Abbatiſſae indictam fuiſſe *pro ſua & ipſius Monaſterii protectione*, quam videlicet inſtitutor ab Hadriano I. Papa impetrarat. Ita vetuſtiſſimum

A Bruniatenſe Monaſterium, quod poſtea Epiſcopatus evaſit, ſub ipſis Langobardis Regibus, ſubjectum fuiſſe videtur uni Romanae Eccleſiae, cui *Cenſum* quotannis perſolvebat *Denariorum octo, & Candelas duas*. Clariſſimi quoque Benedictini e Congregatione Sancti Mauri, Martene & Durand. in Theſaur. novo Anecdotor. Tom. I. pag. 170. Bullam Leo-
B nis IX. exhibent, per quam circiter Annum ML. Parthenoni Sanctorum Fabiani & Felicitatis in loco Andlow pago Heliſatia, privilegia Apoſtolicae Sedis confirmantur, eo onere conſtituto, ut Abbatiſſae *praeſtent nobis & Succeſſoribus noſtris annualiter tres pannos lineos, Pontificali uſui aptos*.
C Iidem quoque Monachi Tom. I. pag. 328. Veter. Scriptor. Privilegium a Papa Benedicto VII. pro Monaſterio Biſuldunenſi exaratum retulere, ſcriptum Anno DCCCCLXXVIII. Ibi jubentur Abbates *per ſingulos annos quinque Solidos perſolvere in cenſum Sancto Petro, & ſi minime annuatim venire non poſſunt, ad quartum annum*
D *viginti Solidos perſolvant*. Ita e Bulla Leonis VIII. Papae circiter Annum DCCCCLXIV. Tom. 4. Miſcellaneor. Baluzii agnoſcimus, Monaſterium Montis Majoris in Provincia Solidos IV. quotannis pro libertate impetrata perſolviſſe Apoſtolicae Sedi. Ita Lutrenſe Monaſterium Seculo VII. conditum, *decem Solidos*
E *argenti annis ſingulis pro Cenſu Romanae Eccleſiae* perſolvebat, ut habetur in Vita Sancti Deicoli Abbatis.

Cur verò, ut ajebam, rara hujuſmodi penſionum exempla ante Sanctum Gregorium VII. Papam in Privilegiis Apoſtolicae Sedis, & contra ſub illo, atque ſub ejus Succeſſoribus frequentiora occurrant, illa mihi cauſſa fuiſſe videtur. Scilicet mos fuit Cen-

Cenſum iis Monaſteriis & Eccleſiis imponere, quae prorſus in jure eſſent Romanae Eccleſiae, utpote eidem dono data a fundatoribus, aliiſve patronis, aut ab ipſis ſaepe Monachis. Monaſterium Biſuldunenſe ſupra memoratum Miro Epiſcopus Gerundenſis per paginam donationis Romanae Eccleſiae tradiderat, ut eſt in Bulla ipſa. Itaque uti Allodia alicui in emphyteuſim concedentes, praeſcribere ſolent Cenſum quotannis perſolvendum, in ſignum praeſertim directi dominii: ita & Monaſteria atque Eccleſiae, quae Allodiorum ad inſtar Romano Pontifici donata ad plenam ipſius poteſtatem ſpectabant, quoties alicui incolenda dimittebantur, Cenſus annui obligationem quodammodo pariebant. Charta nondum edita rem luculentius indicabit. Eam mihi ſuppeditavit Regeſtum Cencii praelaudati. Illa hunc titulum praeferebat: *Privilegium Sancti Ciriaci in Gerendoth Alberſtatenſis Dioeceſis.*

Fundatio Parthenonis Sanctae Mariae & Sancti Petri ejuſque donatio facta Romanae Eccleſiae a Gerone Marchione, Anno 903.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, temporibus Domni Johannis ſummi Pontificis, & univerſalis Duodecimi Papae, *Regnantibus Dominis ſereniſſimis ac piiſſimis* Imperatoribus Ottone, ejuſque aequivoco filio, *Anno Imperii ejus Secundo, & Regni filii ejus Tertio. Ego* Gero *divina diſpenſante gratia* Marchio *poſt acerbam mortem filiorum meorum Sigifridi & Geronis,* conſtruxi Monaſterium Puellarum, *in quo* Abbatiſſa Hathwiv *praeeſſe dinoſcitur, in honore* beatae Mariae *Genitricis Dei & Domini noſtri,* & beati Petri *Principis Apoſtolorum, cui Dominus poteſtatem contulit ligandi atque ſolvendi in caelo & in terra, ut ipſis dicata maneant in perpetuum, pro redemtione animae meae & filiorum meorum, qui de hac luce, juvenili flore comti migraverunt. Ob hoc enim longo poſt tempore, acceptâ licentiâ Imperatorum,* limina Apoſtolorum Petri & Pauli adii, & idem Monaſterium, cum omnibus pertinentiis ejus ubicumque poſitis, & annuali Cenſu, ditioni illorum in perpetuum ſubdidi, prius per Pontificalis Privilegii paginam, poſtmodum per Imperatorum meorum ſeriem Praecepti. *Nunc volo per iſtius mei Privilegii textum, ut nullus coheredum meorum poteſtatem habeat dominandi, vel de rebus eorum alienandi aut donandi. Sed volo atque conſtituo, ut omnia integra & illibata permaneant ſub jure beatorum Apoſtolorum,* quibus offero modo triginta Libras argenti, in praeſentia Domni Apoſtolici, pro Cenſu triginta annorum. *Completis verò triginta annis, Abbatiſſa, quae eidem Monaſterio praefuerit, annuatim* penſionem ſingularum Librarum *perſolvat. Quapropter humo proſtratus deprecor vos, duo magna luminaria, Petrum Paulumque, ut poſt funera carnis, animae meae Paradiſi januas aperiatis, & in futuro examine protectores ac defenſores mei ante Deum maneatis, quatenus poſt judicium merear vobiſcum luciſluis manſionibus perfrui, & ſine fine gaudere, annuente Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & gloriatur Deus per infinita Secula ſeculorum. Amen.*

Scriptum per manum Luzonis indigniſſimi Sacerdotis.


Idem factum fuit Anno Chriſti DCCCCLXXVIII. quum Lirinenſe Coenobium a Benedicto VII. Papa conceſſum Cluniacenſibus fuit, ut conſtat e Bullario Cluniacenſi. Et ſane nihil mirum, ſi obnoxia annuis penſionibus ejuſmodi Monaſteria deprehenduntur. At reliqua, utpote quae ſibi titulum tantummodo protectionis, & privilegia immunitatis, ab Apoſtolica Sede procurabant, annui Cenſus minime onus olim ſubibant; ſed tum ſolùm aliquo munere privilegium Pontificium rependebant, quum primùm impetrabant, atque identidem ubi a ſubſequentibus Papis confirmandum curabant. Leo IX. in Bulla Parthenoni Heſſae datâ, ſcribit, *ſe confirmationem ejus Privilegii gratis concedere pro Sanctorum debita veneratione, & parentum ſuorum inibi in Chriſto quieſcentium devotione*. Verùm ante Gregorii VII. electionem pauca numerabantur per Europam Coenobia & Eccleſiae, quae in patrimonio forent Camerae Pontificiae; ac proinde rari etiam fuere Cenſuum proventus. Gregorius ergo VII. quippe qui impiger & acerrimus ubique fuit in protegenda atque amplificanda dignitate Romanae Sedis, nulli etiam diligentiae pepercit ut quotquot poſſet Monaſteria & Eccleſias immunitatum atque honorum largitione, pertraheret ad annuam penſionem praeſtandam Lateranenſi Palatio, quod infra in Diſſertatione LXXI. *de Epiſcoporum potentia* oſtendam. Ergo praeter illa Monaſteria, quae hortante Gregorio eodem in plenum jus ceſſere Apoſtolicae Sedis, alia complura fuere, quae oblato Romanae Eccleſiae annuo Cenſu Libertatem ſibi conquiſierunt, hoc eſt, immunitatem ab Epiſcoporum jure, & uſum Mitrae, aliaque ornamenta Epiſcopalia impetrarunt. In Tom. I. Bullar. Caſinenſ. Conſtitut. VIII. Urbanus II. Anno MXCI. *Apoſtolicae memoriae praedeceſſoris ſui Gregorii VII. inſtitutis tenacius adhaerens, Cavenſe Coenobium Privilegio ſuo communivit*, atque illud *Romanae ſoli Eccleſiae ſubiectum* decrevit, ita ut ejus *ſubjectionis cauſsâ anno quolibet Abbas Romanae Sedi tres aureos Solidos exſolvat*. Mathildis quoque Comitiſſa Anno MCIV. ut inſigne Monaſterium Padolironenſe, ab Avo ſuo fundatum, protectione Apoſtolicae Sedis frueretur, ut eſt apud Bacchinium, ſtatuit, *ut Domno Apoſtolico beati Petri Vicario, vel ejus Miſſo, praedicti Coenobii Abbas vel ſuus Nuntius, per unumquemque annum tres Libras piperis infra Menſem Madium perſolvere ſtudeat, nullaque alia eidem Monaſterio ſuperimpoſitio fiat*. Pari modo Monaſterium ſacrarum Virginum Cremonae ſub titulo Sancti Johannis Evangeliſtae aedificarunt *Bernardus Comes, & uxor ejus Berta, & in manus Gregorii VII. Papae beato Petro, & ſanctae ejus Romanae Eccleſiae obtulerunt*. Proinde Urbanus idem Secundus in Privilegio conceſſo Giſlae Abbatiſſae ejuſdem Aſceterii Anno MXCVI. *ad judicium perceptae a Romana Eccleſia protectionis, per annos ſingulos Mediolanenſis monetae Denarios XII. Lateranenſi Palatio perſolvendos conſtituit*. Id conſtat ex ejus tabulis, quarum apographum ex Capitulo Canonicorum Cremonenſium olim deſcripſi, & heic evulgandum duco.

Urbani II. Papae Bulla, qua Monialibus Cremonenſibus Sanċti Johannis Evangeliſtae, omnia illarum jura confirmat. Anno 1096.

„ URbanus Epiſcopus, ſervus ſer- A
„ vorum Dei, dileċtae filiae
„ *Giſilae Abbatiſſae Monaſterii Sanċti*
„ *Johannis Evangeliſtae ſecus Cremo-*
„ *nam*, & poſt eam regulariter in
„ eodem loco ſubſtituendis in perpe-
„ tuum. Deſiderium, quod ad reli-
„ gioſum propoſitum, & animarum
„ ſalutem pertinere monſtratur, au-
„ ċtore Deo ſine aliqua eſt dilatione B
„ complendum. Tuis igitur, tuarum-
„ que Sororum votis Apoſtolicae be-
„ nignitatis aures paterno inclina-
„ mus affeċtu, & beati Joannis E-
„ vangeliſtae Monaſterium, cui au-
„ ċtore Deo praeſidere dinoſceris,
„ Romanae auċtoritatis privilegio
„ communimus. Quod videlicet Mo-
„ naſterium *Bernardus Comes, & u-* C
„ *xor ejus Berta*, ſumptibus ſuis ae-
„ dificaverunt, & *in manus reve-*
„ *rentiſſimae memoriae Gregorii Sep-*
„ *timi* praedeceſſoris noſtri, beato
„ *Petro, & ſanċtae ejus Romanae Ec-*
„ *cleſiae optulerunt*. Statuimus ergo,
„ ut quaecumque bona eidem Loco
„ per ſupradiċtos Comites, vel fide-
„ les quoslibet de ſuo jure oblata D
„ ſunt, vel in futurum largiente
„ Domino offerri contigerit, vobis
„ & iis, quae poſt vos ſucceſſurae
„ ſunt, firma ſemper, illibataque
„ permaneant. Decernimus ergo, ut
„ nulli omnino hominum liceat eun-
„ dem locum temere perturbare, aut
„ ei ſubditas poſſeſſiones auferre,
„ minuere, vel temerariis vexatio- E
„ nibus fatigare; ſed omnia integra
„ conſerventur earum, pro quarum
„ ſubſtentatione & gubernatione con-
„ ceſſa ſunt, uſibus omnimodis pro-
„ futura; ſalvâ canonicâ juſtitiâ Cre-
„ monenſis Epiſcopi, ſi quidem Ca-
„ tholicus fuerit, & communionem
„ & gratiam Apoſtolicae Sedis ha-
„ buerit. Cui tamen omnino non
„ liceat idem Monaſterium praegra-
„ vare, aut exaċtionem vel conſuetu-
„ dinem, quae libertati & quieti
„ Monaſticae noceat, Sororibus illic
„ viventibus irrogare. *Sane ad indi-*
„ *cium hujus perceptae a Romana Ec-*
„ *cleſia proteċtionis, per annos ſingulos*
„ *Mediolanenſis Monetae Denarios duo-*
„ *decim Lateranenſi Palatio perſolve-*
„ *tis*. Si quis igitur in craſtinum
„ Archiepiſcopus, aut Epiſcopus,
„ Imperator, aut Rex, Princeps,
„ aut Dux, Comes, Vicecomes, Ju-
„ dex, aut Eccleſiaſtica quaelibet,
„ Secularisve perſona, hanc noſtrae
„ conſtitutionis paginam ſciens, con-
„ tra eam temere venire temptave-
„ rint, ſecundo, tertiove commoni-
„ ta, ſi non ſatisfecerit emendatione
„ congruâ, poteſtatis, honoriſque ſui
„ dignitate careat, reamque ſe divi-
„ no judicio exiſtere de perpetrata
„ iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſ-
„ ſimo Corpore & Sanguine Dei &
„ Domini ac Redemptoris noſtri Je-
„ ſu Chriſti aliena fiat, atque in
„ extremo examine diſtriċtae ultioni
„ ſubjaceat. Cunċtis autem eidem lo-
„ co juſta ſervantibus ſit pax Domi-
„ ni noſtri Jeſu Chriſti, quatenus &
„ hic fruċtum bonae aċtionis perci-
„ piant, & apud diſtriċtum Judicem
„ praemia aeternae pacis inveniant.



Ego Urbanus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.



„ Datum Cremonae per manum Johannis ſanctae Romanae Eccleſiae Dia-„ coni Cardinalis XVII. Kalendas Novembris, Indictione V. Incarnationis Do-„ minicae Anno MXCVI. Pontificatus autem Domni Urbani Secundi Pa-„ pae Nono.

Eodem autem Saeculo XI. & ſubſequenti, aedificata fuere & alia loca ſacra, Apoſtolicae Sedis ditioni ſuppoſita a fundatoribus, adiectà propterea Monachis obligatione annui Cenſus Romanae Eccleſiae perſolvendi. Monaſterium Andegavenſe a Goffrido Martello Comite Andegavenſi fundatum, XII. Solidos quotannis debebat Eccleſiae Romanae. Obtulerat Sanctae Sedi Guido Comes ex celebri Guidonum Comitum ſtirpe A prognatus, fundum in Tuſcia, ſitum in Monte Bonizi, nunc *Poggibonzi*. Quum verò Senenſis Epiſcopus ibi Eccleſiam conſtruere cuperet, facultatem ab Hadriano IV. impetravit, conſtituto annuo Cenſu unius Byzantii. E geminis Pontificiis Bullis, quas Cl. V. olim Hubertus Benvoglientus deſcripſit ex Archivo Reformationum Senenſis patriae ſuae, B ejuſcemodi rem confirmatam intelliges.

Hadriani IV. Papae Bulla, qua Rainerio Senenſi Epiſcopo fundum in Monte Bonizi ad Eccleſiam aedificandam ſub annuo Cenſu concedit, Anno 1155.

„ ADrianus *Epiſcopus*, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri „ *Rainerio Senenſi Epiſcopo*, ejuſque „ Succeſſoribus canonice ſubſtituendis „ in perpetuum. Cum ex injuncto „ nobis a Deo ſummi Pontificatus „ officio, cunctis Chriſti fidelibus „ debeamus nos exhibere propitios, „ & ipſos in ſuis poſtulationibus e-„ xaudire, preſertim fratribus noſtris „ Epiſcopis oportet nos paterna ſol-„ licitudine providere, & eos in ipſa C „ operis exhibitione ampliori affectu „ diligere caritatis. Quocirca, vene-„ rabilis in Chriſto frater, Raineri „ Epiſcope, tuis juſtis poſtulationi-„ bus gratum impertientes affectum, „ fraternitati tue duximus conceden-„ dum, *ut in fundo, quod dilectus* „ *filius noſter nobilis vir Guido Comes* „ *in Monte Bonizi beato Petro, &* D „ *Nobis*, qui vicem ejus, licèt indi-„ gni gerimus, *dignoſcitur conceſſiſſe*, „ liceat tibi Eccleſiam conſtruere,

„ & con-

„ & conſtructam ſine contradictione A
„ aliqua conſecrare, Clericoſque in
„ ea juxta tue voluntatis arbitrium
„ ponere & libere ordinare. Sane
„ ut hec noſtra conceſſio majorem
„ in poſterum obtineat firmitatem,
„ auctoritatis noſtrae praeſidio ipſam
„ duximus confirmandam, & preſen-
„ tis ſcripti paginâ muniendam. Sta-
„ tuimus autem, ut quicumque de B
„ tua Dioeceſi ad locum illum tran-
„ ſierint, in omnibus ſpiritualibus
„ tibi tantum & Succeſſoribus tuis
„ debeant reſpondere, & eamdem,
„ quam prius, habeatis poteſtatem.
„ *Ceterum ad hujuſmodi noſtre conceſſio-*
„ *nis & confirmationis indιtium, unum*
„ *Byzantium nobis, noſtriſque ſucceſſo-*
„ *ribus annis ſingulis perſolvetis.* De- C
„ cernimus ergo, ut nulli omnino
„ hominum liceat hanc paginam no-
„ ſtre conceſſionis & confirmationis
„ auſu temerario infringere, vel ei
„ aliquatenus contraire. Si qua verò
„ in futurum Eccleſiaſtica, Seculari-
„ ſve perſona hoc attemptare pre-
„ ſumpſerit, ſecundò, tertiove com-
„ monita, niſi preſumptionem ſuam
„ congruâ ſatisfactione correxerit,
„ poteſtatis, honoriſque ſui dignitate
„ careat, reamque ſe Divino judicio
„ exiſtere de perpetrata iniquitate
„ cognoſcat, & a ſacratiſſimo Cor-
„ pore & ſanguine Dei & Domini
„ Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti a-
„ liena fiat, atque in extremo exa-
„ mine diſtricte ultioni ſubjaceat.
„ Servantibus autem ſit pax Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti, quatenus &
„ hic fructum bone actionis perci-
„ piat, & apud diſtrictum Judicem
„ premia eterne pacis inveniat. A-
„ men, Amen, Amen.



Ego *Adrianus Catholice Eccleſie Epiſcopus* ſubſcripſi.



† „ Ego Hubaldus Presbiter Cardinalis titulo Sanctе Pra-
„ xedis ſubſcripſi.
† „ Ego Manfredus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Sa-
„ vine ſubſcripſi.
† „ Ego Ubaldus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Cru-
„ cis in Hieruſalem ſubſcripſi.
✠ „ Ego Johannes Presbiter Cardinalis Sanctorum Johan-
„ nis & Pauli titulo Pammachii ſubſcripſi.
† „ Ego Johannes Presbiter Cardinalis titulo Sanctorum
„ Silveſtri & Martini ſubſcripſi.
† „ Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii
„ & Bacchi ſubſcripſi.

✠ „ Ego Bernardus Presbiter Cardinalis titulo Sancti Cle-
„ mentis ſubſcripſi.
✠ „ Gerardus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Via-
„ lata ſubſcripſi.

„ Data apud Civitatem Caſtellanam per manus Rolandi Sancte Romane „ Ecclesie Presbiteri Cardinalis & Cancellarii, XII. Kalendas Auguſti, Indi- „ ctione III. Incarnationis Dominice MCLV. Pontificatus verò Domni A- „ driani Pape Quarti Anno Primo.

Deſideratur Bulla plumbea.

Ejuſdem conceſſionis confirmatio facta Gunteramo Senenſi Epiſcopo ab Alexandro III. Summo Pontifice, Anno 1176.


„ ALexander *Epiſcopus* ſervus ſer- A
„ vorum Dei, dilecto filio
„ *Gunteramo Senenſi Electo*, ejuſque
„ ſucceſſoribus canonice ſubſtituen
„ dis in perpetuum. Communi &
„ ſpeciali debito tuis cogimur pe-
„ titionibus condeſcendere, & effe-
„ ctum congruum indulgere, ut qui
„ tenemur univerſos in ſuis juſtis
„ poſtulationibus exaudire, tanto ti- B
„ bi amplius videamur eſſe propitii,
„ quanto te, & Eccleſiam tibi com-
„ miſſam habundantiori diligimus ca-
„ ritate. Eapropter, dilecte in Do-
„ mino fili, tuis juſtis poſtulationi-
„ bus grato concurrentes aſſenſu, *Ec-*
„ *cleſiam in Monte Bonizi*, a bone me-
„ morie *Rainerio Predeceſſore tuo in*
„ *fundo videlicet, quod bone memorie* C
„ *quondam Comes Guido conceſſit beato*
„ *Petro*, & venerande recordationis
„ Predeceſſori noſtro *Adriano Pape*,
„ de ipſius Predeceſſoris noſtri aucto-
„ ritate, & conceſſione conſtructam,
„ de communi conſilio Fratrum no-
„ ſtrorum, tibi & Succeſſoribus tuis
„ concedimus & confirmamus. Dan-
„ tes vobis liberam facultatem, ſicut D
„ idem Predeceſſor noſter dediſſe di-
„ gnoſcitur, eandem Eccleſiam ſine
„ contradictione qualibet conſecran-
„ di, & in ea Clericos juxta veſtre
„ voluntatis arbitrium ponendi, &
„ libere ordinandi, non obſtante re-
„ tractatione, quam prefatus Prede-
„ deceſſor noſter ſuper hoc levi, &
„ vano errore ductus, eâ conſidera-
„ tione feciſſe dignoſcitur, quod lo-
„ cus ille in Epiſcopatu Florentino
„ conſiſtit, cum in Privilegio ipſius
„ Predeceſſoris noſtri contineatur,
„ fundum ipſum a memorato Comi-
„ te ſibi fuiſſe conceſſum, & ab eo-
„ dem Predeceſſore noſtro ad Eccle-
„ ſiam ibi conſtruendam *ſub annuo*
„ *Cenſu unius Biſantii*, tuo Predeceſ-
„ ſori collatum. Statuimus autem,
„ ſicut prefatus Predeceſſor noſter no-
„ ſcitur ſtatuiſſe, ut quicunque de
„ tua Dioeceſi ad locum illum tran-
„ ſierint, in omnibus ſpiritualibus ti-
„ bi tantùm & Succeſſoribus tuis de-
„ beant reſpondere, & vos eandem,
„ quam prius, habeatis in eis omni-
„ modam poteſtatem. *Ceterum ad hu-*
„ *jus noſtre conceſſionis & confirmatio-*
„ *nis inditium, unum Bizantium nobis,*
„ *noſtriſque Succeſſoribus annis ſingulis*
„ *perſolvetis*. Decernimus ergo, ut
„ nulli omnino hominum liceat, hanc
„ pa-

,, paginam noſtre conceſſionis & con-
,, firmationis infringere, vel ei aliqua-
,, tenus contraire. Si qua igitur in fu-
,, turum Eccleſiaſtica Saeculariſve per-
,, ſona hanc noſtre conceſſionis & con-
,, firmationis paginam ſciens, contra
,, eam temere venire temptaverit,
,, ſecundo, tertiove commonita, niſi
,, preſumptionem ſuam digna ſatisfa-
,, ctione correxerit, poteſtatis, ho-
,, noriſque ſui dignitate careat, ream-
,, que ſe Divino juditio exiſtere de

A

B

,, perpetrata iniquitate cognoſcat, &
,, a ſanctiſſimo Corpore & Sanguine
,, Dei & Domini Redemptoris no-
,, ſtri Jeſu Chiſti aliena fiat, atque
,, in extremo examine diſtricte ul-
,, tioni ſubjaceat. Cunctis autem ei-
,, dem Loco juſta ſervantibus ſit pax
,, Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua-
,, tenus & hic fructum bone actio-
,, nis percipiat, & apud diſtrictum
,, Judicem premia eterne pacis inve-
,, niat. Amen, Amen, Amen.



Ego *Alexander Catholice Ecclesie Epiſcopus* ſubſcripſi.



† ,, Ego Ubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
✠ ,, Ego Bernardus Portuenſis, & Sancte Rufine Epi-
,, ſcopus ſubſcripſi.
✠ ,, Ego Johannes Presbyter Cardinalis Sanctorum
,, Johannis & Pauli, titulo Pammachii, ſub-
,, ſcripſi.
† ,, Ego Willelmus Presbyter Cardinalis titulo Sancti
,, Petri ad Vincula ſubſcripſi.
† ,, Ego Boſo Presbyter Cardinalis Sancte Pudentia-
,, ne, titulo Paſtoris, ſubſcripſi.
† ,, Ego Johannes Presbyter Cardinalis titulo Sancti
,, Marci ſubſcripſi.
† ,, Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sancte Marie
,, in Coſmedin ſubſcripſi.
† ,, Ego Cinthius Diaconus Cardinalis Sancti Euſta-
,, chii juxta Templum Agrippe ſubſcripſi.
✠ ,, Ego Laborans Diaconus Cardinalis Sancte Ma-
,, rie in Porticu ſubſcripſi.
† ,, Ego Theodinus Presbyter Cardinalis Sancti Vita-
,, lis, titulo Veſtene, ſubſcripſi.
† ,, Ego Manfredus Presbyter Cardinalis titulo Sancte
,, Cecilie ſubſcripſi.

✠ „ Ego Petrus Presbiter Cardinalis Sancte Suſanne „ ſubſcripſi.

„ Data Anagni per manum Gratiani ſancte Romane Eccleſie Subdiaconi & „ Notarii, X. Kalendas Julii, Indictione VIII. Incarnationis Dominice Anno MCLXXVI. Pontificatus verò Domni Alexandri Pape Tertii Anno XVII.

Hiſce adtexo Calliſti II. Bullam, ex Archivo ampliſſimi viri Antonii Rambaldi Comitis de Collalto, intimi Conſiliarii Caeſarei, depromtam, A atque ſpectantem ad Monaſterium de Nerveſia, ab ejus olim Majoribus aedificatum, ac Sancto Petro oblatum.

Calliſti II. Papae Bulla, confirmantis Monaſterio S. Euſtachii de Nerveſia omnia illius jura & privilegia, Anno 1123.

CAliſtus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* Gerberto Abbati Sancti Euſtachii, *ejuſque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri auctoritate debitoque compellimur pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & quae recte ſtatuta ſunt, ſtabilire. Tuis igitur, Gerberte dilecte in Chriſto fili, precibus annuentes, Beati Euſtachii Monaſterium, cui Deo auctore praeſides*, quod ex dono Rambaldi Comitis, & Matris ejus Gislae beato Petro Apoſtolo oblatum eſt, tamquam juris noſtri Locum, *Romanae Eccleſiae patrocinio confovere, atque Apoſtolicae Sedis Privilegio decernimus communire. Univerſa ergo, quae ex ipſius Comitis & Matris ejus donatione, vel aliorum virorum largitione Locus idem juſte poſſidet, auctore Domino, confirmamus, omniaque pertinentia in Eccleſiis, in manſis, fundis, caſalibus, domibus, atque familiis, ſervis originalibus, ſimulque rebus, & poſſeſſionibus, & frugibus & actionibus, nec non aquis, molendinis, olivetis, vel quidquid in quibuſcumque locis habere vel tenere videtur. Quaecumque praeterea in futurum conceſſione* B *Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, praedictum Monaſterium poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat idem Monaſterium temere perturbare, aut aliquas ipſius res auferre, & oblatas retinere, minuere, vel temerariis auſibus impugnare;* C *ſed integra omnia conſerventur eorum, pro quorum regimine & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura . . . . Epiſcopalia a Terviſienſi accipietis Epiſcopo, ſi quidem gratiam & communionem Apoſtolicae Sedis habuerit, & ea gratis & ſine pravitate exhibere voluerit. Alioquin, a quocumque malueritis, Catholico ea ſu-* D *ſcipiatis Epiſcopo. Obeunte te verò ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutià ſeu violentià preponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, & beati Benedicti Regulam elegerit, a Romano Pontifice conſecrandum. Laicos verò, ſive* E *Clericos, ſecundùm beati Benedicti conſtitutionem, ad converſionem ſuſcipere licen-*

licentiam habeatis. Decimas fructuum veſtrorum, quos ſumptibus propriis, laboribuſve colligitis, vobis abſque alicujus Epiſcopi contradictione habendas cenſemus. Ad indicandum autem Romanae Eccleſiae jus proprietatis ſex Solidos Denariorum Venetorum annis ſingulis Lateranenſi Palatio perſolvetis. *Si quis igitur in poſterum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, Dux, Comes, Vicecomes, Marchio, aut Caſtaldio, ſeu quaelibet Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona, hanc noſtrae Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit &c.*

Scriptum per manum Gervaſii Scriniarii Regionarii, & Notarii ſacri Palatii.

Ego Caliſtus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus.

Datum Laterani per manum Ugonis Romanae Eccleſiae Subdiaconi, X. Kalendas Decembris, Indictione Prima, Incarnationis Dominicae Anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Caliſti Secundi Papae Anno Quarto.

A Sed neque deerant Monaſteria iis ipſis temporibus, quae quamvis pleno jure ad Apoſtolicam Sedem pertinebant, nullum tamen ei cenſum reddebant. In agro Aquilanae Civitatis, atque in Caſtello Luculi, viſitur adhuc Monaſterium nunc Abbati Seculari ſubjectum. Illuſtres Comites Marſorum, de quibus tam ſaepe mentio occurrit in Chronico Farfenſi, quod editum a me fuit Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. illud aedificarunt, atque ditarunt, jure patronatus ſibi reſervato. Tum illud Gregorio VII. Summo Pontifici, atque uni Romanae Sedi, Oderiſius Comes ſubjecit, nullâ tamen Cenſus reddendi commemoratione factâ. Hanc in rem prodeat Charta, in Archivo Epiſcopii Aquilani adſervata; quam ad me miſit Antiquitatum Aquilanarum ſtudioſiſſimus juvenis Antonius Antinorius Juriſconſultus.

B

C

Donatio Caſtelli Collimontis facta Petro Abbati S. Johannis de Ranſoniſſe ab Oderiſio Comite, Anno 1077.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ab Incarnatione ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti Anno MLXXVII. Menſe Madio, Indictione XV. Ego Oderiſius Comes, filius Berardi Comitis *ex natione Francorum, qui ſum habitator in Ducatu Spoletonio in territorio Furconenſi in Caſtello Colomonti, divina inſpirante clementia, bona & ſpontanea mea authoritate, pro amore Domini, & pro mercede & redemptione animae meae, & animae Gallae uxoris meae, & filiorum meorum Rainaldi & Berardi & Oderiſii, ut Dominus de peccatis noſtris habeat indulgentiam & merear audire vocem Domini dicentis:* D Venite, benedicti Patris mei: percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine Mundi; *propterea dono & trado atque concedo Monaſterio Sancti Johannis, quod ſitum eſt in loco Ranſoniſſe nominatur, & prope Caſtellum de Colomonte, in manu* Domni Petri Abbatis, *& totius Congregationis, aliquid de rebus proprietatis meae, quod* E *habeo in pertinentia ſupradicta dicti Caſtelli: hoc eſt, terras, vineas, arbores, quae circa ipſum Monaſterium jacent ex integro, & quicquid intra iſtos fines pertinet; ex uno latere via de Caſtagneto, & ex alia Valle Luparia, de tertio latere terra de Furconinis,*

ninis, de quarto latere fonte Vicalporti, eſt, ut arbitror, menſura mille modiorum, & ſi plus, in ipſa Cartula permaneat in integro . . . . . . Et confirmamus homines ipſos, quos pro nunc ibidem dederamus, Alde filium Rainonis, & Johannem filium Gelarni, & filios Cartolſi. Et damus Actium filium Petri, & filios Ber . . . . . . & Dodozoppum, & Geophto filium Agonis, Loditeum filium Ardini, & nepotes ejus, cum caſis, terris, & vineis, & arboribus tam in montibus, quàm in planibus, ubicumque eis pertinent, & omnia ipſa debita & ſervitia, ſicut mihi, & meis heredibus fecerimus, vel facere debuerimus, ſic omnia abſque ulla reſervatione donavimus, ad habendum, & tenendum, & perpetualiter poſſidendum, & libero arbitrio perfruendum. Et hoc repromitto & obligo me, meoſque heredes tibi Presbitero Abbati, tuiſque Succeſſoribus, quod ſi aliquocumque tempore de ipſis ſupraſcriptis rebus aliquo modo cauſare, aut aliquid retollere aut minuere aut immutare, aut foras ejicere preſumpſerimus, aut ab homine anteſtare & defendere non potuerimus, aut ſi non voluerimus, de noſtris propriis & melioribus rebus reſtaurabimus ſub extimatione bonorum omnium, quales in illa die apparuerint, quando exinde cauſare videbitur. Similiter quod quidquid aliquis de fidelibus noſtris de haereditate ſua, aut aliqua juſta acquiſitione pro elemoſina ſua ibi dedere, vel in alia dederit, noſtra auctoritate firmum, & ſtabile permaneat. Illud pariter addentes, ut hoc Monaſterium ſemper liberum ſit, & abſque aliquo tributo: *neque alicui perſonae, poteſtati, & Eccleſiae, vel Seculari, ibi deinceps aliquod jus ullo modo concedatur, ſed ſemper ſub regimine & evictione Romanorum Pontificum conſiſtat.* Soli enim Romanae Eccleſiae Pontifici hoc Monaſterium, noſtris propriis rebus donatum, ut dictum eſt, ad defendendum, regendum committimus. *Si quis verò aliquid de his omnibus quolibet modo ſine voluntate Abbatum, vel Monacorum, ſibi uſurpare praeſumpſerit, nec cum feſtinatione emendare ſtuderet, iram Dei incurrat. Pro ſtabilitate autem, & firmitate & ſecuritate & memoria futurorum temporum, haec omnia de Donatione Judicem & Notarium ſcribere rogavimus.*

Actum in Furcone, Menſe & Indictione feliciter.

Ego Oderiſius Comes *hanc Cartam ſcribere rogavi, manu mea ſignavi, & ſignum ✠ Crucis feci.*

Ego Iirele de hac re rogatus teſtis manu mea ſignavi, & ſignum ✠ Crucis feci.

Damerius rogatus teſtis, manu mea ſignavi, & ſignum ✠ Crucis feci.

Ego Cartone ibi fui teſtis, manu mea ſignavi, & ſignum ✠ Crucis feci.

Ego Dodo rogatus a praedicto Comite Odoriſio ſcripſi, clauſi, & reddidi ✠. Omnes qui legitis, rogo, Dominum pro me oretis.


Eſt & mihi Bulla Lucii II. Papae, ex Archivo Eſtenſi deſcripta, in qua Monaſterium Sanctae Mariae de Caſtellione, ab Adalberto Eſtenſi Marchione fundatum, ut oſtendi Cap. 12. Antiquitat. Eſtenſium, dicitur *Beati Petri juris exiſtere;* & nullum tamen ibi indicium penſionis perſolvendae occurrit.

Lucii


Lucii II. Papae Bulla confirmatoria omnium jurium ac Privilegiorum Monaſterii Sanctae Mariae de Caſtellione, Anno 1144.

A LUcius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Alberto Abbati Monaſterii Sancte Marie de Caſtellione, *ejuſque Fratribus tam preſentibus quam futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium, quod ad Religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatum* Monaſterium, quod Beati Petri juris exiſtit, *in quo divino mancipati eſtis obſequio, in ejuſdem Apoſtolorum Principis jus, pretectionemque ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſive aliis juſtis modis, praeſtante Deo poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec ſuis duximus exprimenda vocabulis:* Eccleſiam Sancti Salvatoris de Baſilica Ducis, *cum omnibus ſuis pertinentiis:* Eccleſiam Sancti Remigii de Palude: Eccleſiam Sancti Euſebii de Gavi: *Cellam Sancti Benedicti de Guaſto, cum omnibus ſuis pertinentiis:* Eccleſiam Sancte Marie de Karitate, *que in Mantuano ſuburbio ſita eſt:* Eccleſiam de Caſtello . . . . . Eccleſiam de Taſajalo: *Quicquid poſſidetis in* Comitatu Lunenſi, & Januenſi, *in* Comitatu Mutinenſi, *in loco ſcilicet, qui dicitur Solaria, & Herbaria, & in Abbatia Sanctae Mariae de Corſica, que appellatur Plaidelii, cum omnibus ſuis pertinentiis, & in Curte, que vocatur Marca Regia, in Curte de Rupta, Caſtello Novo, Caſale-Albini, & Sancto Andrea. Obeunte verò te nunc ejuſdem Loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur,* B *niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & beati Benedicti Regulam elegerint. Electus verò a Romano Pontifice benedicatur. Criſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Monachorum, ſeu Canonicorum veſtrorum, qui ad ſacros Ordines fue-* C *rint promovendi, a quibus malueritis, Catholicis accipiatis Epiſcopis. Miſſas ſane publicas in eodem Monaſterio celebrari, aut Stationem, aut Synodum, vel Ordinationem aliquam, preter Abbatis voluntatem ab Epiſcopo quolibet fieri prohibemus; ſicque ab omni jugo, ſeu ditione cujuſcumque perſone veſtrum Cenobium liberum permanere ſan-* D *cimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum prorſus, pro quorum regimine & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ in omnibus Apo-* E *ſtolice Sedis auctoritate. Si quā igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona hanc noſtre confirmationis paginam ſciens, contra eam temerario auſu venire temptaverit, ſecundo tertiove commoni-*

monita, non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque re divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & hic bone actionis fructum percipiat, & apud diſtrictum Judicem premia eternae pacis inveniat. Amen, Amen, Amen.



Ego Lucius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi.*



✠ *Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego . . . .*

✠ *Ego Guido Presbyter Cardinalis titulo Sancti Griſogoni ſubſcripſi.*

✠ *Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Thomas Presbyter Cardinalis titulo Veſtinae ſubſcripſi.*

✠ *Ego P. . . . . . . manus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Manfredus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Savinae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aribertus Presbyter Cardinalis Sanctae Anaſtaſiae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.*

✠ *Ego Wido Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmae & Damiani ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sancti Adriani ſubſcripſi.*

✠ *Ego Johannes Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae-Novae ſubſcripſi.*

Datum Laterani per manum Baronis Capellani & Scriptoris, VI. Idus Maji, Indictione VII. Incarnationis Dominicae Anno MCXLIIII. Pontificatus Domni Pape Lucii Anno Primo.

Pendet chordula ſine Sigillo plumbeo.

Ita

Ita Carpenſis Civitatis, Sereniſſimis Ateſtinis Ducibus ſubjectae, Eccleſia, quamquam a vetuſtis Seculis propria Dioeceſi donata, & adhuc ab una Apoſtolica Sede *jure proprie-* A *tatis* (ſalvo tamen jure patronatus eorumdem Principum) pendens, nullo penſionis onere gravata fuit, uti ſubſequens Bulla oſtendet, ex ipſo Eſtenſi Archivo depromta.

Bulla Calliſti II. Papae, qua Frederico Archipresbytero & Canonicis Carpenſibus jura omnia ac Privilegia illorum confirmat, Anno 1123.

CAlixtus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilecto Filio* Federico Archipresbytero, *& ceteris Canonicis Plebis* Sanctae *Dei Genitricis* Virginis Mariae, *que* in Pago Carpenſi *ſita eſt, eorumque Succeſſoribus in perpetuum. Commiſſa nobis Apoſtolice Sedis auctoritate debitoque compellimur, pro univerſarum Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum maxime quieti, que ſpecialius eidem Sedi adherent, &* tamquam jure proprio ſubjecte ſunt, *auxiliante Domino providere.* Aſtulphus *ſiquidem* Longobardorum Rex *in Regni ſui Pago, quod Carpum dicitur, Beate Marie ſemper Virginis Eccleſiam conſtruxiſſe dignoſcitur, quam ut a vicinorum Epiſcoporum, in quorum confiniis idem Pagus erat, contentionibus & moleſtiis omnino liberam redderet, quaſdam de predicta Curte poſſeſſiones in locis convenientibus utrique dedit, & Mutine quidem juxta Eccleſiam Sancti Thome, Regino verò juxta Eccleſiam Sancti Apolinaris. Super hec* Eccleſiam illam in jure ſemper Sedis Apoſtolice permanere conſtituit, & libertatem ex Stephani Pape Privilegio acquiſivit. *Quam videlicet libertatem Predeceſſores noſtri ſupradicte Carpenſi Eccleſie uſque ad noſtra tempora ſervaverunt. Et nos ergo eamdem libertatem predicte Eccleſie per Dei gratiam conſervandam ſtatuimus,* ut nulli Epiſcopo, *vel* nulli omnino Eccleſiaſtice B Secularive perſone eadem Eccleſia ſubjecta ſit, niſi tantùm Apoſtolice Sedi, ad quam, *ut predictum eſt,* jure proprietatis, & tutela defenſionis ſpecialiter pertinere cognoſcitur. *Decimas quoque Carpenſis territorii abſque ulla diviſione ſive diminutione, vobis, veſtriſque Succeſſoribus firmas perpetuo munere ſancimus, ſicut eas Praedeceſſo-* C *rum noſtrorum Apoſtolice memorie* Gregorii VII. & Urbani, & Paſcalis II. *atque aliorum conceſſione hactenus habuiſtis, ita ut de predictis Decimis nulli alicui poſſidere, vel ab aliquo accipere, niſi de conſenſu & permiſſione Plebis, liceat. De Chriſmate, & Oleo Sancto atque Ordinatione veſtra, ſive Conſecrationibus Eccleſiarum, a quocum-* D *que velitis Epiſcopo Catholico, accipiendis licentiam vobis liberam indulgemus, ſicut a prefatis Pontificibus conſtat fuiſſe conceſſam. Capellas autem, que ad jus veſtre Eccleſie pertinere noſcuntur, ideſt S. Martini, S. Laurentii, S. Nicolai, abſque ullius moleſtia perpetuo vobis veſtriſque Succeſſoribus per omnia ſtabilitas eſſe cenſemus. Atque infra* E *terminos veſtre Parochie nullam Eccleſiam, niſi per veſtram licentiam, & vobis ſubjectam, aedificari precipimus. Infra eoſdem quoque terminos Prepoſito Plebis Clericos ordinare permittimus, ad cujus providentiam & diſpoſitionem tam ordinationes & promotiones Clericorum, qui infra eamdem Parochiam*

ordinandi vel promovendi ſunt, quam etiam prelationes eorum, qui in ſubditis Eccleſiis proficiendi ſunt, pertinebunt. De criminalibus etiam intra ſupradictos terminos penitentias dare, & reconciliationem facere vobis concedimus. Preterea per preſentis decreti paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecumque predia ſive poſſeſſiones eadem Eccleſia juſte poſſidet, ſive in futurum, conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione Fidelium, juſte atque canonice poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem Eccleſiam temere perturbare, aut a veſtra Congregatione actiones, vel exennium aliquod exigere, vel res veſtras in beneficium cuiquam dare, aut poſſeſſiones ejuſdem Eccleſie auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, veſtris veſtrorumque Succeſſorum uſibus omnimodis profutura. Sane ſi quis deinceps Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Prepoſitus, vel Abbas, Imperator, aut Rex, Marchio, vel Dux, vel Comes, Vicecomes, Judex, aut Gaſtaldio, ſeu quelibet Eccleſiaſtica vel Secularis perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem ejuſdem Eccleſie juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hìc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Calliſtus Catholice Eccleſie Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Datum Laterani per manum Hugonis Sancte Romane Eccleſie Subdiaconi, IV. Idus Februarii, Indictione Prima. Incarnationis Dominice Anno MCXXIII. Pontificatus autem Domni Calliſti II. Pape Anno Quinto.

Contra etſi celebre Pompoſianum Monaſterium protectionis Apoſtolicae tantùm dono frueretur, tres argenteos Solidos perſolvebat, uti ex archetypo exiſtente in Archivo ſupra laudato nunc patebit.

Bulla Calliſti II. Papae, confimantis omnia bona & Privilegia Monaſterio Sanctae Mariae de Pompoſia, Anno 1124.

,, C*Alixtus Epiſcopus,* ſervus ſervorum Dei, dilecto filio *Aurelio Abbati Monaſterii Sancte Marie, quod in Inſula Pompoſia* ſitum eſt, ejuſque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Equitatis & juſtitie ratio perſuadet, nos Eccleſiis perpetuam rerum ſuarum firmitatem, & vigoris inconcuſſi munimenta conferre. Non enim convenit Chriſti ſervos, divino famulatui deditos perverſis pravorum hominum moleſtiis agitari, & temerariis quorumlibet vexationibus fatigari. Similiter & predia uſibus celeſtium ſecretorum dicata nullas potentium angarias, nichil debent extraordinarium ſuſtinere.

„ ſtinere. Cum ergo communis om-
„ nium Eccleſiarum cura nobis con-
„ ceſſa ſit, tuis, dilecte in Chriſto
„ Aureli Abbas, poſtulationibus an-
„ nuentes, & beatae & glorioſae
„ ſemper Virginis Dei Genitricis Ma-
„ riae, Pompoſianum Monaſterium,
„ cui Deo auctore praeſides, prote-
„ ctione Sedis Apoſtolicae munien-
„ tes, poſſeſſiones & bona, quae
„ vel a ſancta Romana Eccleſia,
„ vel aliunde legitime poſſidet, con-
„ firmamus. Videlicet Maſſacellam
„ integram, quae vocatur Matera-
„ ria: & Maſſam, quae vocatur
„ Maſculi, integram: Fundum inte-
„ grum, qui vocatur Caſale Publi-
„ cum: Maſſam, quae vocatur Ne-
„ poti: Et in Maſſa, quae vocatur
„ Caputbovis, terram & vineas, ſi-
„ cuti modò vos habetis & tenetis
„ jure beati Petri Apoſtoli. Necnon
„ & ripam fluminis Alemonis ex
„ utriſque partibus juxta Maſſam,
„ quae vocatur Prata, extendente
„ ipſa ripa ab Agaziolo uſque ad
„ Campum Bedulli. Terram & vi-
„ neam juxta muros Civitatis Ra-
„ vennae, cum Turre Umbratica in
„ integrum, a Poſterula Auguſti uſque
„ ad Portam Taurenſem. Ortum
„ unum integrum in loco Pontis
„ Calciati in regione Sancti An-
„ dreae, a duobus lateribus jure ip-
„ ſius Sancti, a reliquis duobus Via
„ publica. Lacum, qui vocatur San-
„ ctus, cum omnibus rebus & per-
„ tinentiis ſuis, cum Plebe & Ca-
„ pellis ac Titulis ipſius, ideſt San-
„ ctae Mariae, Sancti Martini, San-
„ cti Petri, & Sancti Venantii,
„ cum Decimis & Primitiis, cum
„ Piſcaria, quae vocatur Tidini, &
„ Foſſa Archipresbyteri, & Piſca-
„ ria, quae vocatur Falci, cum lo-
„ co, qui dicitur Monticellus Laci-
„ ficus, cum ripis fluminis Padi &
„ Gauri ex utriſque partibus uſque
„ ad mare; & a loco Concae Aga-
„ thae ex una parte uſque ad mare,
„ cum loco integro, qui dicitur
„ Maſinzatica inter affines de toto
„ loco ac territorio Maſſae, quae
„ vocatur Lacus Sanctus; ab uno
„ latere Foſſa Molendini de Volta
„ Latercli deſcendente in Aquiliolo,
„ & a Fluvio Triba uſque in Eliam,
„ & per paludem uſque in mediam
„ Curbam, & ultra Curbam uſque
„ Padum, & ultra Padum uſque ad
„ Gazium Epiſcopi ſanctae Coma-
„ clienſis Eccleſiae, inde uſque flu-
„ vium, qui vocatur Ceſi; ab alio
„ latere Curlus deſcendens in Con-
„ cam Agatulae, & per ipſam in
„ Gaurum; a tertio latere Palus,
„ quae pergit inter rivum Angeli &
„ Maſinzaticam uſque Monticellum
„ & Vedetoſam currentem in Pa-
„ dum; a quarto latere Vaculinus
„ & Ager Malus & Callis de Vin-
„ careto pergente in Laterclum. In-
„ ſuper concedimus vobis Piſcariam
„ integram, quae vocatur Volana,
„ cum Rivo Badereno, & Gavelana
„ Majore ad ipſam Piſcariam perti-
„ nente, cum Porticellis ex utriſque
„ partibus, ſicut olim intraverunt
„ in mare, eidem ſimiliter pertinen-
„ tes. Haec nimirum omnia tibi,
„ tuiſque legitimis Succeſſoribus &
„ Fratribus religioſe viventibus, per-
„ petuo habenda concedimus, ita
„ ſane, *ut a vobis ſingulis quibuſque*
„ *annis penſionis nomine tres argentei*
„ *Solidi, difficultate poſtpoſitâ, ſanctae*
„ *noſtrae Romanae Eccleſiae Actionariis*
„ *perſolvantur*. Quaecumque autem
„ Romanorum Pontificum, ſeu alio-
„ rum Epiſcoporum conceſſione, Prin-
„ cipum liberalitate, vel fidelium
„ oblatione, juſte atque canonice po-
„ teris

,, teris adipiſci, firma tibi tuiſque A
,, Succeſſoribus & illibata perma-
,, neant. Ad haec adjicientes decerni-
,, mus, ut nulli Archiepiſcopo, nul-
,, li Epiſcopo liceat Monaſterio ve-
,, ſtro gravamen inferre, nec in ipſo,
,, aut ejus rebus poteſtatem exerce-
,, re. Nulli autem hominum facultas
,, ſit preter Abbatis & Fratrum Mo-
,, naſterii voluntatem, colonos ſeu B
,, villanos, famulos aut famulas ad
,, ipſum Monaſterium pertinentes,
,, aut de Cellis, Villis, Caſtris,
,, aut Plebibus, fodrum extorquere,
,, aut alias exactiones inferre: *ſed*
,, *ſemper Apoſtolicae Sedis tuitione fo-*
,, *veamini, & ſi neceſſe fuerit, au-*
,, *dientiâ conſervemini*, ſalvâ in om-
,, nibus ejuſdem Apoſtolicae Sedis C
,, auctoritate. Chriſma & Oleum
,, Sanctum a Comacleinſi accipietis
,, Epiſcopo, ſi Catholicus fuerit, &
,, ſine pravitatis exactione gratis vo-
,, bis dare voluerit. Sin autem pro
,, eiſdem Sacramentis accipiendis, ad
,, quemcumque malueritis, Catholi-
,, cum Epiſcopum recurratis. Bene-
,, dictionem quoque Abbatis, Mo- D
,, nachorum veſtrorum ordinationes,
,, & conſecrationes Altarium Mo-
,, naſterii veſtri, & eorum, qui in
,, Maſſa Lacuſſancti ſunt, a quo vo-
,, lueritis, Catholico Epiſcopo ſuſci-
,, pere licentiam habeatis, qui Apo-
,, ſtolicae Sedis fultus auctoritate,
,, quod poſtulatur, indulgeat. Man-
,, ſuro etiam decreto ſtatuimus, ut
,, neque tu, neque aliquis Succeſſo-
,, rum tuorum, ad cujuslibet Epi-
,, ſcopi Synodum pergere compella-
,, tur, niſi a Romano Pontifice, vel
,, Legato ejus fuerit invitatus. Si
,, qua ergo in futurum Eccleſiaſtica
,, vel Secularis perſona, hanc no-
,, ſtrae Conſtitutionis paginam ſciens,
,, contra eam temere venire tempta-
,, verit, ſecundo, tertiove commoni-
,, ta, ſi non ſatisfactione congrua e-
,, mendaverit, poteſtatis, honoriſque
,, ſui dignitate careat, reamque ſe
,, divino judicio exiſtere de perpetra-
,, ta iniquitate cognoſcat, & a ſacra-
,, tiſſimo Corpore & Sanguine Dei
,, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu
,, Chriſti aliena fiat, atque in extre-
,, mo examine diſtrictae ultioni ſubja-
,, ceat. Cunctis autem eidem Loco
,, juſta ſervantibus ſit pax Domini
,, noſtri Jeſu Chriſti, quatenus &
,, hic fructum bonae actionis perci-
,, piant, & apud diſtrictum Judicem
,, premia aeternae pacis inveniant,
,, Amen, Amen, Amen.




Ego *Calixtus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus*. Bene Valete.

,, Datum

„ Datum Laterani per manum AIMERICI ſanctae Romanae Eccleſiae Diaco-
„ ni Cardinalis & Cancellarii, XVII. Kalendas Novembris, Indictione
„ III. Incarnationis Dominicae Anno MCXXIIII. Pontificatus verò Dom-
„ ni Calixti Secundi Papae Anno VI.

Pendet haec Bulla plumbea.



Sed & praeter Monaſteria ſimplices etiam Eccleſiae, ſive ſacrae Aedes, olim numerabantur, & quidem non paucae, quae *ſalvâ Epiſcopi Catholici reverentiâ*, hoc eſt intacto jure Epiſcopi in conſecratione Clericorum, Altarium, & Eccleſiarum, & Sacramentorum uſu, in temporalibus ſubjiciebantur uni Apoſtolicae Sedi, ac pro ejuſmodi Privilegio ad annuum eidem Cenſum reddendum obligabantur. Vide Landulphum juniorem Cap. 8. Hiſtoriae a me editae Tom. V. Rer. Italicar. pag. 479. a quo Bulla Urbani II. Papae refertur pro Eccleſia Sanctae Trinitatis, quam Liprandus Presbyter intra Mediolanenſem Urbem condidit *in proprio ſuo allodio, ipſamque beato Petro obtulit*. Ibi haec verba leguntur: *Ad indicium autem hujus perceptae libertatis a Romanâ Eccleſiâ, Mediolanenſis monetae nummos ſex quatuor annis* (ſcribe *quotannis*) *Lateranenſi Palatio perſolvetis*. Hujuſce Eccleſiae mentionem infra habes in Regeſto Cencii Camerarii mihi edendo. Neque heic ſtetit, ut alibi vidimus, diligentia

A Gregorii VII. Papae, aliorumque Romanorum Pontificum ante ipſum, & poſt ipſum. Operam ii dedere, ut ipſi Chriſtianorum Reges ſeu Regna Apoſtolicae Sedi etiam in temporalibus ſubjicerent, atque inde tributum colligeretur, ſingulis annis Eccleſiae Romanae reddendum. At quandoquidem de hoc infra agam in
B Diſſertatione LXXI. *de Epiſcoporum potentia*, heic multum non inſiſtam. Clariſſimus quidem Thomaſſinus Tom. III. Lib. I. Cap. 22. de Beneficiis, emollire nititur haſce Regnorum oblationes, Sancto Petro factas. Verùm antiqui Pontifices contendebant, Regna ſic oblata in jure eſſe Sancti Petri, & *propria Romanae Eccleſiae*,
C uſque adeo ut annuam penſionem, uti cenſum a fiduciariis debitum, exigerent. Non me fugit exempli gratiâ Anglos appellaſſe *Eleemoſynam* Denarium, quem *Sancti Petri* nuncupabant. Eamque in rem ecce quae ſcripta legi in antiquiſſimo MSto Regeſto praelaudati Cencii Camerarii, de quo infra ſermo erit.

De

De quadam Lege in Anglia vocata Donelaye, *& loquitur de Denario beati Petri.*

A *HOc eſt ſcriptum, quod Magiſter Synitius Camerae Domini Papae Clericus, Nuntius Apoſtolicae Sedis in Anglia, ad Curiam aſportavit.*

Incipit Lex, quae Angliae Danelaye vocata eſt, Latine verè Lex Dacorum eſt interpretata, ab invictiſſimo & glorioſo Rege Anglorum, Dacorum, Noragenorum, Suenonum, Kennutio
B *inſtituta, & diligenter cuſtodita conſilio Principum ſuorum & Sapientum.*

Omnis, qui habet XXX. denariatas vivae pecuniae in domo ſua, de ſuo proprio, Anglorum Lege dabit Denarium Sancti Petri, *& Lege Danorum dimidiam Marcatam.* Iſte verò Denarius debet ſummoveri in ſolemnitate Apoſtolorum Petri & Pauli, & colligi
C ante feſtivitatem, quae dicitur ad Vincula, ita ut ultra illum diem non detineatur. *Si quiſquam detinuerit, ad juſtitiam Regis deferatur, quoniam* Denarius hic Eleemoſina Regis eſt. *Juſtitia verò ejus faciet Denarium reddere, & foriſfacturam Epiſcopi & Regis. Quod ſi plures domos habuerit, de illa, ubi reſidens fuerit,* in feſto
D Apoſtolorum Petri & Pauli Denarium reddat.

Item alibi in eodem Libro.

Pecunia autem Sancti Petri, *quam Anglici* Romaſchot *vocant,* ſit perſoluta in feſto Sancti Petri in principio Auguſti Menſis. *Et qui non eo*
E *die perſolverit, etiamſi eſt unus Denarius, qui dare eum debuit, & non dedit, accipiat eumdem, & inſuper XXX. Denarios & portet Romae. Et quum dederit tale ſignum ſecum reportet, ut certum ſit, quod Romae fuerit, & beato Petro ibi triginta & unum Denarium, ſicut ſtatutum eſt, perſolverit. Quum autem reverſus fuerit domum, perſolvat Regi ſexaginta Solidos. Si verò idem ſecundò retinuerit, ſimiliter omnino faciat. Tertiò autem ſi retinuerit, auferantur ei omnia bona ſua..*

Annaliſta Saxo ab Eccardo editus originem ejuſmodi Cenſus ad Annum DCCXC. refert. Alanus enim Rex, Nortmannis Britanniam infeſtantibus, *coadunatâ omni Britanniâ, vovenſque, ſi per divinam virtutem vinceret, decimas bonorum omnium Britanniae Deo & Sancto Petro Romam deſtinare, tantâ ſtrage hoſtes proelio fudit, ut ex quindecim millibus vix quadringenti ad claſſem refugerent.* Quare ſuſpecta mihi eſt auctoritas Polydori Virgilii recentis plane Hiſtorici, utpote qui Anno Chriſti MDXXXIV. Hiſtoriam Anglicanam ſcribebat, licèt ejus teſtimonio Cardinalis Baronius utatur. Scribit ille, Inam Regem Anglorum circiter Annum DCCXL. *Regnum ſuum Romano Pontifici vectigale feciſſe, ſingulis argenteis nummis, quos Denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis.* Tum Offam, ac Athulphum Reges, ejus exemplum fuiſſe imitatos. Tam pium Inae Regis facinus ignorarunt veteres Anglorum Hiſtorici. Unde, quaeſo, illud Polydorus Virgilius edidicit? Attamen titulo *debiti* ejuſmodi Cenſus a Britannis perſolvebatur. Canutus Rex apud Malmesburienſem Lib. 2. Cap. 11. haec ad ſuum Populum perſcribebat Anno MXXVII. *Obte-*

Obteſtor omnes Epiſcopos meos, & Regni mei Praepoſitos, quatenus faciatis, ut antequam in Angliam veniam, omnium debita, quae ſecundùm Legem antiquam debemus, ſint perſoluta, ſcilicet eleemoſyna pro aratris &c. & Denarii, quos Romam debetis ſive ex Urbibus, ſive ex Villis. Eodem quoque Seculo Literas Guillielmi I. habemus, ab Hickeſio evulgatas, in queis ſub gravi poena mandat, *ut Denarii Sancti Petri ſolvantur a meis Vaſſallis.* Praeterea perſpectum habeo, vel ipſos Angliae Reges olim ſeſe agnoviſſe veluti clientes atque Vaſſallos Romanae Eccleſiae. Id Acta ipſa publica ejus Regni a Rymero collecta Tomo I. confirmant, ut alia monumenta praeteream. Non omittam tamen Literas Honorii III. Papae Anno MCCXVIII. datas, & nondum luce donatas, quibus Privilegium Monetae conceſſum a Johanne Angliae Rege Savarico de Maloleone, Pontifex ipſe confirmat; immo Marcam auri ſingulis annis ab eo Camerae Pontificiae perſolvendam indicit, *ad indicium confirmationis a Sede Apoſtolica obtentae.* Supremum dominium iſta redolere mihi videntur. Hic autem titulus Chartae praeponebatur.

De Cenſu unius Marcae auri debito a nobili viro Savarico de Maloleone, Anno 1218.

HOnorius Epiſcopus &c. *dilecto filio nobili viro* Savarico de Maloleone *Cruce ſignato &c. Invicta fides, & devotio indefeſſa, quam erga clarae memoriae* I. Regem Anglorum *noſceris habuiſſe, te ac tua ponendo pro ipſo, ſicut illi materiam praeſtitit, te dignis muneribus honorandi, ſic & nobis tuis remunerationibus praeſtandi favorem non immeritò perſuadet, ut tua circa eum grata obſequia, & ipſius erga te retributivam gratiam approbantes, utriuſque reddamus exinde honorificentiam clariorem. Quum igitur, ſicut nobis tua exibita petitio continebat, idem Rex penſatis tuae devotionis obſequiis, in terra tua cudendae Monetae tibi liberam de liberalitate Regia conceſſerit facultatem, ſicut in ejus Literis plenius continetur, nos conceſſionem hujuſmodi gratam habentes, eam tibi, ſicut ipſam juſte obtines & quietè, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus.* Ad indicium autem hujus a Sede Apoſtolica confirmationis obtentae, unam Marcam auri annis ſingulis, quibus Moneta ipſa cudetur, nobis & Succeſſoribus noſtris exſolves. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Laterani XII. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Quod ſi e Paganorum ſive Saracenorum manibus eripiendae erant Provinciae, olim Chriſtianis Principibus ſubjectae: Romani Pontifices rem, quantis poterant, conſiliis & conatibus juvantes, eâ conditione & pactione accedebant ad bellum urgendum, ut Principes victores ereptas Urbes in feudum a Romana Eccleſia exinde agnoſcerent, eique Cenſum perſolverent. Anno Chriſti MLXXIII. Gre-

Gregorius VII. Lib. I. Epiſtol. 7. literas ad univerſos Principes dedit, quibus patefecit, *Regnum Hiſpaniae ab antiquo proprii juris Sancti Petri fuiſſe, & adhuc ſoli Apoſtolicae Sedi ex equo pertinere.* Eos proinde ſolicitat, ut ſe Comiti de Rocejo jungant, contra Paganos terrae illius uſurpatores progreſſuro, *qui hanc conceſſionem ab Apoſtolica Sede obtinuit, ut partem illam, unde Paganos ſuo ſtudio, & adjuncto ſibi aliorum auxilio expellere poſſet, ſub conditione inter nos factae pactionis, ex parte Sancti Petri poſſideret.* Ita Berengarius Barchinonenſis Comes ereptam Saracenis Tarraconenſem Civitatem Anno MXC. vectigalem fore Romanae Eccleſiae decrevit. Perpendendum quoque eſſet, num ex ſimili pactione, eodem-ve titulo, potius quàm aliis antiquioribus contenderint olim Romani Pontifices, ſui juris eſſe Apuliam, Calabriam, atque Siciliam. Nam vix eas Northmanni, Saracenis & Graecis expulſis, in ſuam poteſtatem redegere, quum iidem Pontifices utroque gladio exerto illos compulerunt ad ea Regna beneficiario titulo a Romanâ Sede recipienda. Ad haec alii fuerunt, qui ut validum patronum in Romano Pon- A tifice haberent adversùs potentiores, & ſub ejus protectione ſe ac ſua facilius tuerentur, ultro Caſtra & Urbes Sancto Petro obtulere, eaque in feudum rurſus ab Apoſtolica Sede recepere, annuum Cenſum eam ob cauſſam polliciti. Reginaldus Rex Inſularum adjacentium Hiberniae & Angliae, qui etiam *Rex de Man* alibi B appellatur, Anno MCCXII. *devenit homo ligius Johannis Angliae Regis.* Teſtem habemus Chartam a Rymero evulgatam Tom. I. pag. 159. Actor. Publicorum. Ex aliis Actis ab eodem Rymero editis, idem Rex accerſebatur *ad faciendum homagium, & ad emendandum exceſſus factos hominibus Domini Regis Angliae ab hominiC bus terrae ſuae.* Inter hoſce turbines arbitratus eſt ille, e re ſua futurum, ſi Inſulam de Man Romanae Eccleſiae dono daret, atque ab ea iterum acciperet nomine Feudi, & pro Cenſu duodecim Marchas Sterlingorum paciſceretur. Acta res eſt Anno MCCXIX. Et quoniam Raynaldus in Annalib. Eccleſiaſtic. & ex eo Ry- D merus Chartam decurtatam attulit, integram ego Lectori ſtatuam, qualis in Regeſto MSto Cencii Camerarii legitur.

Literae Raynaldi Regis Inſularum ad Dominum Papam, quibus tradidit Eccleſiae Romanae Inſulam de Man, & recepit ab eadem in Feudum ſub annuo Cenſu duodecim Marcharum Sterlingorum, Anno 1219.

S*Anctiſſimo Patri & Domino* Honorio, *Dei gratiâ* Summo Pontifici Reginaldus Rex Inſularum, *commendationem cum oſculo pedum. Noverit ſancta Paternitas veſtra, quod nos, ut participes ſimus bonorum, quae fiunt in Eccleſia Romana, ad monitionem & exhortationem dilecti patris noE ſtri P. . . . . Norwicenſis Electi, Camerarii & Legati veſtri*, dedimus & obtulimus ei nomine Eccleſiae Romanae, & veſtro, & Catholicorum Succeſſorum veſtrorum, Inſulam noſtram de Man, *quae ad nos jure hereditario pertinet, & de qua nulli tenemur aliquod ſervitium facere.* Et dein-

deinceps nos & heredes noſtri in perpetuum tenebimus in Feodum dictam Inſulam ab Eccleſia Romana, & faciemus ei, propter hoc, omagium & fidelitatem. Et in recognitionem dominii, nomine Cenſus, nos & heredes noſtri in perpetuum annuatim ſolvemus Eccleſiae Romanae duodecim Marcas Sterlingorum in Anglia, apud Abbatiam de Fura Ciſtercienſis Ordinis in feſto Purificationis Beatae Mariae. *Et ſi non eſſet ibi aliquis ex parte veſtra, vel Succeſſorum veſtrorum, deponentur dictae duodecim Marchae per nos & heredes noſtros in dicto loco penes Abbatem, & Conventum, Eccleſiae Romanae nomine. Hanc donationem & oblationem dictus Dominus Legatus recepit ad voluntatem & beneplacitum veſtrum; & poſt receptionem ab eo factam ſic, ipſe Dominus Legatus dictam Inſulam dedit mihi & heredibus meis in Feodum perpetuo poſſidendam & tenendam nomine Eccleſiae Romanae.* Et me inde per annulum aureum inveſtivit. *Sciat igitur Paternitas veſtra, quod ad mandatum dicti Domini Legati juravi obſervare & tenere inviolabiliter praedicta pro me & heredibus meis perpetuò. Et juravi, quod ſuper hoc ſecuritatem faciam per me ipſum & heredes meos & homines Inſulae, quam dictus Dominus Legatus, vel alius de mandato veſtro petierit a me bona fide & ſine fraude. Et in hujus rei teſtimonium has Literas patentes fieri fecimus, his teſtibus, Domino C. Bagnorenſi Epiſcopo de Wallia, Magiſtro M. Officiali de Man, Yvone filio Holbudi, Johanne Clerico, Magiſtro Yvone, Holavo Seneſcalco Domini Regis de Man. Supplicamus autem Sanctitati veſtrae, quod Privilegium illud & protectionem, quam* aliis Regibus cenſualibus & Vaſſallis Romanae Eccleſiae *conceditis, nobis mittat Sanctitas veſtra. Nos enim parati ſumus omnia praedicta ſecundùm mandatum veſtrum ſervare. Interfuerunt autem huic noſtrae donationi de familia Domini Legati, Magiſter Petrus de Collemedio, Domini Papae Capellanus; Magiſter Hardingus Papienſis, ejuſdem Domini Subdiaconus; Magiſter Petrus de Babuto; Magiſter Jacobus Scriptor Domini Papae; Presbyter Lucas de Wytſand, Domini Legati Capellanus; Pandulfus nepos ipſius Domini Legati; Theſaurarius Ciceſtrenſis; Magiſter Johannes de Venafro; Stephanus nepos Domini Stephani, Baſilicae duodecim Apoſtolorum Presbyteri Cardinalis; Martinus de Ciceſtro, Seneſcalcus Domini Legati; Conradus Clericus Domini Gregorii de Creſcentio, Sancti Theodori Diaconi Cardinalis; Ruſticus & Johannes de Londono, Scriptores Domini Legati.*

Actum Londoni in Domo Militiae Templi, X. Kalendas Octobris, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Decimo Nono. Et ne ſuper iis aliquando poſſit dubitari, has literas fieri fecimus, & Sigillo noſtro muniri.

Infra additur haec Nota.

Nota, quod Litera iſta eodem modo ſcripta eſt in Regeſto Domini Honorii Septimi, Anno........ in quo etiam eſt protectio ipſius Regis, conceſſa ſibi ab eodem Domino Honorio.

Alterum exemplum ſuppeditabit Alexandrina Civitas, nuper condita, quae non ſolùm ab Alexandro III. Summo Pontifice nomen deſumſit, ſed & eidem ac Romanae Eccleſiae ſeſe obtulit, ac annuum Cenſum pollicita eſt. Hujus rei tabulas exerere juvat in rei teſtimonium. Fridericus quidem I. Auguſtus deinde Civitatem illam Imperio Romano vendicavit, & *Caeſaream* appellandam juſſit. Sed primitivum nomen adhuc perdurat.

Inſtrumentum de Alexandria, & Cenſu, quae debent Eccleſiae Romanae, Anno 1169.

IN *nomine Domini, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Sexageſimo Nono, & Undecimo Anno Pontificatus Domini noſtri* Alexandri III. ſummi Pontificis & univerſalis Papae, *Menſe Januarii, III. Indictione. Nos Rufinus Blancus, & Guilielmus de Bergamaſce, Conſules de Civitate Alexandriae, notum facimus, quod in praeſentia Dominorum* Bernardi Portuenſis Epiſcopi, Hubaldi titulo Sanctae Crucis, Johannis titulo Sanctorum Johannis & Pauli, Ildebrandi titulo Baſilicae duodecim Apoſtolorum, Johannis titulo Sanctae Anaſtaſiae, Alberti titulo Sancti Laurentii in Lucina, Guilielmi titulo Sancti Petri ad Vincula, Boxii titulo Sanctae Pudentianae, Petri titulo Sancti Laurentii in Damaſo, Johannis titulo Sancti Marci, Theodini titulo Sancti Vitalis, Presbyterorum Cardinalium, & Hiacynthi Sanctae Mariae in Coſmedin, Cencii Sancti Adriani, Manfredi Sancti Georgii, Hugonis Sancti Euſtachii, & Petri Sanctae Mariae in Aquiro, Diaconorum Cardinalium, *& ſubſcriptorum teſtium, qui ad hoc rogati venerunt, Petri videlicet Sarraceni Seneſcalchi, Joannis Ancillae Dei Mareſcalchi, Petri Buticularii, Alberti & Albertinelli Oſtiariorum, ex parte omnium Conſulum & Populi praedictae Civitatis,* per fuſtem offerimus Deo & Beato Petro, & vobis praefato Domino noſtro Papae Alexandro, veſtriſque Catholicis Succeſſoribus, ſanctaeque Romanae Eccleſiae in perpetuum, Terram ſcilicet proprii juris noſtri, quae eſt infra praedictam Civitatem, quam Populus ipſius Civitatis ad conſtruendam ibi Eccleſiam emit. Et per eamdem Inveſtituram volumus, Terram ipſam omni tempore Romanae Eccleſiae jure proprietario pertinere. Praeterea de communi Conſulum conſilio, & totius Populi mandato, Militum domus, & Mercatorum, & quorum facultas videbitur ſufficiens ad boves habendos, de ſingulis Domibus tres Denarios ejuſdem Terrae in Feſto beati Martini exſolvent ſingulis annis. Ceteri de ſingulis domibus unum Denarium. Et infra Octavas beati Martini ſolvent ei, cui Romanus Pontifex juſſerit. *Conſules verò, qui per tempora ibi conſtituentur, fidelitatem vobis, veſtriſque Succeſſoribus omni occaſione & contradictione remotâ jurabunt. Nos quoque de mandato aliorum Conſulum & Populi Civitatis, vobis fidelitatem fecimus, & noſtras manus, licet indignas, inter veſtras ſacratiſſimas manus mittentes, vobis hominium fecimus. Et Populus Terrae, quando communiter jurabunt Conſulibus, ſingulis ſcilicet trienniis, ſicut conſtitutum eſt, jurabunt pariter & Romano Pontifici.*

Ego Falco Notarius & Scriba ſacri Beneventani Palatii, hoc ſcriptum, quia interfui, ſcripſi.

✠ *Ego Petrus Serracenus Seneſcalcus.*
✠ *Ego Guiſcardus.*
✠ *Ego Petrus Buticularius.*
✠ *Ego Albertinus Oſtiarius.*
✠ *Ego Albertus Oſtiarius.*

Hiſce accedat & altera Charta nondum edita, complectens donationem

nem Caſtri Lavadiae, quam fecit Otto de Rocca Princeps Athenarum ſanctae Romanae Eccleſiae ac pro ea Pelagio Albanenſi Epiſcopo, & Sedis Apoſtolicae Legato in Oriente, quod tamen Caſtrum e veſtigio eidem conlatum eſt titulo Feudi, conſtitu- A to Cenſu duarum Marcarum argenti quotannis Eccleſiae Romanae perſolvendo. Praeferebat hunc titulum eadem Charta, ſicuti & ſubſequens altera confirmatoria, quas e Regeſto Cencii Camerarii depromſi.

Cenſus duarum Marcarum argenti pro Caſtro Lavadiae a Domino Athenarum, Anno 1214.

PElagius *miſeratione divina* Albanenſis Epiſcopus, *Apoſtolicae Sedis Legatus*, *dilectis filiis* Clericis Eccleſiae Caſtri Lavadiae, *ſalutem in Domino*. *Quum nobilis vir* Otto de Rocca Dominus Athenarum, *zelo divinae pietatis accenſus*, Caſtrum Lavadiae cum pertinentiis ſuis, nobis nomine Romanae Eccleſiae pie duxerit & miſericorditer offerendum, & pariter conferendum: *nos devotionem & pium propoſitum ejuſdem Nobilis attendentes*, in Feudum eidem Nobili Caſtrum conceſſimus ſupradictum, pro quo ligius & homo ſacroſanctae Romanae Eccleſiae & Apoſtolicae Sedis eſt factus Nobilis ſaepe dictus. Et ad ejuſdem noſtrae conceſſionis indicium duas Marchas argenti gratis ſolvet Sedi Apoſtolicae annuatim. *Eapropter, dilecti in Domino filii, ejuſdem Nobilis juſtis precibus inclinati, Caſtrum ipſum, & Eccleſiam ejuſdem Caſtri in ſolo beati Petri fundatam, quae tantùm ad jus & proprietatem beati Petri dignoſcitur pertinere, ſub beati Petri & Apoſtolicae Sedis protectione, ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtrictius inhibentes, ne quis Epiſcopus ſeu alia* B *Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona, in eadem Eccleſia juriſdictionem aliquam ibi temere audeat uſurpare. Chriſma verò, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, Ordinationes Clericorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis ſuſcipietis Antiſtite, ſi quidem Catholicus fuerit, & communionem ſacroſanctae Romanae Se-* C *dis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Ad haec vobis & per vos Eccleſiae veſtrae, hominum ejuſdem Caſtri & Caſalis, quod Lavadia vulgariter nuncupatur, Decimas duximus concedendas, & eas vobis legationis auctoritate, qua fungimur, confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omni-* D *no hominum liceat, hanc paginam noſtrae conceſſionis, protectionis, inhibitionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Scandabli XI. Kalendas Ju- E *lii, Pontificatus Domni Innocentii Papae III. Anno Septimodecimo.*

Con-

Confirmatio Domini Innocentii III. Papae ſuper conceſſione Caſtri Lavadiae, factâ per Dominum Legatum Domino Athenarum, Anno 1215.

INnocentius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro* Ottoni de Rocca, Domino Athenarum, *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dignum eſt, ut qui Apoſtolicae Sedis gratiae devotionis meritis ſe coaptant, nos in ſuis precibus favorabiles inveniant & benignos, qui conſuevimus, immeritos etiam noſtrâ gratiâ praevenire. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis juſtis precibus inclinati*, Caſtrum, *quod* Lavadia *nuncupatur, cum pertinentiis ſuis*, quod Eccleſiae Romanae libere ac liberaliter contuliſti, *ipſum venerabili fratri noſtro* Pelagio Albanenſi Epiſcopo, *tunc Apoſtolicae Sedis Legato, noſtro nomine, aſſignando, poſtmodum ab eodem Epiſcopo* tibi exinde ligio Vaſſallo Apoſtolicae Sedis facto, in Feudum ſub annuo Cenſu duarum Marcharum *conceſſum, ſicut apparet ex ejuſdem Literis evidenter, auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Laterani II. Idus Januarii, Pontificatus noſtri Anno Octavodecimo.

Immo ipſa una protectio Secularibus Magnatibus ab Apoſtolicâ Sede conceſſa, rependi conſuevit Cenſu aliquo annuo. Id conſtabit ex Literis nondum editis Honorii III. Papae, datis ad Wodislavum Ducem Caliſienſem in Polonia, quae hunc titulum in MSto Codice praeferebant.

De Cenſu decem Marcarum, quas de tertio in tertium annum Eccleſiae Romanae debet ſolvere Dux de Calis, Anno 1217.

HOnorius &c. *dilecto filio nobili viro* Wlodislavo Duci de Calis *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia &c. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis juſtis poſtulationibus inclinati*, perſonam tuam, Terram, homines, poſſeſſiones, & alia bona, *quae in praeſentiarum rationabiliter poſſides, aut in futurum juſtis modis, praeſtante Domino, poteris adipiſci*, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, *& praeſentis ſcripti patrocinio communimus, diſtrictius inhibentes, ne venerabilis frater noſter Gneſnenſis Archiepiſcopus in te, vel Terram tuam abſque manifeſta & rationabili cauſa, & monitione praemiſsâ, ſententiam excommunicationis promulget.* Ad indicium autem hujus a nobis praeceptae protectionis, Cenſum Decem Marcarum auri, quas de tertio in tertium annum te promiſiſti liberaliter ſoluturum, nobis & Succeſſoribus noſtris * perſolvens. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrae protectionis & inhibitionis*

tionis paginam infringere &c. Si quis autem &c.

Datum Laterani V. Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Sed jam intelligo, me Lectoribus facile toedio futurum, ſi in animum induxerim, ſingula perſequi, & diutius immerari in hocce argumento. In hoc ipſo Opere alia hujus generis monumenta occurrent, ac praecipue quae ad Sardiniae Judices ſpectant. Nunc ſatius duco, nonnulla adferre, collecta in hunc finem ante aliquot Saecula, & a me ex antiquiſſimo Codice Cencii Camerarii deſcripta, cujus infra ſermo erit. Hinc autem multa elucebunt ad dignoſcendos Cenſus, quos olim variis ex locis exprimebat Apoſtolica Sedes, & loca etiam quae ad illius ditionem pertinebant. Tempus certe pro ceterarum rerum viciſſitudine quamplurima Romanae Eccleſiae eripuit. Sed pars eruditionis eſt, deperdita etiam noviſſe, & potiſſimùm quando aliis progreſſibus reparata eſt veterum proventuum jactura.

De Civitatibus & Territoriis, quae Rex Carolus Beato Petro conceſſit, & Papae Adriano tradi ſpopondit. Nec non de Civitatibus, Caſtris, Terris & Monaſteriis, per diverſas Mundi provincias conſtitutis, & Cenſibus Eccleſiae Romanae debitis ab eiſdem.

,, ADrianus Papa obtinuit a *Carolo Rege Francorum & Patricio Romanorum*, ut promiſſionem
,, illam, quam ejus genitor *Pippinus*
,, quondam *Rex*, & ipſe praeexcellentiſſimus Carolus cum ſuo germano
,, *Carlomanno*, atque omnibus Judicibus Francorum fecerant beato Petro, & ejus Vicario ſanctae memoriae *Domno Stephano juniori Papae*, quando in Franciam perrexit,
,, pro concedendis diverſis Civitatibus ac territoriis iſtius Italicae
,, provinciae, & contradendis beato
,, Petro, ejuſque omnibus Vicariis
,, in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus. Quumque ipſam promiſſionem in loco, qui vocatur Cariſiacum, ſibi relegi feciſſet, complacuerunt illi & Judicibus
,, ejus omnia, quae ibidem erant
,, annexa; & propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis promiſſionem ad inſtar anterioris, ipſe antedictus praeexcellentiſſimus & revera Chriſtianiſſimus *Carolus Francorum Rex* adſcribi juſſit per Etherium religioſum
,, ac prudentiſſimum Capellanum &
,, Notarium ſuum: ubi conceſſit eaſdem Civitates & territoria beato
,, Petro, eaſque praefato Pontifici
,, contradi ſpopondit per deſignatum
,, confinium, ſicut in eadem donatione contineri monſtratur. *Inde*
,, *a Lunis cum Inſula Corſica: deinde in*
,, *Suriano: deinde in Monte Bardone:*
,, *inde in Verceto: deinde in Parma:*
,, *deinde in Regio: exinde in Mantua,*
,, *atque Monte Silice: ſimulque univerſum Exarchatum Ravennenſium,*
,, *ſicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum, & Hiſtriam.* Necnon & *cunctum Ducatum Spoletanum,*
,, ſeu *Beneventanum*. Factâque eâdem
,, donatione, & propriâ ſuâ manu
,, ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex
,, eam corroborans, univerſos Epiſcopos, Abbates, Duces etiam, &
,, Grafiones in ea adſcribi fecit.

Quam

,, Quam prius ſuper Altare beati
,, Petri, & poſtmodum intus in ſan-
,, cta ejus Confeſſione ponentes, tam
,, ipſe Francorum Rex, quàm ejus
,, Judices, beato Petro, & ejus Vi-
,, cario ſanctiſſimo Adriano Papae,
,, ſacramento ſeſe omnia conſervatu-
,, ros, quae in eadem donatione con-
,, tinentur, promittentes, tradide-
,, runt. Apparem ipſius donationis
,, eumdem Eutherium adſcribi faciens
,, ipſe Chriſtianiſſimus Francorum
,, Rex intus ſuper Corpus beati Pe-
,, tri ſubtus Euangelia, quae ibidem
,, oſculantur, pro firmiſſima cautela
,, & aeterna nominis ſui, ac Regni
,, Francorum memoria, propriis ſuis
,, manibus poſuit. Aliaque ejuſdem
,, donationis exempla per Scrinium
,, hujus noſtrae Sanctae Romanae Ec-
,, cleſiae adſcripta, ejus excellentia
,, ſecum portavit. Sed in geſtis Se-
,, cundi Stephani Papae leguntur,
,, patrimonia eſſe beati Petri *Raven-*
,, *na, Ariminum, Penſaurum, Conca,*
,, *Fanum, Caeſena, Xenogallia, Eſis,*
,, *Forum Populi, Forum Livii,* & *Ca-*
,, *ſtrum Subſubium, Mons Feretri, A-*
,, *cereagio, Mons Lucati, Serra, Ca-*
,, *ſtellum Sancti Martini, Bobium, Or-*
,, *binum, Callis, Luciolis, Egubium,*
,, *Comiadum,* & *Civitas Narnia,* &
,, *Faventia,* & *Caſtrum Tiberiacum,*
,, & *Gabelum,* & *omnis Ducatus Fer-*
,, *rariae.*

,, *Johannis VII. Papae* temporibus,
,, *Aripertus Rex Langobardorum* do-
,, nationem Patrimonii Alpium Co-
,, tiarum, quae longa per tempora a
,, jure Eccleſiae privata fuerat, ac ab
,, eadem gente detinebatur, in lite-
,, ris aureis exaratam, juri proprio
,, beati Apoſtolorum Principis Petri
,, reformavit.

,, *Zacharias Pontifex* accepit a *Con-*
,, *ſtantino Principe* donationem in
A ,, ſcriptis perpetuo jure de duabus
,, Maſſis, quae Nymphas & Normias
,, appellantur, quae juris publici e-
,, rant. Hujus temporibus Theodo-
,, rus filius Megiſti Catacſci, dedit
,, beato Petro Apoſtolo patrimonium
,, ſuum, ſitum quinto milliario ab
,, hac Romana Urbe, Viâ Tiburti-
,, nâ, quod Domus Culta Sanctae
B ,, Caeciliae dicitur. Sic conſtituit
,, aliam Domum cultam quartodeci-
,, mo milliario ab Urbe Roma, pa-
,, trimonio Tuſciae, obligans eam-
,, dem perpetuo uſui Romanae Ec-
,, cleſiae, & Domum cultam, Lau-
,, retum & Maſſam Fontiſmanam,
,, quae dicitur Paonaria, & Maſſas,
,, quae vocantur Ancius & Formias,
C ,, beato Petro acquiſivit.

,, Item Adriánus conſtituit Domos
,, cultas quatuor, unam quae dici-
,, tur Capracorum, territorio Vigen-
,, tanu, milliario ab Urbe Roma
,, plus vel minus quintodecimo, in
,, uſu centum pauperum Lateranen-
,, ſis Palatii; & Galeriam in Via
,, Aurelia, milliario plus minus de-
D ,, cimo ab Urbe ad Sanctam Rufi-
,, nam; & Calviſianum in Via Ar-
,, deatina, milliario ab Urbe plus
,, minus quintodecimo; & aliam Ga-
,, leriam, cum omnibus eis pertinen-
,, tibus in uſum Sanctae Romanae
,, Eccleſiae. Idem acquiſivit beato
,, Petro Maſſam Aratianam ſitam ab
,, Urbe milliario ſextodecimo Viâ
E ,, Ardeatinâ, in qua Eccleſia beati
,, Ediſti eſſe dignoſcitur, qualiter e-
,, tiam & Maſſam Acutianam, quae
,, juxta eamdem eſſe videtur; nec
,, non etiam Maſſam, in qua eſt Ec-
,, cleſia Sancti Leuci, poſita Viâ
,, Flamineâ, milliario ab Urbe Ro-
,, ma plus minus quinto. Et quam-
,, vis ſupra monſtratum ſit, & adhuc
,, in ſequentibus demonſtretur, quo-

,, ſdam

,, ſdam Ducatus & Marchias ex in-
,, tegro patrimonio beati Petri eſſe ,
,, placet tamen oſtendere quaedam
,, loca intra praefatos Ducatus &
,, Marchias & Principatus, immo e-
,, tiam in diverſis Regnis ſita , ve-
,, luti beati Petri patrimonia , diver-
,, ſis temporibus a diverſis Pontifici-
,, bus Romanis locata . Igitur *Caſi-*
,, *nenſe Monaſterium* beati Patris Be-
,, nedicti , nullius ditioni vel juri
,, ſubditum , *habet tuitionem ab Apo-*
,, *ſtolica Sede* , a cujus Pontifice Za-
,, charia per Petronacem virum Dei
,, reſtauratum eſt , everſionis ſuae
,, centeſimo vigeſimo anno , Domi-
,, nicae Incarnationis DCCXX. Ha-
,, bet privilegia ſuae tuitionis a Ro-
,, manis Pontificibus , & Zacharia .
,, Item *Monaſteria Subiacenſe* , & *Sal-*
,, *vatoris apud Rete* , & *Farfenſe* , *ju-*
,, *ris beati Petri ſunt* , quoniam in
,, ejus patrimonio , & territorio , ut
,, in ſequentibus legitur, ſita ſunt .

,, Haec itaque quae ſequuntur ,
,, ſumta ſunt ex Tomis Lateranenſis
,, Bibliothecae . Et quoniam quae-
,, dam propria nomina Patrimonio-
,, rum in eiſdem Tomis, alia ex to-
,, to , alia ex parte , nimiâ vetuſta-
,, te corrupta ſunt, in loco proprii
,, nominis, quod ex toto vel ex par-
,, te nullatenus legi potuit , appo-
,, ſitum eſt Theta , de quo Poëta
,, dicit :

,, *O multum ante alias infelix litera*
,, *Theta!*

,, Itaque in eo Tomo , ubi praeſcri-
,, ptus eſt *Papa Johannes* , itemque in
,, alio charticio Tomo invento in
,, Chartulario juxta Palladium , in
,, quo praeſcriptus eſt *Papa Gregorius*,
,, leguntur *Patrimonia eſſe beati Petri*
,, *Apoſtoli* , ab eodem locata . Ideſt
Tom. XIV.

,, *Monaſterium beati Petri* in integro
,, cum mercato ſuo , ſitum *intra Ci-*
,, *vitatem Lucenſem* in loco, qui vo-
,, catur Cortina , cum *Curte* , *quae*
,, *dicitur Valentina* , *vel Bientina*, ſeu
,, ceteris Curtibus , cum caſis , caſa-
,, libus , vineis , terris , pratis , ſil-
,, vis , paſcuis , cultis , & incultis ,
,, mobilibus vel immobilibus , ſeſe-
,, que moventibus, ſervis , & ancil-
,, lis , aldiis , aldionibus , angarari-
,, bus , mandaritiis , colonis , & co-
,, lonabus, ibidem reſidentibus , vel
,, cum omnibus ſupraſcripto Mona-
,, ſterio generaliter pertinentibus .
,, Praeſtant *ſub penſione XIII. auri*
,, *Solidos Lucanos* , *una denarios IX.*
,, *& Veſtita ſtameſtrica IV. cum guin-*
,, *degis ſuis* . Nec non & *Curtem* in
,, integro , *quae dicitur Cartinianum*,
,, poſitam territorio Lucenſi & Wul-
,, ternenſi , cum omnibus ad eam
,, pertinentibus, ut praemiſſum eſt de
,, Monaſterio Lucenſi. *Praeſtat XVIII.*
,, *auri Solidos Lucanos* , *ana Dena-*
,, *rios IX.*

,, Item *Monaſterium Salvatoris* cum
,, Curte ſua in eodem territorio po-
,, ſitâ , in loco qui dicitur Vicoalais,
,, cum omnibus ſuis pertinentibus ,
,, ut praemiſſum eſt de Monaſterio
,, Lucenſi . *Praeſtat auri Solidos Lu-*
,, *canos L. ana Denarios IX.* Et cum
,, Curte in integro , quae dicitur
,, Rapida , ſita in territorio Piſano ,
,, loco qui dicitur Eccleſia Sancti
,, Rufini , cum omnibus ſibi perti-
,, nentibus, ut praemiſſum eſt de Mo-
,, naſterio Lucenſi . Necnon & *Cur-*
,, *tem* aliam , *quae dicitur Cicerana* ,
,, cum Eccleſia Sancti Andreae, cum
,, omnibus ad eam pertinentibus, ut
,, praemiſſum eſt de Monaſterio Lu-
,, cenſi . *Praeſtat auri Solidos Lucanos*
,, *V. ana Denarios IX.*

Q ,, Item-

„ Itemque *Monaſterium Pecuma* in-
„ tegre, & alia ſita in *territorio*
„ *Lucano*, & Silicano loco, qui di-
„ citur Cordenne, & Caſtello No-
„ vo, cum omnibus eis pertinenti-
„ bus, ut praemiſſum eſt de Mona-
„ ſterio Lucenſi. *Praeſtat auri Soli-*
„ *dos Lucanos II.* Item *Curtis, quae*
„ *dicitur Burrianum* in territorio Ro-
„ ſellano cum omnibus ſibi pertinenti-
„ bus, ut praedictum eſt de Monaſterio
„ Lucenſi. *Praeſtat auri Solidos Lu-*
„ *canos XV. ana Denarios IX.* Et duas
„ *Curtes*, quae vocantur *Piſcaria &*
„ *Flatianum* cum Cajo ſuo, qui di-
„ citur Tertius, una cum *Monaſterio*
„ *Sanctae Juliae*. Necnon & *Villama-*
„ *gna*, & *Foſſa*, quae vocatur Fle-
„ xu, cum omnibus ſibi pertinenti-
„ bus: poſitae ſunt in praefato ter
„ ritorio Roſellano. *Praeſtant auri So-*
„ *lidos Lucanos X.* Item *Curtis* in
„ integrum *Capaniaticum*, cum Ec-
„ cleſia Sancti Juſti, Villa quae di-
„ citur Caſtellione, cum omnibus
„ ſibi pertinentibus. Poſitae ſunt in
„ territorio Roſellano. *Praeſtat auri*
„ *Solidos Lucanos X.*

„ Item *Monaſterium Sancti Petri in*
„ *territorio Piſano*, in loco qui di-
„ citur Vada, cum omnibus ſibi per-
„ tinentibus. *Praeſtat auri Solidos*
„ *Lucanos X. ana Denarios IX.*

„ Item in alio Tomo, cui prae-
„ ſcriptus eſt *Papa Benedictus*, legun-
„ tur, poſita eſſe in Comitatu Lu-
„ cenſi, & in Comitatu Corvinio,
„ & in Comitatu Roſellano, & in
„ Comitatu Piſano, haec Patrimo-
„ nia beati Petri, & ab eodem lo-
„ cata: Ideſt Curtis, quae dicitur
„ Barrianum, & Saalma, & Carpa-
„ nianum, cum Caſtello ſuo; &
„ Curtis Vada juxta mare; & Pu-
„ niſtellum; & Valentina; & Ter-
„ ra, quae ponitur inter Arno &
„ Armice; & Maſſa, quae ponitur
„ in Montecla, Terra, quae poni-
„ tur in Policano, & Terra Alama;
„ Terra in Bicentale, & Maſſae;
„ Terra in Salduclo; Maſſae in Ca-
„ rara; Maſſae & Terra a Saltop-
„ plo; Terra a Flexu; Terra a Vi-
„ coſolaro; Terrae & Maſſae in Stra-
„ te; Terra in Sexto; Terra in
„ Brancalo; Maſſae & Terrae, quae
„ ponuntur in ⊖; Terra in Dimi-
„ zano; Terra in Fividaglio; Ter-
„ ra in Timpaniano; Terra in De-
„ cimo; Terra in Leojana; Terra
„ in Paſtino; Maſſae in Avane; &
„ Maſſae in Rojo; & Maſſae & Ter-
„ ra in Convalli; Terra & Maſſae
„ in Anclano; Terra & Maſſae
„ in Lacune; Maſſae & Terra in
„ Controni; ſive in Caſa Baſciana,
„ vel in Buliano, ſive Eccleſia San-
„ cti Petri in Ciſarana, cum omni-
„ bus ſuis pertinentiis: Villamiliana
„ & Villaariana: Villa in Bargano,
„ ſeu Roſincluza: in Villamajore,
„ in Bacano, in Foſcana, & Curte
„ in Caſtellione: Villa a Colle:
„ Maſſae Siliquano Rojana: Maſſae
„ in Caricino; Maſſae in Rojo;
„ Maſſae in Caſatico; Corte Ceraſa-
„ na cum Eccleſia Sancti Andreae;
„ & Curtis, quae dicitur Vicus; &
„ Eccleſia Sanctae Rufinae cum Cur-
„ te ſua, & Curtis in Piſcaria in
„ integrum; & Curtis de Campa-
„ niatico; Maſſae & Terra in Ca-
„ ſcania, ſeu in Corfine, ſeu in Pe-
„ troniano; In Caſtello de Curſinia-
„ no, Curtis de Urſignano; Maſſae,
„ quae dicuntur Griſomoletio, quae
„ ponuntur inter Paternum & Pe-
„ trionium; in Capruniana; in Vi-
„ piliano; in Ba . . . . ⊖; in Ce-
„ riliana; in Gragnio; in Ganiana;
„ Canalia; & alia Graniana; in I-
„ cano Curtis Faloniana cum perti-
„ nen-

„ ſentiis ſuis: Curtis in Golcunia-
„ na; Curtis in Θia; & Curtis in
„ Lactaria, cum introitu & exitu
„ earum, & cum omnibus ad omnes
„ ſupradictas Curtes & Terras gene-
„ raliter & in integro pertinentibus.
„ Item in quodam Tomo charti-
„ cio, qui eſt in Chartulario juxta
„ Palladium legitur, Papam Benedi-
„ ctum locaſſe *Civitatem & Comita-*
„ *tum Suanenſem* cum Caſtellis & Vil-
„ lis, & cum omnibus pertinentiis
„ ſuis, & *Civitatem & Comitatum*
„ *Roſellenſem* cum Villis & Caſtellis,
„ & ſuis pertinentiis, & diſtricto &
„ placito, & cum omni datione, &
„ reditu ſuo. *Praeſtat unaquaeque Ci-*
„ *vitas LX. Solidos.*
„ Item in alio Tomo ejuſdem
„ Chartularii legitur, *Septimus Papa*
„ *Bonifacius* locaſſe *Caſtellum Petram*
„ *Pertuſam* cum omnibus ejus perti-
„ nentibus, cum placito & diſtricto
„ eorum, & glandatico & herbati-
„ co tam de eodem Caſtello, quàm
„ de Villis ad ſe pertinentibus. Si-
„ tum eſt in territorio Silvae Can-
„ didae. *Praeſtat annue X. auri So-*
„ *lidos.*
„ Item in alio charticio Tomo
„ Lateranenſi legitur, *Burianum* ſi-
„ tum in Aretino Comitatu juris
„ Beati Petri eſſe, cum Caſtellis &
„ Villis & Eccleſiis, ſilvis & terris,
„ ſeu Lacu, cum omnibus ei perti-
„ nentibus.
„ Item in alio tomo invenitur
„ Papa Benedictus locaſſe cuidam
„ Comiti *Ariminenſem Comitatum*,
„ cum omnibus pertinentiis ſuis,
„ una cum Eccleſia Sanctae Mariae,
„ quae dicitur in Turremuro: ſi-
„ militer Eccleſiam Sanctae Mariae
„ in Argumino, cum Cella Sancti
„ Theodori in integrum, cum omni-
„ bus ſuis: & Sanctum Georgium in

A „ integrum, qui eſt poſitus juxta
„ Forum publicum, cum omnibus
„ ſuis: ſimul territorium integrum,
„ quod eſt *Caſtri Conchae*, cum ſuis
„ publicaliis & armaniis ſuis infra
„ Civitatem ipſam vel foris poſitis,
„ quantum ad medietatem ipſius Co-
„ mitatus pertinet, ſicut dividitur a
„ fluvio qui dicitur Folia, uſque ad
B „ fluvium, qui dicitur Taulus, cum
„ omnibus ad hunc pertinentibus in
„ Comitatu Orbinenſi. Plebem San-
„ cti Petri, quae dicitur in Arſici-
„ tio, & Plebem Sancti Gaudentii.
„ *Eſt verò penſio praedictarum Eccle-*
„ *ſiarum LX. Solidorum, denariorum*
„ *Papienſium*, exceptis Comitatibus,
„ & eorum pertinentiis.
C „ Item in quodam charticio Pri-
„ vilegio invenitur, *Nonus Leo Papa*
„ locaſſe Comiti Anconitano praefa-
„ tum *Comitatum Ariminenſem*, &
„ praefatas ejus Eccleſias, & *Caſtrum*
„ *Concha*, & Fundum, qui dicitur
„ Sala, qui eſt juxta Plebem Sancti
„ Johannis, quae dicitur in Rufio,
„ Item in alio invenitur, juris
D „ beati Petri eſſe *Palatium Arimi-*
„ *nenſe*, cum Capella Sancti Nico-
„ lai juxta poſita, & Curtis de
„ Campolongo cum Turri ſua, &
„ *Caſtrum Magnumlatum*, cum Curte
„ & appendiciis ſuis, & Curte A-
„ ternano, & *Caſtrum Arcinianum*
„ cum Curte, & *Caſtrum Azma* cum
„ Curte, & medietas *Caſtri Crucis*
E „ cum quatuor manſis, & Caſtrum
„ Paternum, & quaecumque locata
„ fuerunt a Romanis Pontificibus cui-
„ dam *Marociae Comitiſſae Ariminen-*
„ *ſi*, & matri ejus *Sibillae*, ſicut le-
„ gitur in tribus Chartis Armarii
„ Lateranenſis Palatii.
„ Item in alio Tomo ſub *Johanne*
„ *XV. Papa*, Dagone Judex, & Ote
„ Senatrix, & filii eorum Miſica &

,, Lambertus leguntur, beato Petro
,, contuliſſe unam *Civitatem* in inte-
,, grum, quae eſt *Schine'ghe*, cum
,, omnibus ſuis pertinentiis infra hos
,, affines: ſicuti incipit a primo la-
,, tere longum mare fine Pruzze,
,, uſque in locum, qui dicitur Ruſ-
,, ſe, & fines Ruſſe extendente uſque
,, in Cracoa, & uſque ad flumen
,, Odere, recte in locum Alemurac,
,, & ab ipſa Alemura uſque in Ter-
,, ram Milzae, & a fine Milzae re-
,, cte intra Odere, & exinde ducen-
,, te juxta flumen Odera uſque in
,, praedictam *Civitatem Schine'ghe*.

,, Item in alio Tomulo charticio
,, leguntur, locata fuiſſe patrimonia
,, Romanae Eccleſiae in *Comitatu*
,, *Peruſino;* ideſt Maſſa de Faſcano,
,, Maſſa de Corgnolo, Maſſa de Fi-
,, lunci, Maſſa de Paſcolo, Maſſa
,, Sanctae Margaritae, Maſſa de A-
,, gelione, Maſſa de Morgiania,
,, Maſſa de Caliano, Maſſa Sancti
,, Georgii, Maſſa juxta Lunam,
,, Maſſa de Monte Teuzo, Maſſa
,, ſub Daano, Maſſa juxta Riam,
,, Maſſa Sanctae Mariae in Petrojo,
,, Maſſa de Taulina, Maſſa Vinea-
,, longa, Maſſa Rancolfi, Maſſa de
,, Arme, cum Caſtellis, Villis, ſil-
,, vis, Maſſa juxta Civitatem Peru-
,, ſinam, Maſſa de Montealto, Maſ-
,, ſa de Mantugnana, Maſſa de Mon-
,, te Paſſignano, Maſſa de Ancan-
,, gianula; Lacus integer cum tribus
,, Inſulis, majore, minore, Pulvenſi;
,, Maſſa de Miliano.

,, Item in alio charticio Tomo le-
,, gitur, *Septimus Gregorius Papa* lo-
,, caſſe *Caſtrum Albininum*, ſitum *in*
,, *Narnienſi Comitatu*, cum terris,
,, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis,
,, montibus, collibus, aquis, rivis,
,, puteis, cum omnibus ſuis perti-
,, nentiis intus & foris, cultis & in
,, cultis. Eſt autem ſitum inter hos
,, fines: ab uno latere Rivus, qui
,, dicitur Laja: ab alio terra Pepo-
,, nis, ſuorumque conſortum: a ter-
,, tio latere Via Aſinaria, quae du-
,, cit ad Montem Mori: a quarto
,, Criptulae, & Via, quae ducit ad
,, Sanctum Silveſtrum, & uſque in
,, Terram Carviſeni. *Praeſtat annua-*
,, *tim Palatio Lateranenſi in Celendis*
,, *Novembris de unaquaque domo De-*
,, *narios majores quidem VI. mediocres*
,, *IV. minores II.* Licet autem Ro-
,, mano Pontifici, ſi vult, domum
,, vel Turrim in eodem Caſtro aedi-
,, ficare, & pro utilitate & ſervitio
,, Sancti Petri ibidem milites pone-
,, re, quibus Oppidani debent pro
,, amore Sancti Petri adjutorium in
,, omnibus ſecundùm ſuum poſſe prae-
,, bere, ita ut Oppidanorum obſi-
,, ſtentia ſuorum amiſſione multetur.
,, Nec licet cuiquam Romanorum
,, Pontificum a jure beati Petri prae-
,, fatum Caſtrum auferre, nec prae-
,, fatum tenorem commutare. Debent
,, verò praefati Oppidani Romano
,, Pontifici omni tempore grati ex-
,, peditionem, colloquium, placitum,
,, ſicut mos eſt fidelium militum.

,, Item Eccleſia ſita in loco, qui
,, dicitur Caſachis in Comitatu ⊙.....
,, in Epiſcopatu ⊙, & ſilva & fore-
,, ſtis, ſecus Duronem fluvium, ju-
,, ris Romanae Eccleſiae eſt, data
,, Tarentaſiae a quodam Guidone,
,, & ejus uxore Adheleida, ſicut
,, legitur in alio charticio Tomo.

,, Item in alio charticio Tomo
,, cui praeſcriptus *Quartus Leo Pa-*
,, *pa*, *quarta pars Monaſterii Sancti*
,, *Valeriani*, quod ſitum eſt *in Comi-*
,, *tatu Olmello*, in Epiſcopatu ⊙ in
,, Burgo, quod dicitur in Rodicbio,
,, & quinta pars de omnibus ſibi
,, pertinentibus. Debet praefatum
,, Mo-

,, Monaſterium Domnum Papam ſu-
,, ſcipere cum XXX. militibus, Nun-
,, tium ejus cum X. & totidem Ca-
,, ballis. *Praeſtat annuatim in Paſcha*
,, *II. auri Solidos*.

,, Item in alio Tomo charticio,
,, in quo ſcriptus eſt *II. Alexander*
,, *Papa*, invenitur juris beati Petri
,, *Monaſterium Montis Magellae*, cum
,, omnibus ſibi pertinentibus, ideſt
,, *Monaſterium Sancti Pancratii*, &
,, Sancti Clementis, & Eccleſia San-
,, cti Barbati, & Heremo Sancti
,, Angeli & Sancti Nicolai, cum
,, quarta portione de uno Portu in-
,, tegro, qui appellatur de Sancto Vi-
,, to & Heremo in *Comitatu Pinnenſi*;
,, *& Caſtra Kepalia*, *&* Eccleſia
,, Sancti Martini, & Eccleſia San-
,, ctae Camianae, & Eccleſia San-
,, ctae Juſtae cum omnibus ſuis,
,, ſita in pertinentia *Caſtri Caſtilio-*
,, *nis*, & medietatem Eccleſiae San-
,, cti Nicolai, ſitae in territorio
,, *Caſtri Pharae*, cum decem Maſſis
,, intra dictum Caſtrum, ſeu Mo-
,, lendinis, & Eccleſia Sanctae Cru-
,, cis cum omnibus ſuis. Item Ec-
,, cleſia Sancti Blaſii, & medietate
,, Eccleſiae Sanctae Agathae in Roc-
,, ca, quae dicitur Penna, & *Caſtro*
,, *Fameclano*, & Eccleſia Sancti An-
,, geli, & Sancti Petri, cum omni-
,, bus eorum pertinentiis; & omnia
,, praefata Monaſterio Magellae con-
,, ceſſa vel concedenda.

,, Item in alio charticio Tomo
,, legitur *Sanctus Papa Leo IX.* ſub-
,, didiſſe beato Petro *Monaſterium*
,, ſuum, ſitum *in Lotharingia in E-*
,, *piſcopatu Tullenſi*, conſecratum in
,, honore *Sanctae Crucis*, & donum
,, Abbatiae ipſius, & conſecrationem
,, Abbatiſſae. *Et poſuit annuam pen-*
,, *ſionem perſolvendam Sedi Apoſtolicae*,
,, *auream ſcilicet Roſam*, *penſo duarum*
,, *unciarum Romanarum*, aut factam,
,, ut fieri ſolet, aut faciendam. De-
,, bet verò mitti conſuetudinarie o-
,, ctavo die, antequam feratur a
,, Summo Pontifice. Quae penſio, ſi
,, poſtpoſita fuerit, diſtricte exigatur
,, ab Abbatiſſa in conſecratione ejus.

,, Item in alio charticio Tomo,
,, & in Miſſali Lateranenſis Palatii
,, legitur, *Monaſterium in Alamannia*,
,, *quod Sinojezzes Augia dicitur*, cum
,, omnibus ſibi pertinentibus, ditio-
,, ni & tuitioni Sedis Apoſtolicae
,, ſubditum eſſe. Et Abbas illius
,, loci conſecratur a Romano Ponti-
,, fice cum Dalmatica & Sandaliis,
,, interventu *Imperatoris Odonis*. *De-*
,, *bet penſionis nomine* in ſui conſe-
,, cratione *Codicem Sacramentorum I.*
,, *Epiſtolarum I. Euangeliorum I. Equos*
,, *albos II.* Habet Privilegia a Ro-
,, manis Pontificibus.

,, Item in alio legitur, *junior A-*
,, *gapitus* locaſſe *Waldum*, quod dici-
,, tur *Catillianum* cum *Caſtello* ſuo
,, *Civitella* & Turre ſua, & Eccleſia
,, Sancti Laurentii, & vocabulo eju-
,, ſdem Waldi, ideſt Colle Deman-
,, no, Silve de Longara, Colle de
,, Griopta Filetri, & Terra, quae
,, dicitur Camiſili, vel quibus aliis
,, nominibus nuncupantur; & cum
,, omnibus finibus eorum, & cunctis
,, ejus adjacentiis, & Portum flumi-
,, nis Tiberis, & aquam ejus uſque
,, ad dimidium Pelagi fluvii, ſicut
,, ipſe Waldus deſignat, & omnibus
,, ad eum pertinentibus. Poſitus eſt
,, inter Sabinenſe & Utriculanum
,, territorium inter affines ab uno
,, latere Laja, quae dicitur Botanu,
,, a ſecundo Caſale Servilianum &
,, Paternum: a tertio confinium li-
,, mitis Waldi Inſulae a quarto per
,, medium fluvium. *Sub penſione III.*
,, *Solidorum auri*.

,, Item

„ Item in alio *Johannes XII. Papa* „ locat fundum Fauriſcum, ſitum in „ territorio *Utriculano* cum omnibus „ ſuis pertinentiis. *Praeſtat annue V.* „ *Solidos auri*.

„ Item in alio Tomo *Gregorius V.* „ locat in fundo Gabiniano, terri- „ torio *Sabinenſi* terras, vineas, ſil- „ vas inter affines hos: ab uno la- „ tere Silicem publicam, & pergit „ in Pontemfractum, inde in Stafi- „ lum antiquum, inde in Rivum de „ Silva Roſaria, inde in fluvium „ Tiberis, & Limen a Cantaro, in- „ de in duos rivos, inde in Via, „ quae eſt affinis de Bretiano, inde „ in rivum, qui decurrit inter Spor- „ na Aſina & Collem de Nigra, & „ dividit inter Paludem, & venit „ in Portum de Furella, & per „ ipſum alveum uſque in Rivum „ Roſarium.

„ Haec ex Tomis Patriarchii La- „ teranenſis. *Honorius* verò *I.* in ſuo „ Regiſtro ad Epiphanium Defenſo- „ rem Tuſciae, legitur locaſſe *Maſ-* „ *ſam Gracilianam apud Bleranam Ci-* „ *vitatem*. Idem in eodem ad Do- „ minicum, terras & vineas & pra- „ ta foris *Portam Flamineam* uſque „ ad Pontem Milvium, *ſub annua* „ *penſione XXX. Solidorum auri*. Idem „ in eodem ad Valerianum, & Li- „ berum Notarium, *Monaſterium San-* „ *cti Archangeli in Clajano apud Fir-* „ *manam Civitatem*. Juris beati Pe- „ tri eſt. Idem in eodem ad Nume- „ rium Notarium, Fundum Pater- „ num, & Gajanum, & Ceperanum, „ & Paternum, & Arbatianum lo- „ caſſe invenitur. Idem in eodem, „ Gandiſio Notario, & Anatolio „ *Magiſtro Militum Neapolitanam Ci-* „ *vitatem* regendam commiſit, cum „ omnibus ſibi pertinentibus, poſi- „ tam *territorio Centumcellenſi*.

„ Sed & *Gregorius junior* item in „ ſuo Regiſtro locat in viginti octo „ annis Anatolio Tribuno fundum „ Meranula cum caſis & vineis, & „ omnibus ſuis pertinentiis, & cor- „ pore Maſſae Peltianae, *territorio* „ *Anagnino* patrimonio. *Sub annua* „ *penſione praeſtat Biſant. Q. ſiliquas* „ *auri*. Idem in eodem, Exhilarato „ & Gaudioſo locat, ut ſupra, Ca- „ ſale Ponderaa, Gevione, & Caſa- „ le Pompejanum, Calejanum, & „ Fundum Fortunae, poſitos territo- „ rio Foroclaudienſi, ex corpore Maſ- „ ſae Tuſciae. *Debet Biſant. V. auri* „ *Solid.* Idem in eodem, Conſtanti- „ nae honeſtae feminae locat, ut ſu- „ pra, fundum Salianum cum omni- „ bus ſuis pertinentiis, ſitum in *ter-* „ *ritorio Caeſenate* ad Montem, qui „ dicitur Lucati: ab uno latere ſi- „ tum juxta fundum Carbaſianum, „ ab alio fundum Anianum, a ter- „ tio latere fundum, qui dicitur „ Gumaris, ex corpore Patrimonii „ Ravennatis, juris ſanctae Romanae „ Eccleſiae. *Praeſtat annuatim Q. L.* „ *auri Solid.* Idem in eodem, Lupi- „ cino Praesbytero *duo Monaſteria*, „ ſcilicet *Sancti Leonis Confeſſoris &* „ *Pontificis, & Sancti Severini*, ſita „ intra *Caſtrum Montis Feretri*, cum „ omnibus eorum pertinentiis. Item „ in eodem locat Blando, ut ſupra, „ Maſſam Juniorum, patrimonio *La-* „ *vicano, ſub annua penſione Biſant.* „ *auri Solid.* Idem in eodem, Euſta- „ chio Presbytero fundum Caſa „ Cantari, & fundum Vivarium, „ ex corpore Maſſae Silanis, & ſex „ uncias fundi Lauretis, cum olive- „ to ſuo ex corpore praeſcriptae „ Maſſae, *praeſtantes penſionem Biſant.* „ *LII. auri Solid.* Sed & fundum „ Martianum, ex corpore Maſſae „ Gallorum, patrimonio Lavicano,

„ *ſub*

,, *ſub annua penſione Biſant. Q. auri*
,, *Solid.* In fundo Offiliano cum pra-
,, to & ſaliceto ſuo, *praeſtantem Bi-*
,, *ſant. Q. auri ſiliquas*, ex corpore
,, Maſſae Nevianae, patrimonio Ap-
,, piae. Idem in eodem, Leoni No-
,, tario, & Leontiae jugalibus, eo-
,, rumque filiis ac nepotibus, fun-
,, dum Ripacaeſarium, cum ſilvis,
,, glandaretis, & terris ſationalibus,
,, ſitum Via Aurelia, milliario plus
,, minus decimo, ex corpore ſub-
,, urbani patrimonii Tuſciae. *Prae-*
,, *ſtat annuatim Biſant. auri ſiliquas.*
,, Idem in eodem, Bonifacio Nota-
,, rio, ſeu Claudiae jugalibus, eo-
,, rumque filiis ac nepotibus Fun-
,, dum Coccelanum, & Follianum
,, ex corpore Maſſae Fontejanae, pa-
,, trimonio Appiae. *Praeſtant annua-*
,, *tim Biſant. LII. auri Solid.* Idem
,, in eodem, eiſdem fundum Grati-
,, nianum, & fundum Roſarium, cum
,, domibus & vineis, ſita ab Urbe
,, milliario plus minus ſeptimo, co-
,, haerente ſibi ab uno latere fundo
,, Canneolo, ab alio Caſale Milia-
,, riolo, a tertio Caſale Fauſtini,
,, a quarto Fauſtini, juris Eccleſiae
,, Romanae, ex corpore patrimonii
,, ſuburbani Tuſciae. *Praeſtat annue*
,, *Biſant. L. auri Solid.* Idem in eo-
,, dem, Gennadio Tribuno & Lu-
,, ciae, & ex eorum amplexibus fi-
,, liis ac nepotibus, fundum Portia-
,, num & Leonianum, & fundum
,, Graecorum, & Tuticianum, Viâ
,, Clodiâ, milliario plus minus no-
,, no, ex corpore patrimonii Tuſciae.
,, *Praeſtat annue Biſat. L. auri Solid.*
,, Idem in eodem Studioſae Tribu-
,, nae, ſeu Petro jugalibus, ejuſdem-
,, que Petri filiis & nepotibus, fun-
,, dum Serrulas, fundum Siſinnianum,
,, ex corpore Maſſae Silanis, patri-
,, monio Lavicano. *Praeſtant annue*
,, *Biſant. LI. & dimidium auri Solid.*
,, Idem in eodem, Annae Religio-
,, ſae, & aliis duabus perſonis fun-
,, dum Argenti, Verclanum, Luge-
,, ranum, Collivercorum, Tolera-
,, num: *praeſtantes duos auri Solidos.*
,, Et fundum Tuci, Traſis, Sena-
,, num, & Poſſeſſianum, *praeſtantes*
,, *Biſant. L. auri Solid.* ex corpore
,, Maſſae Sabinenſis, Via Tiburtinâ,
,, milliario plus minus decimo ex
,, corpore patrimonii Tiburtini. Idem
,, in eodem, Eraclio Praepoſito Co-
,, quinae Dominicae, fundum Caſa
,, Siri, ex corpore Maſſae Porculis,
,, patrimonii Lavicani. *Praeſtat auri*
,, *Solidum.* Idem in eodem, Gemmu-
,, lo Militi fundum Manricis, fun-
,, dum Maurini, fundum Villanova,
,, Viâ Praeneſtinâ, milliario plus
,, minus nono, ex corpore Maſſae
,, Varvarianae, patrimonii Lavicani.
,, *Praeſtant Biſant. LII. auri Solid.*
,, Idem in eodem, Carae Religioſae
,, Coloniam, quae dicitur Poſinis,
,, Viâ Latinâ, milliario ab Urbe
,, plus minus duodecimo, poſt abſi-
,, dam Baſilicae Sancti Petri, intra
,, Maſſam Marulis. *Praeſtat Biſant.*
,, *L. auri Solid.* Idem in eodem,
,, Euſtachio Presbytero *Monaſterium*
,, *Sancti Martini, ſitum in Surrento,*
,, cum omnibus ei pertinentibus.
,, Idem in eodem, Johanni Conſuli
,, Foſſam, quae dicitur Valanicum,
,, juxta Campum Veneris, milliario
,, ab Urbe Roma plus minus vigeſi-
,, mo, ex corpore Maſſae Fonteja-
,, nae, patrimonii Appiae. *Praeſtat*
,, *Biſant. L. auri Solid.* Idem, *Mona-*
,, *ſterium Sancti Silverii in Monte So-*
,, *racte* in perpetuum fundum Can-
,, cianum ex corpore Maſſae Caſtel-
,, lianae patrimonii Tuſciae, *ſub pen-*
,, *ſione Biſant. L. Q. ſiliquarum auri.*
,, Idem in eodem, Petro magnifico
,, Tri-

,, Tribuno Coloniam poſitam in Maſ-
,, ſa Pauli, ex corpore patrimonii
,, Appiae. *Praeſtat annue Biſant. L.*
,, *Q. auri Solid.* Idem in eodem,
,, Baſilio Θ Coloniam Aluini, ex
,, corpore Maſſae Ocris, patrimonio
,, Appiae in Aritia. *Praeſtat annue*
,, *Biſant. LI. auri Solid.* Idem Geor-
,, gio Presbytero fundum Criſpinis &
,, Ammonetis, Viâ Lavicanâ, mil-
,, liario plus minus XIII. ex corpo-
,, re Maſſae Fiſtis, patrimonio La-
,, vicano. *Praeſtat annue Biſant. L.*
,, *auri Solid.* Idem in eodem, Gem-
,, mulo Diacono fundum Dometio-
,, rum. Viâ Ardeatinâ, milliario
,, plus minus nono ab Urbe Roma,
,, ex corpore ſuburbani patrimonii
,, Appiae. *Praeſtat annue Biſant. auri*
,, *ſiliquas.* Idem in eodem, Sergiae
,, honeſtae feminae, fundum Seve-
,, rianum, ex corpore Maſſae Junio-
,, rum, patrimonii Lavicani. *Prae-*
,, *ſtat annue Biſant. LI. auri Solid.*
,, Idem in eodem Diaconiae San-
,, cti Euſtachii in perpetuum fun-
,, dum Clivis, fundum Querquetum,
,, & Placonianum, ex corpore Maſſae
,, Calcianae, patrimonii Lavicani,
,, *Praeſtat annue Biſant. LII. auri Solid.*
,, Idem in eodem, *Anaſtaſio Comiti* fun-
,, dum La Verna, ex corpore Maſſae
,, Laurentianae, praeſtantem *Biſant.*
,, *LI. Q. auri Solid.* & fundum To-
,, ranianum, ex corpore Maſſae Ci-
,, traſenſis, utraque patrimonii Ca-
,, jetani. *Praeſtant annue Biſant. V.*
,, *auri Solid.* Idem in eodem, *Theo-*
,, *doro Conſuli* in anno Vigeſimo No-
,, no *Inſulam Capris*, cum *Monaſterio*
,, *Sancti Stephani*, cum omnibus ſibi
,, pertinentibus. *Praeſtat annue in*
,, *auro quidem CVIII. Vini Megaricos*
,, *C.* Idem in eodem, *Theodoro Con-*
,, *ſuli* Caſale, quod dicitur Caſtro
,, Malore, quod *praeſtat annue Bi-*

A ,, *ſant. LII. auri Solid.*; & Caſale,
,, quod dicitur Nimfiſe, ſita utraque
,, infra Inſulam Capris, patrimonii
,, Neapolitani. *Praeſtat annue QQ.*
,, *auri Solid.* Idem in eodem, Ma-
,, tronae Religioſae Diaconiſſae, eju-
,, ſque filiis ac nepotibus, *Lacum*,
,, *qui dicitur Icaonia*, ex corpore
,, patrimonii Campaniae Neapolis.
B ,, *Praeſtat annue..... auri Solid.* Idem
,, in eodem, Euſtachio Presbytero
,, fundum Lauretum, & fundum
,, Maurorum extra Portam Sancti
,, Pancratii, Viâ Aureliâ, ex cor-
,, pore fundi Suburbani, patrimonii
,, Tuſciae. *Praeſtat annue QQ. auri*
,, *Solid.* Idem in eodem, Diaconiae
,, Sancti Euſtachii in perpetuum,
C ,, fundum Cervinariola, fundum Car-
,, dariola: *praeſtantes Biſant. L. auri*
,, *Solid.* fundum Pompilianum, fun-
,, dum Paganum, fundum Lampo-
,, nianum, fundum Signioba, fun-
,, dum Pompejanum, fundum Ga-
,, vianum, fundum Caplanum, fun-
,, dum Veranum, fundum Calecija-
,, num, fundum Conſtantianum, fun-
D ,, dum Camareilis, cum Caſalibus &
,, appendiciis ſuis. *Praeſtant Biſant.*
,, *LII. auri Solid.* Fundum Larincias,
,, fundum Pavianum, fundum Lam-
,, ponianum, *Biſant. L. auri Solid.*
,, *praeſtantes*; fundum Conſtantianum,
,, *praeſtans Biſant. dimidium auri Si-*
,, *liquas*; fundum Riccujanum, *prae-*
,, *ſtantem Biſant. dimidium auri Sili-*
E ,, *quas.* Et Caſale Torianum, fun-
,, dum Servilianum, fundum Natia-
,, num, fundum Ruſcellis, fundum
,, Silicella, fundum Gregorianum,
,, fundum Caſamontis, fundum Gaja-
,, num, *praeſtantes Biſant. LI. auri*
,, *Solid.* Fundum Saxonigro, *praeſtat*
,, *Biſant. L. auri Siliquas*: omnes ex
,, corpore Maſſae Caltianae. Fun-
,, dum Pigrinum, fundum Caſano-
,, va,

,, va, fundum Turritanum, fundum A
,, Laganum, fundum Calabruacanum,
,, fundum Trivitanum, *praeſtant Bi-*
,, *ſant. L. auri Solid.* poſita in Affi-
,, le, ex corpore Maſſae Pontianae,
,, patrimonii Lavicani. Et Maſſam
,, Furianam, cum fundo & Caſali-
,, bus, & omnibus ſuis. Fundum
,, Pacurianum, fundum Ancurianum,
,, fundum Caſagallorum, fundum Fu- B
,, ranianum, fundum Barbatianenſe,
,, fundum Caſanerciana, fundum Fi-
,, lianum, fundum Arcus, fundum
,, Patianum, fundum Scandilianum,
,, fundum Serenianum, fundum Ca-
,, ſatuſcis, fundum Caſalvicini, fun-
,, dum Caſnarellis, fundum Caſavi-
,, ni, fundum Caſaſimiana, fundum
,, Juſſianum, fundum Cetinianum, C
,, fundum Caſavaleriana, fundum Pi-
,, nianellum, *praeſtant Biſant. V. auri*
,, *Solid. & aureum unum*, ex corpore
,, Maſſae Alianae patrimonii Tiburti-
,, ni *praeſtat annue Biſant. XLII. Q.*
,, *auri Solid.* Idem in eodem, Theodo-
,, ſiae honeſtae feminae fundum Antia-
,, num cum omnibus ſuis, Viâ Ap-
,, piâ, milliario ab Urbe Roma plus D
,, minus vigeſimo ex corpore Maſſae
,, Nevianae, patrimonii Appiae,
,, *praeſtantem Biſant. L. auri Solid.*
,, Idem in eodem, *Theodoſio Conſuli*
,, *Monaſterium Sancti Pancratii*, ſitum
,, extra *Caſtrum Meſenate*, & Lacum
,, in annis viginti octo. Idem Ge-
,, neſiae honeſtae feminae, fundum
,, Capitonianum, fundum Doſtianum, E
,, fundum Viricaria, fundum Tatia-
,, num, cum omnibus ſuis etiam
,, aquimolis, poſita in Maſſa Camu-
,, ſtis juxta campum Barbaricum, ex
,, corpore patrimonii Appiae, *prae-*
,, *ſtantes Biſant. II. auri Solid. &*
,, *Vini Decimatas numero LXXX.* in
,, praeſentia Miſſi Para-Cellarii. Idem
,, in eodem, Cali.. Θ. honeſtae fe-
,, minae Coloniam Maſſae Cilianae,
,, patrimonii Appiae, *praeſtantem Bi-*
,, *ſant. L. Q. auri Solid.* Idem Anual-
,, do Tribuno fundum Caſamajorem,
,, & Longojejanum, ex corpore pa-
,, trimonii Lavicani, *territorio Prae-*
,, *neſtino*, milliario ab Urbe Roma,
,, plus minus vigeſimo uno, *prae-*
,, *ſtantem Biſant. L. Q. auri Solid.*
,, Idem in eodem, Mamalo fundum
,, Funianum, Viâ Praeneſtinâ, mil-
,, liario plus minus decimoquinto,
,, ex corpore Maſſae Alianae, patri-
,, monio Tiburtino, *praeſtat VIII.*
,, *auri Siliquas.* Idem in eodem,
,, *Stephano Exconſuli* fundum Flabis,
,, & fundum Orrea, ſita quinto mil-
,, liario ab Urbe Roma, Viâ Lati-
,, nâ; *praeſtat II. Solidos auri.* Idem
,, in eodem, Leontio Militi fundum
,, Anivas, & fundum Spatianum,
,, ſitos Viâ Numentanâ, milliario
,, ab Urbe Roma plus minus Unde-
,, cimo: *praeſtant Biſant. L. auri So-*
,, *lid.* Haec Gregorius junior.

,, *Zacharias* verò in ſuo item Re-
,, giſtro locat *Philicario Comiti* Maſ-
,, ſam Pelagianam, patrimonio La-
,, vicano: *praeſtat Biſant. LI. auri*
,, *Solid.* Idem in eodem, Chriſtopho-
,, ro Militi Maſſam Gallis, cum
,, omnibus ſuis pertinentiis, & fun-
,, dum Digitorum, & fundum Ga-
,, biis cum Lacu, & fundum Me-
,, tiorum, fundum Barbulianum, qui
,, & Sentianus; fundum Lucretia-
,, num, qui & Muſta; fundum Lam-
,, padiorum, qui & Fornellus; fun-
,, dum Flavianum, qui & Caſa Mo-
,, nachorum; fundum Medianum,
,, fundum Formicis, fundum Aure-
,, filis, ſitos in Burſano, territorio
,, Gabinate, ex corpore patrimonii
,, Lavicani. *Praeſtant Biſant. LIII.*
,, *auri Solid.* Idem in eodem, Alphio
,, Militi fundum Familicanum in

„ anno vigeſimo nono, ex corpore
„ Maſſae Appianae, patrimonio La-
„ vicano, *Praeſtat Biſant. auri Sili-*
„ *quas*. Idem in eodem, Theodoro
„ Notario Caſale Caſula, & Teſtia-
„ num: *praeſtat Biſant. L. auri Solid.*
„ & fundum Teranellum; *praeſtat*
„ *Biſant. QQ. auri Siliquas;* & fun-
„ dum Quadrantula; *praeſtat Biſant.*
„ *Q. auri Siliquas*, ex corpore Maſ-
„ ſae Talaſſarotis; & fundum Am-
„ phiteanorum, ex corpore Maſſae
„ Piranae, *praeſtat Biſant. L. auri*
„ *Solid.* Et campum poſitum in Scau-
„ riis, *praeſtat Biſant. Q. auri Sili-*
„ *quas:* omnia ex corpore patrimo-
„ nii Cajetani: *praeſtant omnia Biſant.*
„ *LII. auri Solid.* Idem in eodem,
„ Iſidoro fundum Sororum, & fun-
„ dum Virorum, Viâ Lavicanâ,
„ milliario plus minus XIV. *Praeſtat*
„ *Biſant. LI. auri Solid.* Idem in eo-
„ dem, Urſo fundum Ananiulas,
„ cum appendice ſuo Cucunulo, qui
„ eſt Corcorulum & Tabernale, po-
„ ſita in *Civitate Tiburtina*, ex cor-
„ pore Maſſae Intramuranae, patri-
„ monii Tiburtini. *Praeſtat Biſant.*
„ *LI. auri Solid.* Haec Zacharias.

„ *Septimus* verò *Papa Gregorius* in
„ ſexto Libro ſui Regiſtri dicit, *Ca-*
„ *ſtrum*, *quod dicitur Moriciccia*, bea-
„ ti Petri eſſe, ſitum in *Ducato Spo-*
„ *letano*, inter Muricem & Clari-
„ gnanum, in Plebe de Luzano, ex
„ redditione Gisleri, ſub uſufructu
„ vitae ſuae, & filii ſui, & legiti-
„ morum filiorum ejus. Item ex
„ primo Libro ejuſdem, Cap. LXVI.
„ *Croſcienſis Eccleſia in Epiſcopatu Si-*
„ *ſtoricenſi in Comitatu Folcaterii*,
„ beati Petri eſſe. Idem in eodem,
„ Cap. LXVII. legitur *Beatus Aegi-*
„ *dius* juri beati Petri ſubdidiſſe *Mo-*
„ *naſterium* ſuum, & Abbatis ejus
„ conſecrationem. Item in eodem,
„ Libro ſecundo, Cap. XV. legitur,
„ *Monaſterium Pultarienſe in Burgun-*
„ *dia in Epiſcopatu Lingonienſi*, juris
„ beati Petri eſſe. *Praeſtat XII. De-*
„ *narios*. Item ex Libro Septimo,
„ Cap. LXX. legitur, *Beatus Giral-*
„ *dus Monaſterium* ſuum ſitum in
„ *Provincia* in loco, qui dicitur *Au-*
„ *reliacus*, beato Petro tradidiſſe,
„ *ſub annua penſione X. Solidorum*.
„ Item ex eodem, Cap. LXXV. *Mo-*
„ *naſterium Salvatoris in Suevia*, in
„ *Epiſcopatu Conſtantiae* in Villa,
„ quae dicitur Scaphuſa, *ſolvit an-*
„ *nuatim Aureos XX.* quorum XX.
„ unciam faciunt. Item ex Octavo
„ Libro, Cap. XXIX. *Monaſterium*,
„ quod dicitur *Mons Major*, ſitum
„ in *Avernia*, *&* *Monaſterium San-*
„ *ctae Mariae de Craſſa*, in *Epiſcopa-*
„ *tu Narbonae*, juris beati Petri le-
„ guntur, & commiſſa ſub tutela
„ Abbatis Maſſiliae, qui regulariter
„ promovetur. Item ex eodem. Cap.
„ XXX. Eccleſia Sancti Petri in
„ *Epiſcopatu Pictavienſi* in Villa Ma-
„ ſcarans, a ſuis conditoribus Ro-
„ manae Eccleſiae tradita eſt; *&*
„ *unaquaeque domus ejuſdem Villae ſol-*
„ *vit annuatim VII. Denarios Picta-*
„ *vienſes*.

„ *Alexander Epiſcopus ſervus ſervo-*
„ *rum Dei*, *Suevi Regi Danorum*.
„ Inter cetera. *Quapropter pruden-*
„ *tiam tuam admonemus*, *ut Cenſum*
„ *Regni tui*, *quem anteceſſores tui*
„ *ſanctae Apoſtolicae Eccleſiae perſolve-*
„ *re ſoliti ſunt*, *nobis & Succeſſoribus*
„ *noſtris tranſmittere ſtudeat*, *ita ta-*
„ *men*, *ut non ſicut oblatio ſuper Al-*
„ *tare ponatur*, *ſed ut ſupra diximus*,
„ *tam nobis*, *quàm Succeſſoribus no-*
„ *ſtris*, *ut certius approbetur*, *prae-*
„ *ſentialiter offeratur*. Idem *Guillelmo*
„ *Regi Anglorum* inter cetera: *No-*
„ *vit prudentia tua*, *Anglorum Re-*
„ *gnum*,

,, *gnum, ex quo nomen Chriſti ibi* A
,, *clarificatum eſt, ſub Apoſtolorum Prin-*
,, *cipis manu & tutela extitiſſe, do-*
,, *nec quidam membra mali capitis*
,, *effecti, zelantes ſuperbiam patris*
,, *ſui Sathanae, pactum Dei abjece-*
,, *runt, & Anglorum Populum a via*
,, *veritatis averterunt*. Et paulo poſt:
,, *Nam ut bene noſti, donec Angli fi-*
,, *deles erant, piae devotionis reſpe-* B
,, *ctu, ad cognitionem Religionis, an-*
,, *nualem Penſionem Apoſtolicae Sedi*
,, *exhibebant, ex qua pars Romano*
,, *Pontifici, pars Eccleſiae Sanctae Ma-*
,, *riae, quae vocatur Schola Anglorum,*
,, *in uſum fratrum deferebatur*. Gre-
,, gorius VII. eidem Willelmo inter
,, cetera: *Rebus verò Sancti Petri,*
,, *quae in Anglia colliguntur, ſicut* C
,, *tuis, invigilare monemus, ſic libe-*
,, *ralitati tuae, ut tua committimus,*
,, *ut pium ac propitium debitorem Pe-*
,, *trum reperias, & eum tibi ex de-*
,, *bito ſubvenire admoneas*. In eodem
,, Regiſtro Alexandri, *Raimundus Wil-*
,, *lielmi Comes Urgellenſis* obtulit Bea-
,, to Petro in praefato Comitatu duo
,, *Caſtra*. Unum dicitur *Laboriola*, D
,, & alterum *Saltevola, ſub penſione*
,, *IV. unciarum auri*, eâ conditione,
,, ut poſteri ejuſdem Comitis acci-
,, piant de manu Pontificis praefata
,, Caſtella, & ab eodem anathemate
,, feriantur, quicumque ab eiſdem
,, eadem auferre tentaverint. Hujus
,, autem annuae Penſionis exactor &
,, Beati Petri actionarius eſt *Abbas* E
,, *Monaſterii Sancti Pontii*, quod eſt
,, juris Beati Petri, ſitum in *Dioece-*
,, *ſi Narbonenſi*.

,, Ex Regiſtro Gregorii VII. Pa-
,, pae Lib 8. Cap. 23. *Gregorius E-*
,, *piſcopus*, ſervus ſervorum Dei, di-
,, lectis filiis noſtris *Petro Albanenſi*
,, *Epiſcopo, & Giſulpho Principi Sa-*
,, *lernitano, Legatis noſtrae Sedis Apo-*
,, *ſtolicae in Gallias*. Inter cetera:
,, *Dicendum eſt omnibus Gallis, & per*
,, *veram obedientiam praecipiendum,*
,, *ut unaquaeque domus ſaltem unum*
,, *Denarium annuatim ſolvat Beato Pe-*
,, *tro, ſi eum recognoſcunt patrem &*
,, *paſtorem ſuum more antiquo. Nam*
,, *Karolus Imperator, ſicut legitur in*
,, *Tomo ejus, qui in Archivo Eccleſiae*
,, *Beati Petri habetur, in tribus locis*
,, *annuatim colligebat mille & ducen-*
,, *tas Libras ad ſervitium Apoſtolicae*
,, *Sedis: ideſt Aquiſgrani, apud Po-*
,, *dium Sanctae Mariae, & apud San-*
,, *ctum Aegidium, excepto hoc, quod*
,, *unuſquiſque propriâ devotione offere-*
,, *bat. Idem verò magnus Imperator*
,, *Saxoniam obtulit Beato Petro, cujus*
,, *eam devicit adjutorio, & poſuit*
,, *ſignum devotionis & libertatis, ſicut*
,, *ipſi Saxones habent ſcriptum, &*
,, *prudentes illorum ſatis ſciunt*. Item
,, ex Regiſtro eodem, Lib. 2. Cap.
,, 13. *Gregorius Epiſcopus Salomoni*
,, *Regi Hungarorum*. Inter cetera:
,, *Sicut a majoribus patriae tuae co-*
,, *gnoſcere potes, Regnum Hungariae,*
,, *ſacroſanctae Romanae Eccleſiae pro-*
,, *prium eſt, a Rege Stephano olim*
,, *Beato Petro cum omni jure & pote-*
,, *ſtate ſua oblatum, & devote tradi-*
,, *tum. Praeterea Henricus piae me-*
,, *moriae Imperator, ad honorem San-*
,, *cti Petri illud expugnans, victoriâ*
,, *adeptâ, ad Corpus Beati Petri,*
,, *Lanceam & Coronam Regis tranſmi-*
,, *ſit, & pro gloria triumphi ſui illuc*
,, *Regis direxit inſigniâ, quo principa-*
,, *tum ejus dignitatis attinere cogno-*
,, *vit. Quae quum ita ſint, tu ta-*
,, *men jus & honorem Sancti Petri,*
,, *quantum in te eſt, minuiſti, dum*
,, *ejus Regnum a Rege Theutonicorum*
,, *in beneficium, ſicut audivimus, ac-*
,, *cepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter*
,, *gratiam Beati Petri, aut noſtram*

,, *benivolentiam habere debeas, tu ipſe*
,, *juſtitiam attendis. Non ignoras vi-*
,, *delicet, te non eam habiturum, nec*
,, *ſine Apoſtolica animadverſione diu re-*
,, *gnaturum, niſi ſceptrum Regni, quod*
,, *tenes, correcto errore tuo, Apoſtoli-*
,, *cae, non autem Regiae, majeſtatis*
,, *beneficium recognoſcas. Neque enim*
,, *nos timore, vel amore, vel aliqua*
,, *perſonali acceptione, quantum Deo*
,, *adjuvante poterimus, debitum hono-*
,, *rem ejus, cujus ſervi ſumus, irrequi-*
,, *ſitum relinquemus. Verùm ſi hoc e-*
,, *mendare, & vitam tuam, ut Regem*
,, *decet, inſtituere Deo miſerante vo-*
,, *lueris, procul dubio dilectionem ſan-*
,, *ctae Romanae Eccleſiae, ſicut dilectus*
,, *filius, & noſtram in Chriſto amici-*
,, *tiam plene habebis.* Idem in eo-
,, dem, ad Geuſam Hungariae Re-
,, gem, Cap. *63.* inter cetera: *No-*
,, *tum verò tibi eſſe credimus, Regnum*
,, *Hungariae, ſicut & alia nobiliſſima*
,, *Regna, in propriae libertatis ſtatu*
,, *debere eſſe, & nulli Regi alterius*
,, *Regni ſubjici, niſi ſanctae & univer-*
,, *ſali matri Romanae Eccleſiae, quae*
,, *ſubjectos non habet ut ſervos, ſed ut*
,, *filios. Quod quia conſanguineus tuus*
,, *a Rege Theutonico, non a Romano*
,, *Pontifice uſurpative obtinuit, domi-*
,, *nium ejus, ut credimus, divinum ju-*
,, *dicium impedivit.* Idem in eodem
,, ad eumdem, Cap. 70. inter cete-
,, ra: *Verùm ubi contemto nobili do-*
,, *minio Beati Petri Apoſtolorum Prin-*
,, *cipis, cujus Regnum eſſe, prudentiam*
,, *tuam non latet, Rex ſubdidit ſe*
,, *Theutonico Regi, & Reguli nomen*
,, *obtinuit. Dominus autem injuriam*
,, *ſuo illatam Principi Petro videns,*
,, *poteſtatem Regni ſuo ad te judicio*
,, *tranſtulit. Et ita conſanguineus tuus*
,, *ſicut in obediendo Regno juris......*
,, *habuit, a ſe ſacrilegâ uſurpatione*
,, *privavit. Petrus enim a firma pe-*
,, *tra dicitur, quae portas Inferi con-*
,, *fringit, atque adamantino rigore*
,, *deſtruit & diſſipat, quidquid obſiſtit.*

,, Idem in eodem, *Demetrio Regi*
,, *Ruſſorum, & Reginae uxori ejus* in-
,, ter cetera Cap. 75. *Filius veſter,*
,, *Limina Apoſtolorum viſitans, ad nos*
,, *venit. Et quod Regnum illud dono*
,, *Sancti Petri per manus noſtras vel-*
,, *let obtinere, eidem Beato Petro A-*
,, *poſtolorum Principi debita fidelitate*
,, *exhibita, devotis precibus poſtulavit:*
,, *indubitanter aſſerens, illam ſuam*
,, *petitionem veſtro conſenſu ratam fore*
,, *ac ſtabilem, ſi Apoſtolicae auctorita-*
,, *tis gratiâ ac munimine donaretur.*
,, *Cujus petitionibus, quia juſtae vide-*
,, *bantur, tum ex veſtro conſenſu, tunc*
,, *ex donatione poſcentis, tamdem aſ-*
,, *ſenſum praebuimus, & Regni veſtri*
,, *gubernacula ex parte Beati Petri*
,, *illi tradidimus, eâ videlicet inten-*
,, *tione caritatis, ut Beatus Petrus*
,, *vos & Regnum veſtrum ſua apud Do-*
,, *minum interceſſione cuſtodiat.*

,, Item *quod Regnum Hiſpaniae ju-*
,, *ris Beati Petri ſit*, cognoſcitur ex
,, Regiſtro ejuſdem VII. Gregorii,
,, Primo Libro, Cap. 7. & item ex
,, Quarto Libro Cap. 28. quod ita ſe
,, habet: *Gregorius Epiſcopus, ſervus*
,, *ſervorum Dei, Regibus, Comitibus,*
,, *ceteriſque Principibus Hiſpaniae.* In-
,, ter cetera: *Praeterea notum vobis*
,, *fieri volumus, quod nobis quidem ta-*
,, *cere non eſt liberum, vobis autem*
,, *ad praeſentem & ad futuram glo-*
,, *riam valde neceſſarium; videlicet*
,, *Regnum Hiſpaniae ex antiquis con-*
,, *ſtitutionibus Beato Petro, & ſanctae*
,, *Romanae Eccleſiae in jus & proprie-*
,, *tatem traditum eſſe: quod nimium*
,, *hactenus & praeteritorum temporum*
,, *incommoda, & Anteceſſorum noſtro-*
,, *rum tacuit negligentia. Nam poſt-*
,, *quam Regnum illud a Saracenis per-*

,, *vaſum*

,, vaſum eſt, & ſervitium, quod Beato
,, Petro inde ſolebat fieri, propter in-
,, fidelitatem eorum & tyrannidem de-
,, tentum, ab uſu noſtrorum tot annis
,, interceptum eſt, pariter etiam rerum
,, & proprietatis memoria dilabi coe-
,, pit. Verùm quia divina Clementia,
,, conceſsâ vobis in hoſtes illos, ſem-
,, perque concedendâ victoriâ, Terram
,, in manus veſtras tradidit, ulterius
,, vos cauſam hanc ignorare nolumus,
,, ne quod ſupernus Arbiter legum, ac
,, juſtitiae conditor, de recuperanda ju-
,, ſtitia, & honore Beati Petri, eju-
,, ſque ſanctae & Apoſtolicae Sedis glo-
,, riae veſtrae ad benemerendum contu-
,, lit, aut nobis ex taciturnitate in
,, negligentiae culpam, aut vobis ex
,, ignorantia, quod abſit, ad detri-
,, mentum propoſitae & divinitus obla-
,, tae retributionis obveniat &c.

,, Ex Synodo habita in Dalmatia
,, a Legatis VII. Papae Gregorii,
,, ſcilicet a *Gebizone tunc Monaſterii*
,, *Sanctorum Bonifacii & Alexii Abba-*
,, *te, nunc verò Caeſenate Epiſcopo,*
,, nec non & a *Folcuino Foroſempro-*
,, *nii Epiſcopo*, quae Synodus habetur
,, in Archivo ſacri Palatii Latera-
,, nenſis, in qua de Regno & de
,, Rege Dalmatiae ita inter cetera
,, legitur: *De Cenſibus, ſive tributo*
,, *CC. Biſantiorum, quos debet Rex*
,, *Croatiae atque Dalmatiae*, & fide-
,, litate Eccleſiae Romanae praeſtita
,, ab eodem. *In nomine Sanctae &*
,, *individuae Trinitatis. Anno Domi-*
,, *nicae Incarnationis MLXXVI. Indi-*
,, *ctione XIV. Menſe Octobri. Ego De-*
,, *metrius qui & Sumimir nuncupor,*
,, *Dei gratiâ Croatiae Dalmatiaeque*
,, *Dux, a te Domne Gebizo ex Apo-*
,, *ſtolicae Sedis legatione, Domni noſtri*
,, *Papae Gregorii poteſtatem obtinens,*
,, *in Salonitana Baſilica Sancti Petri,*
,, *Synodali & concordi totius Cleri &*

A ,, *Populi electione, de Croatorum, Dal-*
,, *matinorumque Regni regimine per*
,, *vexillum, enſem, ſceptrum, & Co-*
,, *ronam inveſtitus atque conſtitutus*
,, *Rex, tibi devoveo, ſpondeo, & pol-*
,, *liceor, me incommutabiliter comple-*
,, *turum omnia, quae mihi tua reve-*
,, *renda injungit ſanctitas. Videlicet,*
,, *ut in omnibus & per omnia Apoſto-*
B ,, *licae Sedi fidem obſervem, & quid-*
,, *quid hoc in Regno tam Apoſtolica Se-*
,, *des, quàm ſui Legati ſanxerunt,*
,, *aut ſanxerint, irrevincibiliter cuſto-*
,, *diam, juſtitiam excolam, Eccleſias*
,, *defendam; primitiae, decimae, om-*
,, *niumque ad Eccleſias pertinentium,*
,, *procurator exiſtam; vitae Epiſcopo-*
,, *rum, Presbyterorum Diaconorum,*
C ,, *Subdiaconorumque, ut caſte, & re-*
,, *gulariter vivant, provideam: paupe-*
,, *res, viduas, atque pupillos prote-*
,, *gam; parentelae illicitam copulam*
,, *deſtruens, legitimam dotem anulo,*
,, *Sacerdotiſque benedictione conſtituam,*
,, *& conſtitutam corrumpi non permit-*
,, *tam; hominum venditionem contradi-*
,, *cam; atque in omnibus, quae ad re-*
D ,, *ctitudinis ſtatum congruunt, Deo au-*
,, *ctore, me aequum exhibeam. Ducen-*
,, *torum quoque Bizantiorum Tribu-*
,, *tum, meorum omnium conſultu Pri-*
,, *matuum, Sancto Petro per ſingulos*
,, *annos in Reſurrectione Domini, de*
,, *mihi conceſſo Regno perſolvendos ſta-*
,, *tuo; & ut poſt me regnaturi, hoc*
,, *idem perpetuò ſervent, cenſeo, cor-*
E ,, *roboro, atque ſancio. Dono inſuper,*
,, *concedo, atque confirmo Apoſtolicae*
,, *Sedi, Sancti Gregorii Monaſterium,*
,, *cui Urana eſt vocabulum, cum omni*
,, *ſuo theſauro, ſcilicet cum capſa ar-*
,, *gentea, reliquias ſacri Corporis eju-*
,, *ſdem Beati Gregorii continente, cum*
,, *duabus Crucibus, cum Calice & Pa-*
,, *tena, cum duabus coronis aureis,*
,, *gemmis ornatis, cum Euangeliorum*

,, *textu*

„ *textu de argento, cumque omnibus ſuis mobilibus & immobilibus bonis: ut Sancti Petri Legatis ſemper ſit ad hoſpitium, & omnino in poteſtate eorum. Hoc tamen interpoſito tenore, ut nulli alii poteſtati detur, ſed omni tempore Sancti Petri ſit proprium, & a me, meiſque ſucceſſoribus defenſum, atque ab omni homine liberum & ſecurum. Cujuſcumque autem audacia temerario auſu praefatum Monaſterium ex aſſignato theſauro privaverit, terribilem illam Judicis vocem, quam Diabolus cum ſui Angelis auditurus eſt, audiat. Praeterea, quum Deo ſervire regnare ſit, vice Beati Petri, & Domni noſtri Papae Gregorii, atque poſt ſe ſeſſurorum in Apoſtolica Sede, me tuis manibus committo, & committendo, hanc fidelitatem ſacramento ſtabilio. Ego, inquam, Demetrius, qui & Sumimir, Dei gratiâ & Apoſtolicae Sedis dono Rex, ab hac hora in antea Sancto Petro, & Domno meo Gregorio Papae, ſuiſque Succeſſoribus canonice intrantibus ero fidelis; & ut ipſe, ſive poſt eum futuri Pontifices, ſive Legati eorum vitam aut membra perdant, aut capiantur, neque in conſilio, neque in facto ero; & conſilium, quod mihi crediderint, ad illorum damnum ſcienter nulli intimabo. Regnum autem, quod mihi per manum tuam, Donne Gebizo, traditur, fideliter retinebo, & illud, ſuumque jus Apoſtolicae Sedi aliquo ingenio aliquando non ſubtraham. Domnum meum Papam Gregorium, & ſuos Succeſſores, atque Legatos, ſi in meam poteſtatem venerint, honorifice ſuſcipiam, & honeſte tractabo, & remittam, & undecumque me invitaverint, pro ut potero, eis ſimpliciterque ſerviam.*

A B C D E

„ Item in quodam Tomulo Lateranenſi inter cetera *Spicionerus Dux Boëmiae* accepit licentiam *a Papa Nicolao*, ſibi portandi mithram, & *promiſit ſe daturum omni anno C. Libras Argenti de Terra ſua, nomine Cenſus*. Ex Regeſto Gregorii Papae VII. Lib. 8. Cap. 27. legitur, quod *de ſingulis domibus Regni Francorum unus Denarius pro Cenſu Beati Petri perſolvebatur antiquitus. Gregorius, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis noſtris P. Albanenſi Epiſcopo, & G. Principi Salernitano Legatis noſtrae Apoſtolicaeque Sedis in Gallias, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vobis commiſſa negotia non latent; etiam vos ita ac ſi nos, quia noſtra in vobis praeſentia eſt, cuncta digne peragite. Dicendum eſt autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam praecipiendum, ut unaquaeque Domus ſaltem unum Denarium annuatim ſolvant Beato Petro, ſi eum recognoſcunt patrem & paſtorem ſuum, more antiquo. Nam Imperator Carolus &c.* ut ſupra jam deſcriptum fuit.

Nihil tamen uberius indicare poſſit, qui olim forent *Cenſus* Romanae Eccleſiae debiti, quàm Liber a *Cencio Camerario* hac ipſa de re ſcriptus. Hunc manu exaratum adſervari in Vaticana Bibliotheca, antea indicarunt Annalium Eccleſiaſticorum Scriptores Baronius & Raynaldus, qui etiam in uſum ſuum ejus Codicis monumenta ſaepe verterunt. Ibi verò praecipue curavit Cencius, ut deſcriberentur quicumque Cenſus tempeſtate ſuâ deberentur Lateranenſi Palatio, ſpatiis quoque vacuis identidem relictis, ne poſteris locus deeſſet adjiciendi, quos tempus adferre poſſet:

poſſet: id quod reapſe factum eſt. In eumdem autem Codicem conjecta fuere ab ipſo atque a ſucceſſoribus varia Inſtrumenta, ad res potiſſimùm Camerae Pontificiae pertinentia, & Saeculo XII. & XIII. fere omnia ſcripta. Quis autem *Cencius* fuerit, & quando floruerit, nunc aperiendum. Monuit jampridem praelaudatus Cardinalis Baronius, Scriptorem hunc Anno Chriſti MCXCI. in vivis fuiſſe, & quae ſub oculis ſuis contigerant de coronatione Henrici Regis VI. Imperatoris V. literis conſignaſſe. Et ſane ita ille ſe inſcribit in Praefatione ad Librum Cenſuum: *Ego Cencius quondam felicis recordationis Clementis Papae III. NUNC verò Domini Caeleſtini Papae III. Camerarius Sanctae Mariae Majoris Urbis Canonicus*. Heic nulla dignitatis Cardinalitiae mentio: ac proinde intelligere poſſumus, Cenſuum Librum juſſu ipſius Cencii, tunc tantummodo Camerarii (hoc eſt, ut vulgo ajunt, *Camerlengo*) Sanctae Romanae Eccleſiae, ſcriptum fuiſſe Anno MCXCI. aut MCXCII. Nam ſubſequente Anno MCXCIII. Cencium ipſum albo ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalium additum invenio. Teſtem profero Chartam ex illius Codice excerptam, in qua is appellatur *Centius Dei gratia Sanctae Luciae in Silice Diaconus Cardinalis, & Domini Papae Camerarius*.

Chartula refutationis Petri Latronis, atque Nepotis Domno Caeleſtino Papae III. factae, Anno 1193.

In nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Tertio, & Anno III. Pontificatus Domini Caeleſtini III. Papae, *Indictione XI. Menſe Julii. Nos quidem Petrus Latro filius quondam Petri Latronis, pro medietate ſubſcriptae rei, & ego Johannes Nicolai Mariae Johannis, adjunctus Curator Oddoni filio dudum Oddonis Petri Latronis, cujus Domina Lucina avia & tutrix eſt, a manibus Johannis Donadei Judicis datus ad agendum, & ſolutionem debitorum faciendum, & ad credita recipienda, ſicut per Inſtrumentum Inventarii, manu Leonis Scriniarii conſcriptum, apparet; pro ipſo Minore, & pro altera medietate inferioris rei, ambo ſimul & pariter in praeſentia Dominorum Judicum, Johannis Saxonis Archarii, & Henrici Dativi, & per eorum auctoritatem atque decretum, quantum ad dictum Minorem pertinet, propriâ noſtra voluntate renuntiamus, & jure tranſactionis in omnibus & per omnia generaliter refutamus vobis* Domino Centio, *Dei gratiâ*, Sanctae Luciae in Silice Diacono Cardinali, & Domini Papae Camerario, *mandato quoque, & procuratori in hac cauſa ſpecialiter conſtituto praefati Domini Caeleſtini, Dei gratiâ ſummi & univerſalis III. Papae, & ad opus & utilitatem ejuſque Succeſſorum perpetuo: ideſt omnes illas ducentas Libras Denariorum Papienſium, quas quondam* Dominus Innocentius Papa *Petro Latroni, avo mei Petri Latronis, & proavo dicti Minoris debuiſſe dignoſcitur; pro quibus &* Caſtrum Saxi, Civitatem Veterem, Gobitam, & Caſale, quod dicitur Vulgare, *in pignus conceſſit, & in beneficium dedit, ſicut per Privilegium praedicti Domini Papae Innocentii apparet; quod etiam pariter per Privilegium, quod mihi Petro & Oddoni*

Oddoni fratri meo, patri olim dicti Minoris, Dominus Papa Alexander III. *ad ejus inſtar, & in eundem modum, innovandi animo fecit, nihilominus comparet: in quo nobis pro eiſdem ducentis Libris Denariorum Papienſium dicta Caſtra obligavit, & in beneficium dedit, praeter* Civitatem Veterem, *quam tunc refutavimus. Quae verò Privilegia amodo in omnibus infringimus & caſſamus, ita quod nullius penitus momenti habeantur. Necnon refutamus vobis, ut dictum eſt, omnes illas quinquaginta Libras Provenienſium, quas in alia manu praelibatus Dominus Papa Alexander nobis debuit, prout in ſuo Privilegio nunc uſque comparuit, quod pariter infringimus & caſſamus, & praedictum beneficium Caſtrorum penitus refutamus. Quodcumque itaque jus, & quamcumque actionem perſonalem & in rem, ſive hypothecariam adversùs praelibatum Dominum Papam Coeleſtinum, & in ejus poſſeſſionibus & bonis, & ſpecialiter in dictis Caſtris & Caſali nobis obligatis, & in beneficiis datis tam jure vel occaſione beneficii, quàm etiam reſpectu obligationis, & totius praefixae pecuniae & ejus fructuum vel acceſſionum habemus, vel habere quoquo modo poſſemus, etiam undecumque & quomodocumque uſque modo cujuſlibet cauſae vel rei occaſione, adversùs Dominum Papam Caeleſtinum, & in dictis Caſtris, & aliis bonis ſuis quaerere vel litigare poſſemus, vobis pro eo, & ſuis Succeſſoribus, ut dictum eſt, procuratorio nomine, in omnibus & per omnia generaliter jure tranſactionis refutamus. Pro eo quod vos pro dicto Domino Papa, cujus Procurator eſtis, & ex ejus pecunia pro omni jure noſtro mihi Petro Latroni centum Uncias boni auri de Rege ſolvitis causâ tranſactionis, & mihi Johanni Nicolai pro*

A *dicto Minore praedicto jure tranſactionis, & decreto praedictorum Judicum alias centum auri uncias datis & ſolvitis, quas omnes pro ipſo Minore, & eorumdem Judicum decreto, pro paterno debito ipſius Minoris ſolvo filiis quondam Domini Stephani Normanni, qui partem ejuſdem Minoris* Caſtri Cereris *intus & de foris nunc uſque ſub*
B *uſuris pignori habuerunt, ſicut per inſtrumentum, manu Johannis Kalo Scriniarii ſcriptum, uſque modo apparuit, quod mihi inciſum reddiderunt. Propterea ego Johannes Nicolai pro dicto Minore, & ego Petrus Latro, ex ipſis ducentis auri unciis, & ex omni jure noſtro, & ipſius Minoris, quietos bene vocamus, & non ſolutae pecuniae*
C *exceptionem refutamus. Et quia diu inter nos, & dictum Dominum Papam Caeleſtinum & praedeceſſores ejus non ſolùm ex praedicto beneficio Caſtrorum, verùm etiam ex univerſa praelibata pecunia nomine impenſarum conceſſa lis vel altercatio exſtitit nonnullis quaeſtionibus innodata, talem nobis dictus Dominus Papa exceptionem proponebat,*
D *dicens, beneficium dantis vel accipientis morte finiri, & dictam pecuniam totam vel partem eſſe nobis ſolutam, multis allegationibus aſſerentes; nos tamen non aliis probationibus, ſed per praedicta Privilegia noſtram intentionem fundare nitebamur. Tamdem Dominorum Cardinalium, & aliorum prudentum virorum partibus intervenientibus, pla-*
E *cabili pacto ad hanc tranſactionem pervenimus, quum tam majori quàm minori de re dubia & lite incerta poſſe tranſigere a legibus permittatur. Ideoque amodo praedictus Dominus Papa & Succeſſores ejus ex hac cauſa quieti ſemper & pacifici maneant. Inſuper etiam promittimus, hoc noſtrum jus, ſcilicet mei Petri, & dicti Minoris, totum vel partem nemini conceſſum, vel aliter*

ter

ter alienatum habere. Et ſpecialiter ego Petrus promitto, ſi praedictus impubes vel alter ejus reſpectu, vel pro eo aliquo in tempore contra hanc refutationem venire praeſumſerit, eum quieſcere faciam. Si noluero, vel non potuero, & damnum aliquod ejus occaſione dictus Dominus Papa & ejus Succeſſores paſſi fuerint, tam ex hoc quàm ex conceſſione vel alienatione praedicti juris noſtri facta, ſi apparuerit, quod abſit, quanti utriuſque cauſae damni exſtiterit, tantùm auctoritate propria, & ſine offenſa juris, & alicujus Curiae proclamatione, in meis rebus & poſſeſſionibus ruſticis & urbanis eis placentibus jure pignoris vendicent, & eis plenarie ſatisfaciant. Et ſi contradicere voluero, a jure, quod in eiſdem bonis habeo, cadam, & tantumdem pro poena praeſtare tenear. Et huic promiſſioni ſciens me legibus adjuvari, eo quod pro Minore intercedo, illud ſcilicet juris vel legum auxilium, & omne aliud, quod pro me in hac cauſa omnino introductum eſt, omnino refuto. Praeterea ego dictus Petrus Latro, & Praefatus Johannes Nicolai pro dicto Minore in omnibus praedictis Capitulis refutamus omne jus & omnem exceptionem, qua uti poſſemus quoquo modo ad infringenda, quae dicta ſunt omnia. Noviſſime autem ego Petrus Latro pro me & meis heredibus & ſucceſſoribus, & ego Johannes Nicolai pro dicto Minore, & ejus heredibus & ſucceſſoribus, officio, quo fungor, vobis pro dicto Domino Papa, & ejus Succeſſoribus, ut dictum eſt, procuratorio nomine, hanc refutationem, & omnia, quae denotantur, ſuperius obſervare, defendere, & adimplere promittimus, ſub poena ſupradictarum ducentarum unciarum auri duplarum, & ſolutâ poenâ haec Chartula nihilominus in ſua maneat firmitate. Quam ſcribere rogavi Johannem Leonis Scriniarium in Menſe & Indictione ſupradicta.

Dominus Johannes Guidonis de Papa, teſtis.

Dominus Toſtus Petri Deſvoſſalvet, teſtis.

Petrus de Centio, Domini Papae Uſcerius, teſtis.

Paulus Malagromus, Domini Papae Uſcerius, teſtis.

Petrus Roberti, ſimiliter Uſcerius, teſtis.

Clemens Uſcerius, teſtis.

Ego Johannes Leonis, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, habens poteſtatem dandi tutores, & curatores, emancipandi etiam, decretum interponendi, & alimenta decernendi, complevi & abſolvi.

Anno quoque MCXCV. iiſdem muneribus fungebatur Cencius: cujus rei fidem nobis faciet Inſcriptio in aereis Portis Baſilicae Lateranenſis exiſtens, a Torrigio memorata in Lib. *Le Grotte Vaticane*, Part. 2. Cap. 2. videlicet.

INCARNATIONIS DOMINICÆ
ANNO MCXCV.
PONTIFICATVS VERO (*) VI.
CENCIO CAMERARIO
MINISTRANTE
HOC OPVS FACTVM EST.

Alteram Inſcriptionem Romae poſitam

ANNO V. CELESTINI III. PP.
CENCIO CARDIN. S LVCIE
EJVSDEM DNI PAPE CAMERARIO
JVBENTE.

 refert

(*) Adde *Caeleſtini III. PP. Quarto*, aut *Quinto*.

refert Johannes Severanus in Lib. Memor. Sacr. pag. 535. Spectat illa ad Annum Chriſti MCXCIV. Hiſce monumentis addo alia duo Inſtrumenta ad Civitatem Caſtellanam pertinen- A tia, quam Hadrianus IV. Papa pignori olim dederat Johanni Caparroni. Ibi quoque Cencii ipſius mentio occurrit. Haec accipe, qualia leguntur in eodem Cencii Codice MSto.

Chartula refutationis filiae Johannis Caparronis ſuper Civitate Caſtellana, Anno 1195.

B *IN nomine Domini. Amen. Anno ejuſdem Incarnationis Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Quinto, Indictione XIII. Menſis Januarii die XX.* temporibus Domini Caeleſtini ſummi Pontificis, & univerſalis Papae III. *Ego quidem Sophia filia olim Johannis Caparronis, hac die praeſenti, propria mea bona voluntate, nulla fraude, vel dolo inducta, nec vi etiam coacta, refuto, renuntio atque remitto ſanctae Romanae Eccleſiae, & Domno Caeleſtino ſummo Pontifici, & tibi Domno Presbytero Simeoni, conſtituto a Cardinalibus, ſcilicet* Domno Centhio Camerario Domini Papae, & Diacono Cardinali Sanctae Luciae, & Domno Cencio Cardinali Sancti Laurentii in Lucina, Domno & Magiſtro Fidancio Cardinali Sancti Marcelli, *ſuper hac cauſa Procuratori, omne jus, & omnem actionem ſive rationem vel etiam petitionem, quamcumque uſque modo habui, vel habere potui, ſive putavi quocumque modo adversùs Romanam Eccleſiam, vel etiam in pignoribus, a dicta Eccleſia patri meo Johanni Caparronis conſtitutis, ſcilicet in* Civitate Caſtellana *intus & foris, & in ejus Comitatu, & in Julianello, & Montalto, & * generaliier ubicumque de ipſis pignoribus aliquid eſſe invenitur, nullâ mihi amplius in toto illo pignore reſervatâ conditione, propterea quia fratribus meis bene ſolutum eſſe profiteor totum debitum, propter quod praedicta bona patri meo fuerunt obligata. Et de omnibus, quae ex illa pecunia, vel ex illo debito ad me pervenire debuerunt, ſive ex ſucceſſione paterna, ſive ex patris teſtamento, vel quocumque alio modo, me bene quietam voco, & exceptioni non numeratae pecuniae inde renuntio. Praeterea promitto tibi Domno Presbytero Simeoni legitime ſtipulanti* C *coram ſubſcriptis teſtibus, me dictum jus, ſcilicet de jam dicto pignore, nulli perſonae vendidiſſe, neque donaſſe, vel ullo etiam alio modo alienaſſe. Et hoc ita verum eſſe, & dictam refutationem ſeu remiſſionem ſemper ratam habere, & nullo modo contra venire vel per me, vel per ullam ſubmiſſam perſonam, firmiter promitto, & per* D *ſancta Dei Euangelia corporaliter manu propriâ juro, renuntiatis ſuper jam dictis omnibus, omni juris ſeu conſuetudinis beneficio. Quae omnia ſi plene firmiterque non obſervarem, vel ſi in aliquo contra hujus paginae tenorem aliquando venire tentarem, tunc poſt reatum perjurii, una cum meis heredibus, tibi Presbytero Simeoni procuratorio* E *nomine pro Eccleſia Romana, & omnibus, quibus pro ipſa Eccleſia quocumque modo petitio competeret, ante omne litis initium, quatuor Libras optimi auri ſolvere nomine poenae promitto, & poenâ ſolutâ haec Chartula firma & incorrupta permaneat. Quam ſcribere rogavimus Fulconem Judicem, in Menſe & Indictione ſupraſcripta.*

✠✠ *Si-*

✠✠ *Signum manus dictorum Presbyteri Simeonis, & Dominae Sophiae, hujus Chartulae rogatum.*

✠ *Domnus Johannes Petri, Romanae Curiae Subdiaconus.*

✠ *Domnus* R. Electus Civitatis Caſtellanae.

✠ *Presbyter Benencaſa:*

✠ *Magiſter Guido:*

A ✠ *Magiſter Orrigo majoris Eccleſiae Canonici dictae Civitatis.*

✠ *Rainerius Petri Radulfi:*

✠ *Johannes Malavolta:*

✠ *Johannes Landulfi:*

✠ *Anaſtaſius, Caſtellanae Civitatis Milites.*

Fulco divinâ gratiâ Romanae Eccleſiae Judex & Notarius, hanc paginam ſcripſit, & abſolvit.

Chartula refutationis factae a filiis Johannis Caparronis ſuper facto Civitatis Caſtellanae, Anno 1195.

IN *nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Nonageſimo Quinto, & Anno IV. Pontificatus* Domini Caeleſtini III. Papae, *Indictione XIII. Menſe Junio, die XI. Nos quidem Milo & Rainuccius germani fratres, filii quondam Johannis Caparronis, ſcilicet ego Rainuccius una cum dicto Milone fratre & Curatore meo, in hoc mihi a manibus Dominorum Judicum dato, videlicet Saſſonis Primicherii, Oddonis Johannis Pazzi Secundicherii, & Johannis Saiſſonis Arcarii, atque Petri Romani de Scriniario, & Petri Pauli Rubei, Dativorum, in eorumdem praeſentia, & per eorum auctoritatem atque decretum quantùm ad me Rainuccium pertinet, in praeſentia etiam Advocatorum Domni Petri de Judice & Pauli Conſulini, ac teſtium ſubſcriptorum; in praeſentia quoque Dominorum Cardinalium, videlicet* Domni Cencii titulo Sancti Laurentii in Lucina Preſbyteri Cardinalis, *& Domni Fidancii Preſbyteri Cardinalis titulo Sancti Marcelli; propria noſtra voluntate renuntiamus, & generaliter refutamus vobis* Domno Centhio *Dei gratiâ* Eccleſiae Sanctae Luciae in Silice Diacono Cardinali, & Domini Papae Camerario, *manda-*
B *to quoque & procuratori praedicti Domini Caeleſtini, ad opus & utilitatem ejus, ejuſque Succeſſorum, ac totius Romanae Eccleſiae perpetuo; ideſt omnes illas Centum viginti quinque Marcas boni argenti, quas nobis nunc uſque Romana Eccleſia, & ſpecialiter praedi-*
C *ctus Dominus Papa debuit, pro quibus praelibato olim patri noſtro, & aliis ſuis conſortibus quondam* Dominus Papa Adrianus IV. *obligavit, & jure pignoris tradidit* Civitatem Caſtellanam *& univerſum Comitatum ejus, atque Montemaltum, ſicut per Privilegium ipſius Domini Papae Adriani apparet, quod, quantùm ad nos pertinet,*
D *caſſum amodo & inutile ſit, & nullius momenti penitus habeatur. Quodcumque itaque jus, & quamcumque actionem perſonalem & in rem, ſive hypothecariam, adversùs Romanam Eccleſiam, & ſpecialiter adversùs dictum Dominum Papam Caeleſtinum, & in omni patrimonio Eccleſiae Romanae, & ſpecialiter in praedictis pignoribus nobis*
E *hactenus obligatis tam jure vel occaſione praefixae ſortis nobis competentis, quàm etiam lucri, uſurarum, fructuum, vel acceſſionum ejus, & poenae & omnis cauſſae habemus, vel habere quoquo modo poſſemus, vobis, ut dictum eſt,*

pro dicto Domino Papa, & ſuis Succeſſoribus, procuratorio nomine generaliter in omnibus & per omnia refutamus. Et dicta pignora, quantùm ad nos pertinet, & ſpecialiter Civitatem Caſtellanam, & quidquid in ea intus & foris habemus praedicto jure pignoris, deliberamus, & ab omni jugo obligationis abſolvimus & relaxamus. Et reſtitutionem domorum, terrarum, & vinearum, aliarumque cauſarum, quas in dicta Civitate Caſtellana intus & de foris uſque modò tam in corporibus quàm in actionibus conſtitutas tenuimus, quam etiam reſtitutionem ipſi Domino Papae per ejus ſubditos jam fecimus, in omnibus & per omnia confirmamus. Praeterea cedimus & mandamus vobis pro dicto Domino Papa & ſuis Succeſſoribus, ut dictum eſt, procuratorio nomine, omne jus & omnem actionem perſonalem & in rem, tam etiam ad agendum, quàm excipiendum, quod, quamve in omnibus praedictis pignoribus habemus, & adversùs quamcumque perſonam eorumdem reſpectu habere quoquo modò poſſemus. Ita ut quidquid uſque modo noſtro jure & nomine agere vel excipere poſſemus, vos amodo nomine & jure praedicti Domini Papae agatis, & excipiatis, & ut utili & directa poſſitis actione intendere, vos in re praedicti Domini Papae procuratorem facimus. Hanc autem refutationem, & quae dicta ſunt omnia vobis, ut dictum eſt, facimus pro eo, quod vos pro ipſo Domino Papa, & ex ſuo argento, ut dictum eſt, procuratorio nomine, mihi Miloni pro medietate, & mihi Rainuccio, & dicto fratri & curatori meo pro me pro altera medietate, decreto praedictorum Judicum, quantum ad portionem mei Rainuccii pertinet, redditis, datis, atque perſolvitis praelibatas Centum viginti quinque Marcas argenti. De quibus omnibus, & de omni noſtro jure ſortis, fructuum & uſurarum, & omnis cauſſae nos bene quietos vocamus, & non ſolutae pecuniae vel argenti exceptionem omnino refutamus. De quibus etiam Viginti Libras Lucenſium Sophiae Sorori noſtrae ſolvimus, quas ex hoc argento Pater olim noſter in ſuo teſtamento dudum dari praecepit. Ideoque amodo dictus Dominus Papa & tota Romana Eccleſia quiete ſemper & pacifice ex hac cauſa permaneat. Ad haec autem promittimus vobis, ut dictum eſt, procuratorio nomine, ſi aliquo in tempore per dictam Sororem noſtram, vel per ejus ſucceſſores, vel heredes, vel per aliam quamlibet perſonam, ſeu etiam per obligationem, conceſſionem, vel alienationem a dicto olim Patre noſtro, vel a nobis factam, ex hac cauſa praedictus Dominus Papa, & Succeſſores ejus, vel Eccleſia Romana damnum aliquod patiatur, quanti erit damnum, tantum in noſtris bonis eis placentibus ſine juris offenſa & alicujus Curiae proclamatione, jure pignoris auctoritate propria vendicent. Et ſi contradicere voluerimus, a jure, quod in eiſdem bonis habebimus, cadamus, & ipſum damnum duplum emendare teneamur. Pro quo damno ſi acciderit, & ſubſcripta poena, ſi incidimus, omnia noſtra bona, quae habemus ubilibet, & habebimus, vobis pro dicto Domino Papa & ſuis Succeſſoribus obligamus, & pro nobis & noſtris heredibus & ſucceſſoribus precario poſſidemus a dicto Domino Papa & Succeſſoribus. Item tactis ſacroſanctis Euangeliis juramus & promittimus, nullo umquam in tempore plus vel majorem ſummam petere ipſi Domino Papae & ſuis ſucceſſoribus, vel Eccleſiae Romanae; & hanc refutationem, & quae dicta ſunt omnia obſervare, & contra ea neque ratione deceptionis, neque minoris aetatis, quantùm ad me Rainuccium

cium pertinet, nec aliter ullo modo venire. Et ſpecialiter ego Rainuccius juro, ex quo legitimam vigintiquinque annorum aetatem habuero, confirmare, ſi a dicto Domino Papa, & ſuis Succeſſoribus excitatus ero. Noviſſime autem tam pro nobis, quàm pro noſtris heredibus & Succeſſoribus, vobis pro dicto Domino Papa & ſuis ſucceſſoribus & tota Romana Eccleſia hanc refutationem, & quae dicta ſunt, omnia obſervare & adimplere promittimus ſub dicto juramento, & ſub poena ſupradicti argenti ſummae duplâ: & ſolutâ poenâ haec Chartula firma permaneat. Quam ſcribere rogamus Johannem Leonis Scriniarium in Menſe & Indictione ſupraſcripta XIII.

Petrus Sarracenus Domini Papae Seneſcalcus, teſtis.

Petrus Sarracenus Johannis Scriniarii, teſtis.

Bartholomaeus de Verulis, teſtis.

Johannes Gregorii, teſtis.

Bellushomo, teſtis.

Ego Johannes Leonis, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, habens poteſtatem dandi tutores & curatores, emancipandi, decretum interponendi, & alimeta decernendi, complevi, & abſolvi.

A Ex his autem Chartis elucet, eodem quoque tempore floruiſſe alterum *Cencium Cardinalem Sancti Laurentii in Lucina*, qui heic a Cencio noſtro diverſitate nominis diſtinguitur. Anno autem MCXCVIII. ſub Innocentio III. occurrit mihi *Frater Richardus Domini Papae Camerarius*. Tum Anno MCCIV. *Octavianus Dei gratiâ Domini Papae Innocentii III. conſobrinus & Camerarius*. Ac deinde
B Anno MCCVIII. & MCCXV. *Stephanus Domini Papae Camerarius*. Ergo Cencius noſter Camerarii munus ante Annum MCXCVIII. depoſuerat. Et ille quidem Anno MCCVIII. ad gradum Presbyterorum Cardinalium aſcendiſſe deprehenditur, atque aſſumſiſſe titulum *Sanctorum Johannis &*
C *Pauli*. Tabulas in promptu habeo, in quibus mentio occurrit *Cinthii titulo Sancti Laurentii in Lucina, & Cinthii titulo Sanctorum Johannis & Pauli*. Poſtremus hic idem mihi creditur, atque is, cui *Librum Cenſuum* debemus. Chartam ipſam prodere juvat nondum editam, ex ejuſdem Cen-
D cii Codice depromptam, utpote profuturam ad inluſtrandam Cardinalium ſeriem, atque ipſam eorum temporum Hiſtoriam.

Inſtrumentum de fidelitate praeſtita Domino Papae a Comite Riccardo de Sora, Anno 1208.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejuſdem Milleſimo Ducenteſimo Octavo, Pontificatus verò Domini Innocentii III. Papae *Anno XI. Indictione XI. menſe Octobri, die VI. Acta publica, ſi literarum memoriae tradita fuerint, nube oblivionis remotâ, proſperâ inſpectione clareſcunt. Quapropter ego Johannes de Sancto Laurentio, Sanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius,*

E *mandato & praecepto Domini Innocentii III. Papae, juramentum praeſtitum eidem Domino Papae, Succeſſoribus ſuis, & Eccleſiae Romanae, in Palatio Epiſcopi Ferentini, a* Comite Riccardo de Sora *ſicut vidi, audivi & interfui, publicis literis ſcribere curavi.* Comes Riccardus de Sora *juravit fidelitatem, & fecit ligium homagium Domino Papae Innocentio, Succeſſoribus ſuis & Eccleſiae*

cleſiae Romanae, in praeſentia Dominorum Johannis Albanenſis, Johannis Sabinenſis, Nicolai Tuſculani, Hugonis Oſtienſis, Epiſcoporum, Cinthii titulo Sanƈti Laurentii in Lucina, Cinthii titulo Sanƈtorum Johannis & Pauli, Benediƈti titulo Sanƈtae Suſannae, Rogerii titulo Sanƈtae Anaſtaſiae, Petri titulo Sanƈtae Pudentianae, Presbyterorum Cardinalium, *&* Johannis Sanƈtae Mariae in Coſmedin, ſanƈtae Romanae Eccleſiae Cancellarii, Johannis Sanƈtae Mariae in Vialata, Pelagii Sanƈtae Luciae in Septem Solis, Diaconorum Cardinalium, *Raynaldi Domini Papae Acolyti, & Laicorum ſubſcriptorum: Pro* Polo, *& alia Terra, quae olim fuit Oddonis de Polo, quam ipſe tenet; eo ſalvo, quod ſi aliqua perſona pro diƈta Terra Comiti praefato movere voluerit quaeſtionem, ipſe Comes teneatur ei in Curia Eccleſiae Romanae juſtitiae plenitudinem exhibere. Ceterum de* Caſtro Vallis Montonis, *de* Sacco, *de* Plumbinaria, *juravit facere guerram & pacem contra omnes homines ad mandatum eorum, & ad hoc haeredes & ſucceſſores ſuos in perpetuum obligavit. De* Comitatu *verò* Sorano *juravit ſimiliter facere guerram & pacem de mandato ipſorum, ſalva fidelitate, & ſalvo mandato Regis Siciliae. Et idem Dominus Papa inveſtivit diƈtum Comitem per cuppam argenteam deauratam. Praeſentibus & conſentientibus & approbantibus omnibus praeſcriptis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Cardinalibus, & injungentibus mihi Scriniario, ut hujuſmodi juramentum publicis literis exararem.*

Hi interfuerunt in Palatio Ferentini, coram Domino Papa, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Cardinalibus: Dominus Loterius, Dominus Stephanus Tobaldi, Dominus Romanus de Baron-

A *cho, nobiles Cives Romani, Dominus Lando de Montelongo, Dominus Lando de Colle de Mende, Dominus Guido de Colle de Mendo, Benediƈtus de Averſa, & alii.*

Ego Johannes de Sanƈto Laurentio, Sanƈtae Romanae Eccleſiae Scriniarius, ſicut vidi, audivi & interſui, ſcripſi, complevi & abſolvi.

B Atque haƈtenus *Cencium* ſeu *Centhium*, ſeu etiam *Cinthium* Cardinalem ſanƈtae Romanae Eccleſiae vidimus. Nunc addendum eſt, eumdem Anno MCCXVI. Romanum Pontificem fuiſſe renuntiatum, atque Eccleſiae Dei praefuiſſe ſub nomine *Honorii Tertii*. Id Abbas Urſpergenſis C Auƈtor ſynchronus teſtatur, atque aliis monumentis evincit Raynaldus in Annalibus Eccleſiaſticis. En ergo quàm egregius, ſummeque venerandus vir fuerit *Cencius*, ſeu *Centhius* aut *Cinthius*, Auƈtor Libri Cenſuum, nunc a me evulgandi. Et eum quidem lubentiſſime ab Eruditis excipiendum ſpero. Ibi enim *Epiſcopatus* D omnes deſcriptos habemus, quos Seculo XIII. Occidentalis Eccleſia numerabat. Ibi *Monaſteriorum & Eccleſiarum* ingens copia occurit, ibi diverſa pecuniae genera; ibi quae Coenobia & Eccleſiae immunitate olim fruerentur, unique Apoſtolicae Sedi ſubeſſent. Exciderunt ex his multa; deſiere quoque Cenſus non pauci, E quorum omnium complexio non tenuem Romanae Eccleſiae proventum olim pariebat. Sed & haec omnia noſſe, ad Eruditionis Eccleſiaſticae augmentum ſpeƈtat. Cum hiſce componere poteris Bullam Nicolai IV. Papae, editam a Clariſs. Monachis Benediƈtinis Martene & Durand., in Tom. 2. pag 1301. Veter. Scriptor. Colleƈt. ubi recenſentur Cenſus Romanae

manae

manae Eccleſiae perſolvendi Anno MCCXG. ab Eccleſiis & Monaſteriis Gallicis. Unum tantummodo diſſimulandum non eſt, ſcilicet Cencii Libro addita quaedam ſubinde fuiſſe a Succeſſoribus Camerariis; ac propterea minime mirere ſi in pauca Monaſteria occurras, Saeculo duntaxat XIII. fundata. Horum additamentum nihil officit fidei Codicis, quo ſum uſus, neque dubium facit primum ac germanum hujus Catalogi Auctorem.

Incipit Liber Cenſuum Romanae Eccleſiae, a Centio Camerario Compoſitus, ſecundùm antiquorum patrum (*) Regeſta & memorialia diverſa, Anno Incarnationis Dominicae MCXCII. Pontificatus Caeleſtini Papae III. Anno II.

E*Ccleſiae Romanae Cenſuum Opus jam retroacto tempore a quibuſdam aliis ordinatum, cur reordinare opus fuerit & neceſſe, ego* Centius quond. *felicis recordationis* Clementis Papae III. nunc *verò* Domini Caeleſtini Papae III. Camerarius, Sanctae Mariae Majoris Urbis Canonicus, *breviter & aperte reſpondeo. Quum felicis memoriae* Eugenius *primo, &* Adrianus Papa *Succeſſor ipſius, & quidam alii deinde quaedam memorialia, ſemiplena tamen, nec authentice ſcripta, ſeu ordinata in ſcriptis de Cenſibus redegiſſent, & poſteri ſive Succeſſores eorum per memorialia ipſa, quae Eccleſiae, vel Monaſteria, Hoſpitalia, ſeu Domus Eleemoſynariae (quod ferme idem eſſe dignoſcitur) quae etiam Civitates, Caſtella, Villae, vel Domus ſpeciales, ſeu qui Reges, aut Principes in jus & proprietatem Beati Petri & Sanctae Romanae Eccleſiae perſiſtentes, Cenſuales eſſent, vel quantum deberent perſolvere, inſtrui plenarie non valerent: eadem Romana Eccleſia detrimentum incurrebat non modicum & jacturam. Id utique comperiens & videns, me de facili poſſe remedium huic damno praeſtare recognoſcens etiam perſonam meam, a Sancta Romana Eccleſia primis a cunabulis educatam, promotam in omnibus & creatam, vigilanti atque vehementi meditatione motus, Cenſus ipſos, ſicut in Thomis charticiniis, & voluminibus Regeſtorum antiquorum Pontificum Romanae Eccleſiae & modernorum, & aliorum Librorum quorumdam, ſeu memorialium veracium inveni, etſi non omnes producens in medium, certis Regnis, Provinciis, Epiſcopatibus, atque Locis a praemiſſis tamen Patribus ſanctis primitus conſtitutos, in quantum facultas permiſit, ut inferius annotabitur, inſignivi. Novos cenſus, qui meo tempore in Romana fuerunt Eccleſia conſtituti, vel amodo ſtatuentur, in hoc volumine ſtudioſe depingens, ex hoc Succeſſoribus meis praeſtans materiam univerſis, qualiter de cetero uſque ad exitum Mundi Cenſus illos, qui ſuis de novo temporibus ſtatuentur, in eodem Volumine, ſufficientibus, ut aeſtimo, ſpatiis adaptato, ſicut ego per dilectiſſimum*

(*) *antiquorum Patrum.* Ex iis fuit, ut opinor, *Anaſtaſius in Dei nomine Conſul, & Magiſter Cenſi Urbis Romae.* Is enim ita ſubſcriptionem ſuam appoſuit actui commutationis Fundi Pionis, quam Nicolaus Epiſcopus & Abbas Monaſterii Sancti Eraſmi fecit cum Tiberio Primicerio Sedis Apoſtolicae ſub Pontificatu Leonis III. Papae, & Lotharii Magni Imperatoris, hoc eſt Seculo Chriſti Nono, quemadmodum legitur in Catalogo documentorum Sublacenſis Monaſterii, quem in hoc Opere evulgavi.

ſimum meum Willelmum Roſio Sancti Johannis Angeliacenſis de Pictavia Clericum, ejuſdem Camerae, ac Cancellariae Domini Papae Scriptorem feci conſcribi, & ipſi faciant adnotari. Ut ſi quandoque (quod ſaepe contingit) a quibus debentur Cenſus ipſi, per proprios Nuntios ad Apoſtolicam Sedem non fuerint deſtinati, ille qui Romanae Eccleſiae tunc temporis Pontifex praeerit, poſtquam per Camerarium ſuum, qui Cenſus recipit, ipſi innotuerit, quod a talibus Cenſum habuit, & a talibus non recepit, propriis nominibus computatis, ab illis, qui non perſolverunt, ſine dubitationis ſcrupulo per ſuum Legatum, vel Nuntium Cenſus ipſos repetere valeat, ſeu per quemlibet alium ad hoc ſpecialiter deſtinatum. Quaedam enim in tantum a Sancta Romana Eccleſia ſunt remotae, quod eandem annis ſingulis poſſunt nullatenus viſitare. Ab Urbe igitur, tamquam a capite Mundi exordium aſſumamus, & ſeptem Epiſcopatibus adjacentibus ipſi.

In Civitate Romana. *Eccleſia Sancti Aegidii juxta Portam Auream*, unam Unciam Malequinorum *ſingulis annis*.

Eccleſia Sancti Michaëlis juxta Palatiolum, duos Solidos Lucenſis monetae, *ſicut apparet ex Privilegio* Domini Coeleſtini Papae III. *Anno ejus I.*

Eccleſia S. Baſilii, duas Saumas Piſcium. *Una in Quadrageſimali tempore, alia in quolibet alio tempore.*

Quicumque tenebant Turrim, quae eſt in capite Pontis Judaeorum, ſecundùm antiquitatem, unum Marabotinum *ſolvebant Eccleſiae Romanae.*

Eccleſia Sancti Abba Ciri, unum Marabotinum.

Eccleſia Lateranenſis, pro terris, vineis, & molendinis de Lacu, debet octo rubba grani, & octo de hordeo, & tres Saumas muſti.

In Epiſcopatu Oſtienſi. *Homines ejuſdem Civitatis in feſto Nativitatis Domini & Paſchae*, duas plactatas lignorum.

Eccleſia Sancti Andreae in Silice pro Eccleſia Sancti Jacobi de Teto, unum Marabotinum.

In Epiſcopatu Portuenſi *Petrus Latro* duos Marabotinos *pro Caſtro Chere*.

Sciendum eſt, quod Epiſcopus Portuenſis debet habere in die Lunae poſt Paſcha par Chirothecarum, *cum quibus cantat Miſſam: & nullus in Tranſtiberim, niſi Summus Pontifex, conſecrare Eccleſias, aut benedicere poteſt.*

In Epiſcopatu Albanenſi. *Eccleſia Sancti Donati de maritimis* unum Marabotinum.

Hoſpitale de Cantaro, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Praeneſtino.

In Epiſcopatu Sabinenſi. *Oratorium Sancti Petri in territorio Campagnano*, unam Libram cerae.

In Tuſculano *Epiſcopatu*. *Oddo de Columna pro Caſtro Sancti Caeſarii*, XV. Solidos Lucenſes.

In Tiburtino Epiſcopatu. *Eccleſia Sancti Thomae de Monticello*, unam Libram cerae.

Eccleſia Sancti Coſmae de Vicovario, duas Libras cerae.

In Reatino *Epiſcopatu*.

Campania, Terra Domini Papae. In Signino *Epiſcopatu*. (*) *Monaſterium de Roſſillo*, unum Obulum Maſſemutinum *pro Eccleſia Sancti Simeonis, quam ei conceſſit* Dominus Honorius III. Papa, *Pontificatus ejus Anno V.*

In

(*) Unum ex additamentis a recentiori quopiam alio Camerario ſeu Scriptore adjunctum.

In Epiſcopatu Anagnino. *Epiſcopus ipſe in unoquoque feſto Coronationis Domini Papae debet* LX. brachia panni, *&* CC. Scutellas.

Homines de Antialo, L. Scapulas porcinas, *&* Solidos XX. *&* L. Placentas *in feſto Nativitatis.*

Dominus Raynaldus Maximi de . . . . Nepos Domini Alexandri Papae IV. pro omnibus reditibus & proventibus, ceteriſque juribus & bonis, quae a Romana Eccleſia obtinet in Caſtro de Trebis, debet unum Obulum aureum *in feſto omnium Sanctorum praedictae Romanae Eccleſiae annuatim.*

In Epiſcopatu Ferentinate. *Epiſcopus ipſe* CC. Scutellas, *&* LX. brachia panni.

In Epiſcopatu Alatrino. *Epiſcopus ipſe* CC. Scutellas, *&* LX. brachia panni.

In Epiſcopatu Verulano. *Ipſe Epiſcopus debet* LX. brachia panni, *&* CC. Scutellas, *&* XX. Solidos *per annum.*

Eccleſia Sancti Petri de Caneto, C. Scutellas, *&* C. brachia panni.

In Terracinenſi Epiſcopatu. *Magiſter, & Fratres Domus Leproſorum S. Mariae Magdalenae de Terracina*, XII. Denarios Senatus, *pro medietate cujuſdam molendini.*

In Epiſcopatu Sorano.

In Epiſcopatu Fundano.

In Epiſcopatu Gajetano.

In Epiſcopatu Marſicano.

In Epiſcopatu Reatino.

Sicilia. Tempore, quo Robertus Viſcardus *ultramontanus cepit Regnum Siciliae, juravit dare, tactis ſacroſanctis Euangeliis pro ſe & ſuis heredibus,* Domino Nicolao Papae, & *ſuis Succeſſoribus, pro unoquoque jugo boum*, XII. Denarios Papienſis monetae. *Proceſſu verò temporis, dum* Papa Innocentius *iret Gallutium*, Rogerius *tunc* Rex Siciliae *conſtituit ipſi dare annualiter pro Apulia & Calabria*, DC. Squifatos. *Poſtmodum verò* Willielmus Rex *ejus filius pro Marſia, quam occupaverat tempore ipſius Innocentii Papae, ſuperaddidit* CCCC. Squifatos *tempore* Adriani, *quando ipſi fecit hominium, & fidelitatem apud Beneventum.*

Willielmus Secundus Rex Siciliae *conſtituit Monaſterium Beatae Mariae juxta Panormum, Anno XVII. Pontificatus* Alexandri Papae III. *& ſubjecit illud Romanae Eccleſiae*, ſub annua penſione C. Tarenorum.

In Archiepiſcopatu Panormitano.

In Epiſcopatu Agrigentino.

In Mazerenſi *Epiſcopatu.*

In Epiſcopatu Milevitano.

In Archiepiſcopatu Montis Regalis.

In Epiſcopatu Syracuſano. *Domus Hoſpitalis Sancti Raynerii*, unum Bizantium.

In Epiſcopatu Catanienſi.

In Archiepiſcopatu Meſſanenſi.

In Epiſcopatu Cephalonenſi.

In Epiſcopatu Patenſi.

In Epiſcopatu Sancti Marci, *qui eſt Domini Papae. Monaſterium Sanctae Mariae de Mattina*, unam unciam auri.

Epiſcopus ipſe unam unciam auri *pro Eccleſia Sancti Marci.*

Hi ſunt Epiſcopatus Domini Papae inter Siciliam & Calabriam.

In Epiſcopatu Miletenſi, *qui eſt Domini Papae; Monaſterium Sanctae Trinitatis*, unam unciam auri.

Eccleſia Sanctae Mariae de Mileto unam unciam auri.

In Calabria. In Archiepiſcopatu Regino. *Eccleſia Sanctae Mariae de Balnearia*, II. uncias auri.

In Epiſcopatu Caſſanenſi. *Eccleſia Sancte Mariae de Camillano*, II. Squifatos.

Eccleſia Sanctae Mariae de Sanctalejo, vel de Aquaformoſa, unum Maſſemutinum.

In Epiſcopatu Neucaſtrenſi. *Monaſterium Sanctae Euphemiae*, unam unciam auri. *Item idem Monaſterium Sanctae Euphemiae Ordinis Sancti Benedicti pro Caſali Nuceriae, poſito in Dioeceſi Tropienſi, annuatim in feſto Aſſumtionis Beatae Virginis*, duas uncias auri *ad pondus Regni. Et dictum Caſale conceſſum fuit dicto Monaſterio pro dicto Cenſu, tempore* Domini Papae Alexandri IV. Anno I.

In Epiſcopatu Catacenſi. *Monaſterium Sancti Juliani* unam unciam auri.

In Epiſcopatu Crotonienſi.

In Epiſcopatu Tropienſi.

In Epiſcopatu Opienſi.

In Epiſcopatu Bovenſi.

In Epiſcopatu Geratino. *Monaſteſterium Sancti Petri de Cavea*, II. Squifatos.

In Epiſcopatu Squillacenſi. *Monaſterium de Carra* unum Marabutinum.

In Archiepiſcopatu Cuſentino. *Eccleſia Sancti Johannis ſita in loco, qui dicitur Flos, infra terminos Sile*, unum Marabutinum.

In Epiſcopatu Marturanenſi.

In Archiepiſcopatu Roſano, *qui nullum habet Suffraganeum.*

In Epiſcopatu Biſignianenſi, *qui eſt Domini Papae. Monaſterium Sanctae Mariae de Sambucino*, unum Squifatum.

Ipſe Epiſcopus unum Squifatum.

In Archiepiſcopatu Sancti Severini.

In Epiſcopatu Ebriacenſi.

In Epiſcopatu Stronienſi.

In Epiſcopatu Geneocaſtrenſi.

In Apulia. In Archiepiſcopatu Conſano. *Monaſterium Sanctae Mariae de Ilice*, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Moranenſi. *Monaſterium Sancti Salvatoris de Guilieto Sancti Angeli de Lombard. Dioeceſ.* unum obulum aureum, *pro Eccleſia Sancti Thomae de Plano Rubi, Romanae Eccleſiae Cenſuali, poſita in Epiſcopatu Moranenſi.*

In Epiſcopatu Satrianenſi.

In Epiſcopatu Montis Viridenſis.

In Epiſcopatu Laquedonenſi.

In Archiepiſcopatu Agerontino. *Hoſpitale ejuſdem Civitatis cum Capella Sancti Lazari*, tres Solidos parvenſes.

Monaſterium, quod dicitur de Bonconverſo, ſex Solidos auri.

In Epiſcopatu Potentino.

In Epiſcopatu Tricaricenſi. *Eccleſia Sanctae Trinitatis*, unam unciam auri.

In

In Epiſcopatu Venuſino. *Eccleſia Sanctae Trinitatis*, unam unciam auri. A

Eccleſia Sancti Nicolai de Morbano unum Squifatum.

In Epiſcopatu Gravinenſi.

In Epiſcopatu Anglonenſi. *Monaſterium de Banza*, unam unciam auri.

In Archiepiſcopatu Tarentino. *Ipſe Archiepiſcopus pro Eccleſia Sanctae Mariae*, duas uncias auri. B

Monaſterium Sanctae Mariae de Gualeſio, unam Libram cerae, & unam libram thuris.

In Epiſcopatu Mutulenſi.

In Epiſcopatu Caſtellano.

In Archiepiſcopatu Brunduſino, & Oritano. *Ipſe Archiepiſcopus*, II. uncias auri. C

Eccleſia Sanctae Mariae de Parvo Ponte, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Thomae, cum Hoſpitale a Logotheto aedificato, unum Marabutinum.

Eccleſia Sanctae Margaritae de Penna de Buchio, unam unciam auri. D

In Epiſcopatu Aſtunenſi.

In Archiepiſcopatu Idrontino. *Eccleſia Sanctae Mariae de Neto* unam unciam auri.

Monaſterium S. Nicolai de Caſulis, unum Michalatum auri, *quod valet quinque Tarenis Regis*.

In Epiſcopatu Caſtrenſi. E

In Epiſcopatu Gallipotano. *Graecus eſt*.

In Epiſcopatu Litienſi. *Eccleſia Sancti Johannis*, dimidiam unciam auri.

In Epiſcopatu Ugentino.

(*) ideſt *Bitectino*.

In Epiſcopatu Leucenſi.

In Archiepiſcopatu Barenſi. *Eccleſia Sancti Benedicti* II. Melequinos.

In Epiſcopatu Bituntino. *Eccleſia S. Georgii Bituntini*, III. Solidos parvenſes.

In Epiſcopatu Melphetano.

In Epiſcopatu Juvenacenſi.

In Epiſcopatu Rubetino.

In Epiſcopatu Salpenſi.

In Epiſcopatu Cantienſi.

In Epiſcopatu Betentino. (*)

In Epiſcopatu Converſano. *Abbas ejuſdem Terrae*, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Menervinenſi.

In Epiſcopatu Polignanenſi.

In Epiſcopatu Caterinenſi.

In Epiſcopatu Lavellino.

In Epiſcopatu Tranenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae in Baroli Villa*, unum Obulum Maſſemutinum.

In Epiſcopatu Vigilienſi.

In Epiſcopatu Andrenſi. *Monaſterium Sancti Thomae de Andria*, quartam unciam auri *ad pondus Baroli*.

Monaſterium Sanctae Mariae de Monte, mediam unciam auri.

In Archiepiſcopatu Sipontino. *Monaſterium Montis Sacri*, dimidiam unciam auri.

Eccleſia Sancti Leonardi, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Thomae, unam Libram olibani.

Monaſterium Sancti Johannis in Lama, unam unciam auri.

Monaſterium Sanctae Mariae de Pulzano, II. Biſancios.

Eccleſia Sanctae Mariae Magdalenae, II. Libras cerae.

Eccleſia Sanctae Mariae de Saxorubeo, II. Libras cerae.

Hoſpitale Sancti Jacobi Caſalis Novi, unum obulum Maſſemutinum.

In Epiſcopatu Veſtano. *Monaſterium de Calena*, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Petri de Cripta Nova, unum Aureum.

In Epiſcopatu Trojano, *qui eſt Domini Papae, Monaſterium Sancti Marci de Foja*, IV. Libras olibani.

Domus Miſericordiae apud Fogiam ſita, unam Libram olibani.

Monaſterium de Urſara, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Salvatoris, unam Libram cerae & unam de olibano.

In Epiſcopatu Melphienſi, *Domini Papae ſimiliter; Monaſterium Vulturnenſe*, unam unciam auri.

Monaſterium S. Angeli de Bandi, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Monopolitano, *Domini Papae ſimiliter; Monaſterium Sancti Stephani*, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Rapollenſi, *Domini Papae ſimiliter*.

In Archiepiſcopatu Beneventano. *Sancta Maria de Sambuco*, II. uncias auri.

Eccleſia Sancte Mariae de Monte Drogi, unum Squifatum.

Eccleſia Sancti Thomae, III. Romanatos, & III. paria de oblatis cum candelis.

Domus Templi, IV. Romanatos.

Eccleſia Sancti Leonis, III. Romanatos.

Monaſterium Turris Majoris, unam unciam auri.

Monaſterium Sanctae Mariae de Gualdo, IV. Tarenos, & unam Libram olibani.

In Epiſcopatu Teleſino. *Monaſterium Sancti Siri, ſitum in ipſa Civitate*, unam unciam auri

In Epiſcopatu Sanctae Agathae. *Ipſe Epiſcopus pro Eccleſia Sanctae Agathae* unam unciam auri.

In Epiſcopatu Aliphienſi.

In Epiſcopatu Montis Marani.

In Epiſcopatu Montis Corvini.

In Epiſcopatu Avellino. *Monaſterium Sanctae Mariae Montis Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, ſingulis annis*, unum obulum aureum. *Quod Monaſterium ſpecialiter ſpectat ad Dominum Papam. Et factum fuit Cenſuale, Anno VII. Domini Alexandri Papae IV.*

In Epiſcopatu Vicano.

In Epiſcopatu Arianenſi.

In Epiſcopatu Bujanenſi.

In Epiſcopatu Aſculenſi.

In Epiſcopatu Licherino. *Eccleſia Sanctae Trinitatis de Caſtellucio*, II. Libras cerae.

In Epiſcopatu Tortibulenſi.

In Epiſcopatu Draconario.

In Epiſcopatu Vulturano.

In Epiſcopatu Alatrinenſi. *Hoſpitale Sanctorum Apoſtolorum Bartholomaei & Jacobi de Sactione, ſingulis annis*, unum obulum aureum. *Quod Hoſpitale ſpecialiter ſpectat ad Dominum Papam.*

Hoſpitale de Rotellis, unum obulum Maſſemutinum.

In Epiſcopatu Civitatenſi. *Monaſterium Terrae Majoris, pro duabus Eccleſiis, una ſcilicet Sanctae Crucis in Caſtro Sancti Severi, & alia Sancti Spiritus*, II. uncias auri.

In Epiſcopatu Termolenſi.

In Epiſcopatu Frechentino.

In Epiſcopatu Tervinenſi.

In Epiſcopatu Bivinenſi.

In Epiſcopatu Wardienſi.

In Epiſcopatu Muſanenſi.

In Archiepiſcopatu Salernitano. *Cavenſe Coenobium*, III. Solidos auri, *ex Regeſto Urbani Papae II. Anno II.*

In Epiſcopatu Caputaquenſi.

In Epiſcopatu Policaſtrenſi.

In Epiſcopatu Nuſquitano. *Monaſterium Sanctae Mariae de Fundiliano*, X. Tarenos de Salerno.

In Epiſcopatu Sarnenſi.

In Epiſcopatu Acerrano.

In Epiſcopatu Marſicenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Portanova*, unum Squifatum.

Hoſpitale Portae Novae in Raja Sancti Roncii, unum Squifatum.

Eccleſia Sancti Salvatoris in capite Agrumentino, II. Libras cerae.

In Epiſcopatu Kavellenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Archiepiſcopatu Amalphitano.

In Epiſcopatu Capritano.

In Epiſcopatu Scalenſi.

In Epiſcopatu Minorenſi.

In Epiſcopatu Litterano.

In Archiepiſcopatu Surrentino

In Epiſcopatu Lobrenſi.

In Epiſcopatu Equenſi.

In Epiſcopatu Caſtelli Maris.

In Archiepiſcopatu Neapolitano.

In Epiſcopatu Averſano.

In Epiſcopatu Nolano.

In Epiſcopatu Puteolano.

In Epiſcopatu Cumano.

In Epiſcopatu Iſclano.

In Archiepiſcopatu Capuano.

In Epiſcopatu Tyanenſi.

In Epiſcopatu Calvenſi.

In Epiſcopatu Galinulenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae*, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Caſertano.

In Epiſcopatu Sueſſano.

In Epiſcopatu Venefrano. *Monaſterium Sancti Vincentii de Sancra*, III. Squifatos.

In Epiſcopatu Aquinatenſi.

In Epiſcopatu Sorano, *qui eſt Domini Papae. Monaſterium Sancti Dominici*, XII. Denarios Papienſes, & G. bra-

brachia panni *in Paſchate, & in Nativitate.*

In Epiſcopatu Gajetano, *qui eſt Domini Papae.*

In Epiſcopatu Fundano, *qui eſt Domini Papae. Eccleſia Sancti Thomae, poſita in pede Monticelli,* unam Libram cerae.

Eccleſia Sancti Sebaſtiani de Caſtro Novo, unam Libram cerae.

In Marſia. In Epiſcopatu Furcunenſi. *Eccleſia Sancti Joannis de Colomento,* unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Marſicano. *Eccleſia Sanctae Mariae de Apamia,* III. Solidos parvenſes, & unam Libram cerae.

Monaſterium Sancti Silveſtri de Pereto Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae *annuatim.*

In Epiſcopatu Valvenſi. *Monaſterium de Bumunaco,* unum Romanatum.

Hoſpitale Sancti Viti de Scarafano, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Teatino. *Monaſterium de Majella,* unum Marabutinum.

Monaſterium Sancti Stephani de Ripamonte, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Johannis in Venere, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Hieruſalem, unum Tarenum Regale.

Monaſterium Sancti Martini de Valle, duos Solidos parvenſes Senatus.

Eccleſia Sanctae Mariae de Manoplello, unum Bizantium. *Haec Eccleſia Octavo Anno Domni Gregorii Papae IX. facta eſt Cenſualis.*

In Epiſcopatu Pennenſi.

In Epiſcopatu Abrutino. *Eccleſia Sancti Domnini,* II. Solidos Piſanos.

In Tuſcia. In Nepeſino *Epiſcopatu. Illa Civitas,* V. Libras, *excepto Dominio Romanae Eccleſiae.*

Caſtrum Simibaldorum. II. Libras cerae.

Caſtrum Campaniani, V. Libras Lucenſium.

In Sutrino *Epiſcopatu. Epiſcopus ipſe,* unum Marabutinum, *pro locatione cujuſdam Caſalis.*

In Epiſcopatu Civitatis Caſtellanae. *Ipſa Civitas, quae antiquitus vocabatur Caſtrum Felicitatis,* XXV. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Salvatoris, XII. Lucenſes.

Eccleſia Sancti Angeli Veſprini in Caſtro Stephani Azarii, Libram unam cerae.

Valerianum Caſtrum, XX. Solidos.

In Ortano *Epiſcopatu. Monaſterium Sancti Georgii Dominarum incluſarum,* unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Amelinenſi. *Amelia,* XV. Libras.

In Epiſcopatu Narnienſi. *Monaſterium Sancti Nicolai,* unam Libram cerae.

Capetone, L. Solidos.
Inſula, L. Solidos.
Colcedeſcopoli, C. Solidos.
Lecoppe, XXX. Solidos.
Baldoinus, XX. Solidos.
Luniala, L. Solidos.
Caſtrum Lajae, XX. Solidos.
Caſtrum Vetuli, XII. Solidos.
Aguzo, XXX. Solidos.
Caſtrum Sancti Gemini, VI. Libras.
Pertecara, XL. Solidos.
Struncone, C. Solidos.
Sanctus Urbanus, XX. Solidos.
La Fracta, L. Solidos.
Borgaria, XL. Solidos.
Teizanum, XVIII. Solidos.
Utrecolo, IX. Libras.
Carvi, VI. Libras.
Alvinium, III. Libras.

In Epiſcopatu Tuſcanenſe. *Eccleſia Sanctae Mariae de Raſile in tenimento Viterbii,* II. Libras cerae.

Vetrallum reddebat antiquitus annualiter II. Marabotinos, *excepto dominio Rom. Eccleſiae*.

Eccleſia Sancti Johannis de Inſula juxta Cornetum, V. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Sineſii, V. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Nicolai de Corgneto, unum Marabotinum, *&* II. Libras piperis.

In Epiſcopatu Balneoregenſe.

In Epiſcopatu Urbevetano. *Monaſterium Sancti Laurentii inter vineas Urbevetanas Dominarum incluſarum*, unam Libram cerae *annuatim*.

In Epiſcopatu Cluſino. *Monaſterium Sancti Salvatoris de Monte Amiato*, II. Marabotinos.

Eccleſia Sancti Laurentii, II. Solidos Lucenſes.

Rocca Trinitatis in Epiſcopatu Cluſino, dimidium.........

In Epiſcopatu Suanenſi.

In Epiſcopatu Caſtrenſi. *Monaſterium Sancti Mamiliani*, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Groſſetano, *Monaſterium Sancti Pancratii*, XII. Lucenſes.

Caſtrum de Buriano, XX. Solidos Piſanorum.

Quidam Milites, qui dicuntur Lambardi, Groſſetanae Dioeceſis, tenentur ſolvere annuatim XX. Solidos Piſanorum *pro Bariano, & quibuſdam aliis Caſtris, & poſſeſſionibus, ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus*.

In Epiſcopatu Maſſano.

In Epiſcopatu Vulterrano. *Eccleſia Sancti Bartholomaei de Scalocla*, II. Denarios.

Comes Panoccia, IV. Marabotinos *de tota Terra ſua*.

Eccleſia Nicolai de Monterio, unum Marabotinum.

A *Eccleſia Sancti Fauſtini de Valle Enſe*, II. Solidos Lucenſium.

Monaſterium de Serena, unum Marabotinum.

Monaſterium de Inſula, II Solidos.

Eccleſia Sancti Johannis de Colle, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Juſti de Monteciano, unum Marabotinum.

B *In Epiſcopatu* Senenſi. *Eccleſia Sancti Leonardi de Silva de Lacu*, II. Solidos Lucenſium.

Eccleſia Sanctae Trinitatis de Turri, II. Solidos Lucenſes.

Hoſpitale Sanctae Rodulendae, XII. Lucenſes.

Eccleſia Sanctae Muſtiolae, II. Solidos Lucenſes.

C *Eccleſia Sancti Lazari de Terſola*, unum Maſſemutinum.

Eccleſia Sancti Laurentii, II. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sanctae Mariae de Saltiano, Obolum aureum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Roccamajore, XII. Senenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae juxta Stratam, unum Obolum. *Quod eſt liberum*.

D *In Epiſcopatu* Aretino. *Abbatia de ſub Caſtello circa Caſtrum, quod dicitur Cillalum*, V. Solidos Lucenſes.

Plebs de Petiole, unum Marabutinum.

Eccleſia Sancti Juſti, III. Solidos Lucenſes.

E *Eccleſia Sanctorum Laurentini & Procentini*, II. Solidos Piſanorum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Ruſeno, unum Maſſemutinum.

Eccleſia Sancti Baſilii & Sanctorum Coſmae & Damiani, XII. parvenſes.

Hoſpitale de Valle Pontis, II. Solidos Lucenſium.

Mona-

Monaſterium Sanctae Mariae, unum Obolum. *Quod eſt liberum.*

In Epiſcopatu Florentino. *Hoſpitale ſitum ad Pontem Bonici ſecus Stratam*, VI. paria ferri.

Eccleſia Sancti Laurentii de Cortina, II. Solidos.

Eccleſia Sancti Creſcii, II. Solidos.

Eccleſia Sancti Dominici, II. Solidos.

Eccleſia Sancti Petri de Colle, II. Solidos.

Hoſpitale Sancti Petri de Galvanis, VI. Denarios.

Eccleſia Sanctae Agnetis in Podio Bonici, unum Marabotinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Calchon, II. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Peregrini juxta Salternum, XII. Imperiales.

Eccleſia Sancti Stephani de Archia, XII. Lucenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae de Mantignano, II. Solidos Lucenſes,

Eccleſia Sanctae Mariae poſita in Semeſonti, V. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae in Monticello, unum Obolum. *Quod eſt liberum.*

Hoſpitale Sancti Galli, unam libram cerae.

In Epiſcopatu Feſulano.

In Epiſcopatu Piſtorienſi. *Eccleſia Sancti Barunti*, IV. Solidos Lucenſes.

In Epiſcopatu Lucano. *Epiſcopus ipſe pro Plebibus in Vallibus Arni*, L. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sextenſe, III. Marabutinos.

Eccleſia Sancti Alexandri. II. Marabutinos.

Eccleſia Sanctae Mariae filiorum Corbi, III. Solidos.

Monaſterium Sancti Petri in Cortina, II. Marabotinos.

A *Eccleſia Sancti Salvatoris in Muſtolio*, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Pontiani, IV. Marabotinos.

Hoſpitale Pontis Populi, unam libram cerae.

Eccleſia Sancti Leonardi de Ponte Sancti Quirici, XII. Lucenſes.

Capella Sanctae Mariae de Collis,
B duas Libras cerae.

Eccleſia de Lari, unum Maſſemutinum.

Eccleſia Sancti Petri de Luclio, unum Marabotinum.

Hoſpitale Sanctae Mariae de Cerbaria, II. Libras cerae.

Eremitorium Sancti Jacobi de Colledomnico, unam Libram cerae.

C *Monaſterium Sanctae Mariae ad Gattaliola*, unum ......

Hoſpitale Sancti Peregrini de Alpibus, III. Obolos aureos, & IV. Libras cerae.

In Epiſcopatu Lunenſi. *Monaſterium de Cheperario*, unum Marabutinum.

Eccleſia Sancti Peregrini juxta Salternum, XII. Imperiales.

D *Eccleſia de Vexano*, unum Maſſemutinum.

In Archiepiſcopatu Piſano. *Ipſe Archiepiſcopus debet* IV. Marabutinos *pro quibuſdam Terris beati Petri, & pro quadam domo ante Palatium*, duos Marabutinos.

Monaſterium de Veruca, II. Marabutinos, *& pro quodam campo juxta*
E *Bocam*, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Nicolai de Paratino, II. Solidos.

Monaſterium Sancti Quirici, XII. Denarios.

Eccleſia Sanctae Mariae de Valleponte de Monticulo, V. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sancti Felicis de Vada, unum Obolum Maſſemutinum.

In

In Epiſcopatu Caſtellae. *Eccleſia Sanctae Trinitatis*, II. Solidos Lucenſes.

Civitas Caſtelli, IV. Libras Piſanorum.

Monaſterium Sanctae Mariae in Burgo, unam Libram de cera. *Quod eſt Liberum*.

In Epiſcopatu Maſſano. *Plebs de Petra*, V. Solidos.

Homines ipſius loci, *ſinguli* ſingulos Denarios.

Monaſterium Aquaevivae, II. Solidos.

Monaſterium Sancti Juſtiniani debet pro Cenſu unum Marabutinum *ſingulis annis*.

Monaſterium Omnium Sanctorum Ordinis Monialium incluſarum de Ripa Arni Piſana, unam Libram cerae.

In Aneenſi *Epiſcopatu*.

In Alerienſi *Epiſcopatu*.

In Januenſi *Epiſcopatu*. *Eccleſia Sanctae Mariae Villae Priani*, unum Marabutinum.

Monaſterium Sancti Andreae de Sexto, unum Marabutinum.

Eccleſià Sanctae Fidis, unam Libram piperis.

Eccleſia Sancti Nicolai juxtà mare, unam Libram cerae.

Eccleſia Sancti Theodori, unam Libram cerae.

Hoſpitale de Petrolicis XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Nicolai, unum Marabutinum.

Ipſe Archiepiſcopus de Fundo Miniaci debet XII. Denarios.

Eccleſia Latronaria, unum Obolum Maſſemutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Granarolo, unum Bizantium.

Conſules Januenſes unam Libram auri, *pro dimidia Corſica*, *quam con-*

A *ceſſit eis* Papa Innocentius. *Et tam Conſules*, *quàm Populus debent facere fidelitatem Romano Pontifici*, *quando ab eo requiſiti fuerint*, *prout in eorum Privilegio continetur*.

In Bobienſi *Epiſcopatu*. *Monaſterium Sancti Ambroſii*, XII. Denarios Papienſes.

Cella Sancti Johannis inter ambas

B *partes*, unum Biſantium.

Monaſterium Sancti Columbani, unum Biſantium.

Monaſterium Sanctae Mariae in Trivio, unum Biſantium.

Epiſcopus ipſe, unum Marabutinum.

In Aprumacenſi *Epiſcopatu*.

C *In Epiſcopatu* Maranenſi.

In Epiſcopatu Peruſino. *Eccleſia Sancti Petri de Monte Theuci*. III. Solidos.

Eccleſia Sanctae Mariae poſita in Monteſeriolo, III. Denarios Papienſes, & unam ſcculam.

Caſtrum Fractae Covizoni, IX.

D Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sanctae Mariae de Vallegemina, II. Marabutinos.

Eccleſia Sancti Juſtini, unum Biſantium.

Hoſpitale Rivi Generarii, III. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae de Montelucido, unam Libram cerae,

E *quod eſt liberum*.

Monaſterium Sanctae Julianae Ciſtercienſis Ordinis Peruſini, unam Libram cerae *in Feſto omnium Sanctorum*.

In Camerinenſi *Epiſcopatu*. *Monaſterium Sanctae Mariae de Fiaſtra*, II. Libras cerae.

Monaſterium Sanctae Mariae de Villamagna, unam Libram cerae. *Et*

pro Terra, quam tenet, unum Bizantium.

Monaſterium de Cliente unam Libram cerae; *& pro poſſeſſione* unum Bizantium.

Eccleſia Sancti Blaſii de Bellitione, V. Solidos Lucenſes.

In Ducatu Spoletano. In Epiſcopatu Fulginate, *Monaſterium Sanctae Mariae de Valle Gaudii*, unam Libram cerae. *Quod eſt exemtum.*

In Epiſcopatu Aſiſinati. *Eccleſia Sancti Uberti*, XII. Denarios Lucenſes.

Monaſterium Sancti Damiani, quod eſt liberum, unam Libram cerae.

Monaſterium Sancti Pauli, II. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Franciſci de Aſiſio, quae libera eſt, unam Libram cerae.

Johannes de Monacho familiaris Domini Aegidii Cardinalis, debet annuatim unum Obolum Imperialem *pro feudo, quem tenet ab Eccleſia Romana in Caſtro Bothoniae, & vocatur Armania. Et habuit Feudum ipſum tempore* Domini Papae Innocentii IV. *Anno ejus III.*

In Epiſcopatu Eugubino. *Monaſterium Sancti Aemiliani*, III. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sancti Ambroſii, III. Solidos.

Eccleſia Sancti Angeli de Claſſerna, III. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sancti Donati, II. Solidos Lucenſes.

In Epiſcopatu Tudertino. *Monaſterium Sancti Alberti*, XII. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae de Cuti, unam Libram cerae. *Quod eſt exemtum.*

Monaſterium Sancti Laurenti de Gollazone Dominarum incluſarum, unam Libram cerae.

A *In Epiſcopatu* Nucerino. *Eccleſia Sanctae Mariae in Suria*, III. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Waldi......

In Epiſcopatu Spoletino. *Eccleſia Sancti Petri, juxta ipſam Civitatem*, II. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Spiritus de Capana, unam Libram cerae.

B *Monaſterium Sancti Petri de Bovaria*, V. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sanctae Mariae de Caſis, unam Libram cerae *annuatim*.

Eccleſia Sancti Pauli in Campo Saleſe, unam Libram cerae.

Eccleſia Beati Pauli de Galleto, unam Libram cerae.

Eccleſia Sancti Spiritus, unam Libram cerae.

C *Monaſterium Sanctae Mariae Vallis Gerlae*, unam Libram cerae. *Quod eſt exemtum.*

Monaſterium Sanctae Mariae de Aquaviva, unam Libram cerae. *Quod eſt exemtum.*

Monaſterium Sancti Petri de Monte Marcano, XII. Lucenſes.

D *Monaſterium Sanctae Mariae Magdalenae juxta Nurſiam in dioeceſi Spoletana debet annuatim* unam Libram cerae. *Et eſt factum Cenſuale tempore* Domini Innocentii IV. *Anno II. Quod eſt exemtum, ſecundùm quod in eorum Privilegio continetur.*

Caſtrum, quod Morichicla dicitur, ſicut invenitur in Regiſtro Gregorii Papae VII. *juris beati Petri eſt.*

E *In Marchia. In* Ariminenſi *Epiſcopatu. Epiſcopus pro Ripatico*, unam Libram argenti.

De Plebe Sancti Paterniani, III. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Georgii, unam Libram cerae.

Eccleſia Sancti Pauli de Monteſcutulo II. Solidos Lucenſes.

Eccle-

Eccleſia Sancti Salvatoris, II. Solidos.

Monaſterium Sancti Gaudentii, IV. Biſantios.

Monaſterium Sancti Petri, XII. Lucenſes.

Ripa Maris, V. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Johannis de Cornu, II. Solidos Lucenſes.

Hoc tempore Dominus Papa Eugenius *adinvenit ſubtractionem & diminutionem Cenſus, quem Ariminenſis Epiſcopus Lateranenſi Palatio debuit annis ſingulis perſolviſſe. Unde* Ariminenſem Epiſcopum Raynaldum *ad rationem poſuit, qui recognovit & confeſſus eſt, ſummam* XL. Librarum *Romanis Pontificibus ſubtractam eſſe, & juxta beneplacitum ejus exinde ſatisfecit. Poſtmodum pro eiſdem rebus ſanctae Romanae Eccleſiae, quae in ſuo Privilegio continentur, videlicet Porta Sancti Donati, quae vocatur Sancti Andreae, tota integra: medietas de Porta Galilaea, quae vocatur Sancti Petri: Porticum totum in integrum, per quod pergitur ad mare; & Porticum, unde ingreſſus eſt ad Epiſcopatum: medietas tota ex integro Ripae litoris maris, cum medietate de diſtrictu ſuo, quae ad litoris ripas pertinet, ſive de Judeis, ſive de Chriſtianis: verùm etiam & litus maris decurrens a Flumicello uſque ad fluvium, qui vocatur Maricula; idem Dominus Papa ab eodem Epiſcopo* Libram puri argenti *ſibi & ſucceſſoribus ſuis annis ſingulis conſtituit perſolvendam. Si quae igitur Privilegia vel Scripta praedictae Ariminenſis Eccleſiae in poſterum apparuerint, quae minorem penſionem contineant, circa partem illam de cetero nullum robur obtineant.*

Monaſterium Sancti Gregorii, VII. Lucenſes.

Hoſpitale Botriae, XII. Lucenſes.

Hoſpitale Dominae Aemiliae, poſitum circa Ariminum, II. Solidos Imperialium.

Eccleſia Sanctae Mariae in Lexta, III. Solidos Lucenſes.

Eccleſia & Hoſpitale de Ponte Vicopellis, XII. Lucenſes.

Aegidius dictus de Carbio, Civis Narnienſis, frater Aſſinatis Epiſcopi, Jacobus natus ejus, Johannes & Petrus nepotes ſui debent annuatim dimidiam Libram cerae *pro Feudo, quod habent in territorio Caſtri Utriculi ab Eccleſia Romana.*

In Peſulano *Epiſcopatu. Prior de Peſulo*, V. Solidos Denariorum Papienſium.

Eccleſia Sancti Eracliani, XII. Lucenſes.

Epiſcopus Penſaurienſis, II. uncias auri.

Monaſterium Sancti Petri, XII. Denarios.

Communitas Penſaurienſis debet annuatim Eccleſiae Romanae L. Libras uſualis monetae.

In Fanenſi *Epiſcopatu. Monaſterium Sancti Laurentii*, L. Spatulas, *vel* XXV. Solidos affortiatorum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Arzilla, unum Marabutinum.

In Senogallienſi *Epiſcopatu.*

In Anconitano *Epiſcopatu.*

In Epiſcopatu Eſculano. *Eccleſia Sanctae Mariae de Offida*, II. Marabutinos, *& pro Caſtello Offidae*, unum Marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae Novae Ordinis Sancti Damiani annuatim ſolvere debet unam Libram cerae.

In Firmano *Epiſcopatu. Hoſpitale de Aquaſancta*, XII. Podienſes.

Monaſterium Sancti Angeli de Plana, II. Solidos Parvenſes.

Hoſpitale de Catraputio, XII. Parvenſes.

Monaſterium Sancti Franciſci de Offida, Ordinis Sancti Damiani unam Libram cerae. *Et eſt exemtum, ſecundùm quod in ipſius Privilegio continetur.*

Monaſterium Sancti Martini Ticinenſis, unum Perperum. *Quod eſt Domini Papae.*

In Epiſcopatu Humano. *Eccleſia Sancti Fabiani, de Recanati*, XII. Denarios.

In Eſulano *Epiſcopatu*. Dominus Innocentius Papa III. *locavit filiis Comitis Raynaldi de Morro, ſcilicet Moroello & Andreae fratri ejus, & Blancaeflori, ſorori ejus, & eorum legitimis liberis, medietatem Caſtri de Morro cum pertinentiis ſuis. Et ipſi debent annuatim in Paſcha ſolvere Camerae Domini Papae* unum Perperum *pro cenſu.*

In Oſimenſi *Epiſcopatu. Eccleſia Sancti Petri*, II. Solidos.

Homines Montis Sancti Petri, III. Solidos.

Eccleſia Sancti Victoris, II. Denarios Papienſes.

In Epiſcopatu Foroſempronienſi. *Epiſcopus ille*, unum Biſancium.

In Epiſcopatu Urbinatenſi. *Monaſterium Sancti Vincentii de Petra Pertuſa*, II. Biſancios.

In Callenſi *Epiſcopatu. Eccleſia Sancti Gerontii*, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Montisfeltri. *Eccleſia Sancti Anaſtaſii*, XII. Denarios argenti.

Ugo & Raynerius Comites de Carpinio ſingulis annis, unam Marcam argenti *pro Caſtro Gathariae.*

Provincia Flaminia. Exarchatus Ravennae. In Archiepiſcopatu Ravennate.

A

Eccleſia Sancti Alberti, duos Marabutinos.

Eccleſia Sancti Petri ad Vincula, III. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sanctae Crucis, XII. Lucenſes.

Canonica Sanctae Mariae in Portu, XII. Denarios *pro ſe; & pro Eccleſia Sanctae Mariae de Caritate*, III. Biſantios, *poſitâ in Venetiis; & pro Eccleſia Sanctae Crucis in Caeſena*, III. Solidos Lucenſes; *& pro Molendino juxta Portam Ravennae*, III. Solidos Lucenſes.

B

Monaſterium Sancti Apollinaris in Claſſe de Ravenna, Solidum auri, *quod valet* X. Solidos Denariorum Senatus.

C

Monaſterium Sancti Vitalis.

Eccleſia Sancti Johannis Baptiſtae.

In Epiſcopatu Adrienſi.

In Epiſcopatu Comaclenſi.

Monaſterium Pompoſae, III. Solidos Denariorum argenti, *quorum quiſque eſt valens quatuor denarios.*

Eccleſia Sancti Alberti, XX. Lucenſes.

D

De Loco noſtris juſtitiis poſito in Suburbio Ravennae, unum Denarium Venetum.

De tribus Manſis poſitis in Materrana III. Denarios Venetos.

De Maſſarivla, quae vocatur Tilbaneria, VI. Denarios Papienſes.

In Epiſcopatu Cervenſi. *Ipſe Epiſcopus debet de Maſſa Fiſcaliae*, XII. Imperiales *de Plebe Sancti Vitalis.*

E

Populus Maſſae Fiſcaliae, unum par boum, vel XX. denarios, *quales ibidem currunt, &* LX. ſpatulas de porcis.

In Epiſcopatu Forolivienſi. *Guido Polenta tenet ab Eccleſia Romana Fundum Burgandetum, Fraſſenetum, Caſacutulam, & res alias, ſub annuo Cenſu* XII. Solidorum Lucenſium.

In Epiſcopatu Foropopulienſi. *Hoſpitale novum*, III. Solidos parvenſes.

Hoſpitale Sancti Johannis Baptiſtae, III. Solidos.

Eccleſia Sanctae Mariae in Fantella, XII. Lucenſes.

Eccleſia Sancti Jacobi in Saxo, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Caeſenate. *Eccleſia Sanctae Crucis*, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Sarſinenſi. *Monaſterium Sancti Ambroſii de Rancla*, XII. Papienſes.

Eccleſia Sanctae Mariae in Trivio......

In Epiſcopatu Faventino. *Monaſterium Sanctae Mariae Dominarum incluſarum, quod liberum eſt*, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Imolenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae Magdalenae, & Sancti Lazari de Cavomezo*, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Bononienſi. *Domus Hoſpitalis Cruciatorum*, unam Libram cerae.

Epiſcopus ipſe, duas Liras argenti.

Monaſterium de Muſiliano, IV. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sancti Caeſarii, III. Marabutinos.

Hoſpitale Sancti Bartholomaei de Prato Epiſcopi, unam Libram Incenſi *pro Hoſpitale de Runcore*.

Eccleſia Sanctae Mariae Cruciatorum, XII. Imperiales.

Monaſterium Sancti Franciſci de Bononia, Ordinis Sancti Damiani, debet annuatim unam Libram cerae *pro exemtione ſua, nomine Cenſus*.

Hoſpitale de Runcore, unam Libram olibani.

Eccleſia Sanctae Mariae de Monte de Guardia, unam Libram thuris.

Eccleſia Sanctae Mariae de Roccamador, unam Libram cerae.

A *Monaſterium Sancti Stephani*, unum Biſantium.

Canonica de Reno, II. Solidos.

In Epiſcopatu Mutinenſi. *Monaſterium Fraxinorii*, unam Unciam auri.

Monaſterium de Nonantula, II. marabotinos.

Monaſterium Sancti Petri......

In Epiſcopatu Regino. *Plebs de Caſtalla*, III. marabutinos.

B *Monaſterium Canuſinum*, XX. Solidos Lucenſes.

Eccleſia de Gonzago, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Jacobi, cum alia Eccleſia Sancti Apollinaris, II. Solidos Imperiales.

Monaſterium Sanctae Mariae de Maraola, unam Libram cerae.

C *Eccleſia Sancti Poſſidonii*, V. Solidos Lucenſes.

Monaſterium Sancti Proſperi, unum Bizantium.

Eccleſia de Herberia, VI. Imperiales.

Eccleſia de Carpineto.

In Epiſcopatu Parmenſi. *Monaſterium Sancti Alexandi*, unum marabutinum.

D *Monaſterium de Benxello*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Geneſii, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Siri de Fontanella, II. Denarios Papienſes veteris monetae.

Eccleſia Sancti Stephani de Carono, unum Denarium Papienſem.

E *Eccleſia Sanctae Mariae & Sanctae Margaritae de Monticello*, unum obolum maſſemutinum.

Hoſpitale de Rivo Batibos, unum obolum Maſſemutinum *in feſto Sancti Martini.*

Lombardia. Liguria. In Archiepiſcopatu Mediolanenſi. *Monaſterium Sanctae Agathae* VI. Mediolanenſes.

Mona-

Monaſterium de Sexto, XII. Denarios Mediolanenſes.

Monaſterium de Modochia, XII. Denarios.

Monaſterium de Brugula, XII. Denarios.

Monaſterium de Lambrugo, XII. Denarios.

Monaſterium de Partificagia, VI. Denarios.

Monaſterium de Subjate, VI. Denarios.

Monaſterium de Buginago, VI. Denarios.

Monaſterium de Baſiliano, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Johannis de Perminatigo, XII. Denarios.

Eccleſia de Cropello, XII. Denarios.

Eccleſia de Bibulgo, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Nicolai, XII. Denarios.

Eccleſia Sanctae Trinitatis de Ponte Guinicelli, VI. Denarios.

Eccleſia de Biſatio, unum Denarium, & unam faculam.

Eccleſia Sancti Petri de Biſulca, VI. Denarios Mediolanenſes.

Hoſpitale apud Sanctum Blaſium, VI. Denarios.

Omnes habitantes in Villa, quae vocatur Margana, XII. Denarios.

Homines de Morniaſo de Plebe Arzaco, XII. Denarios,

Eccleſia de Martianeſſe, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Alexandri de Biſuchio, II. Solidos Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Firmi, XII. Denarios.

Habitatores de Villa Mornago, II. Solidos Mediolanenſes.

Monaſterium Sancti Chriſtophori de Porta Genuenſi, II. Solidos Papienſes.

A *Monaſterium de Caſali*, XII. Imperiales.

Monaſterium Sanctae Margaritae de Caſate, XII. Denarios.

Anno Domini MCCLXXXVIII. Quarto Nonas Septembris, Pontificatus Domini Nicolai Papae IV. *Anno Primo, Ordo Humiliatorum per eumdem Dominum Papam exemtus, & fa-*B*ctus eſt Cenſualis in* duabus Libris de auro fino, *ſolvendis Camerae Sedis Apoſtolicae annuatim praedicto die.*

In Epiſcopatu Bergomenſi. *Eccleſia Sancti Firmi*, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Juliani *de ſubvexio*, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Ambroſii de Ripa-alta, XII. Denarios.

C *Eccleſia Sancti Sigiſmundi de Ripa-alta*, XII. Denarios.

Monaſterium de Dovaria, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Fabiani, Cellula ipſius, XII. Denarios.

Eccleſia Sanctae Mariae de Villa Suari in Colle Thoris, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Ambroſii de Quaſquu, tres Denarios. D

Eccleſia Sanctae Trinitatis de Virgi, XII. Denarios.

Eccleſia ſita in loco, qui dicitur Meſina, IX. Denarios.

Eccleſia Sancti Alexandri, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Matthaei, XII. Imperiales.

E *Monaſterium de Bonate*, VI. Denarios.

Eccleſia Sanctae Mariae in Turri, XII. Denarios.

Eccleſia de Paluſco, XII. Imperiales.

Eccleſia Sanctae Mariae de Meſima, XII. Denarios Mediolanenſes.

In Epiſcopatu Brixienſi. *Eccleſia S. Petri de Crimignano*, XII. Denarios.

Mona-

Monaſterium de Caramagna, unum marabutinum.

Monaſterium Aquaenigrae, unum marabutinum.

Monaſterium Montisclari, dimidiam unciam auri.

Ipſe Epiſcopus pro quadam Eccleſia, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Simonis, VI. Imperiales.

Eccleſia Sancti Deſiderii, VI. Imperiales.

Eccleſia Sancti Petri de Ripa, VI. Mediolanenſes.

In Epiſcopatu Cremonenſi. *Eccleſia Sanctae Agathae*, XII. Denarios argenti.

Monaſterium Sancti Stephani de Cornu, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Salvatoris, IV. Denarios.

Eccleſia Sanctae Mariae de Caſtagneto, VI. Denarios.

Monaſterium Sancti Johannis juxta Papiam, XII. Mediolanenſes.

Hoſpitale Sancti Leonardi de Bangia, XII. Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Sexmundi, XII. Denarios veteris monetae.

Eccleſia Sancti Thomae, XII. Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Bartholomaei, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Laurentii pro Eccleſia de Ulmeto, VI. Denarios.

Hoſpitale Sancti Johannis de Barigio, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Franciſci, Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae annuatim.

In Epiſcopatu Laudenſi. *Eccleſia Sancti Michaëlis*, XII. Denarios Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Pauli, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Michaëlis, XII. Denarios.

A *Monaſterium Sancti Stephani*, XII. Denarios.

Monaſterium Sancti Andreae, unam unciam auri.

Monaſterium de Dovario, XII. Denarios.

Eccleſia de Ripa-alta, XII. Denarios.

Monaſterium de Cerreta, IV. Denarios B Mediolanenſes,

Eccleſia Sancti........ de Cornu, XII. Denarios Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Petri de Paulude, XII. Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Damiani, XII. Denarios.

Eccleſia Sancti Fabiani, XII. Denarios.

C *In Epiſcopatu* Novarienſi. *Eccleſia Sancti Petri*, III. Solidos Mediolanenſes.

Eccleſia Sanctorum Philippi & Jacobi de Pallarina, II. Solidos Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Michaëlis, II. Solidos Imperiales.

In Epiſcopatu Vercellenſi. *Monaſterium* D *de Beſſa*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Stephani, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Jacobi, II. Solidos Mediolanenſes.

Eccleſia Sanctae Mariae in eadem Civitate, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae de Aſtura, XII. Mediolanenſes.

E *Eccleſia de Rodobio*, VI. Denarios.

Eccleſia Sanctae Agathae de Ponte Sturae, XII. Imperiales.

In Epiſcopatu Iporienſi. *Monaſterium Sancti Stephani*, unum marabutinum.

Hoſpitale Sancti Salvatoris, II. Solidos Secuſinos.

In Epiſcopatu Taurinenſi. *Monaſterium de Pignarolo*, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Petri Savilianenſis, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Petri ultra flumen Sturae, cum Hoſpitali ibidem poſito, unum marabutinum.

Hoſpitale de Ponticello, unum marabutinum.

Hoſpitale de Sturia, V. Solidos, & Denarium Siguſinum.

Monaſterium de Rivofrigido, unum Biſantium.

In Epiſcopatu Aſtenſi. *Monaſterium de Caramagna*, unum marabutinum.

Hoſpitale Soldani, medium marabutinum *per annum*.

Eccleſia Sancti Secundi, unum obolum aureum.

Monaſterium Sanctae Saraſinae, Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Aquenſi. *Eccleſia Sanctae Crucis de Melagio*, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Juſtinae, unum Biſantium.

Monaſterium Sanctae Mariae Magdalenae, Ordinis Sancti Damiani, Alexandrin...... unam Libram cerae.

Commune Alexandrinum.

In Epiſcopatu Albenſi. *Eccleſia de Ferranica*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Gaudentii, mediam unciam auri.

Monaſterium Sancti Martini, mediam unciam auri.

Eccleſia Sancti Petri de Farnaria, unum maſſemutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Forneto, unum maſſemutinum.

In Epiſcopatu Terdonenſi. *Eccleſia de Principiano Sancti Petri*, duos marabutinos.

A *Habitatores loci pro Baſilica Sancti Laurentii, quae dicitur Sala*, III. Libras cerae.

Eccleſia Sancti Alberti, XV. Solidos.

Eccleſia Sancti Mathaei, VI. Imperiales.

Monaſterium Cellae Petri Martini, VI. Impariales.

B *In Epiſcopatu* Saonenſi. *Monaſterium Sancti Eugenii*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Juliae in Capite Nauli, IV. Denarios.

Hoſpitale de Laonorolio, unum maſſemutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Fornello, unum maſſemutinum.

C *In Epiſcopatu* Albiganenſi. *Monaſterium Sancti Martini in Inſula Gallinaria*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae cum Hoſpitali de Ponte, unum obolum aureum.

Eccleſia de Mazzianeſſe, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Johannis de Perminiaco, XII. Denarios.

D *Eccleſia Sancti Petri de criminano*, XII. Denarios.

Hoſpitale Sancti Chriſtophori, II. Solidos Papienſes.

In Epiſcopatu Vigintimillienſi.

In Epiſcopatu Placentino *Domini Papae*. *Eccleſia de Miſericordia*, II. Solidos Placentinos.

E *Eccleſia Sanctorum Gervaſii & Protaſii* unum Denarium, & faculam.

Eccleſia Sancti Johannis de Viculo, dimidiam unciam auri.

Eccleſia de Montebello, II. Solidos Lucenſes.

Eccleſia Sancti Petri de Cerreto, IV. Mediolanenſes.

Hoſpi-

Hoſpitale de Verzario, unum marabutinum.

De Caſa Dei Eccleſia, tres Libras cerae.

Eccleſia Sancti Marci de Geneſtreto, V. Solidos Papienſes.

Eccleſia Sancti Michaëlis de Rivogocii, unum Denarium Cone, & unam faculam duarum Librarum cerae.

Hoſpitale Sancti Bartholomaei de Crema, XII. Denarios.

Hoſpitale de Cavazzolo, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Sepulcri, unum Biſantium.

In Epiſcopatu Papienſi *Domini Papae. Monaſterium Sancti Martini*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae Majoris de Laumello, unum marabutinum.

Eccleſia Regalis Sanctae Mariae Theodotae, XII. Imperiales.

Eccleſia Sancti Michaëlis de Paſao, cereum unum cum Denario uno Mediolanenſi.

In Epiſcopatu Ferrarienſi *Domini Papae. Ipſa Civitas*, L. Solidos Lucenſes.

Eccleſia de Ficarolo, IV. Solidos Lucenſes *pro Villa Salaria*.

Eccleſia Sancti Georgii, unum marabutinum.

Eccleſia Major, unum marabutinum.

Jogola, unam Libram cerae *pro Eccleſia, quae eſt in La Guarda*.

Monaſterium Pompoſae, III. Solidos argenti.

Eccleſia Sanct........ quae eſt in loco, qui dicitur Fracta, II. Solidos Imperialium.

Eccleſia Sanctae Mariae de Guarda, quae in fundo Vallis Vitillae, II. Libras cerae.

Romana Eccleſia debet habere pro Cenſu de Civitate Ferrarienſi, L. Solidos Lucenſes, *& medietatem tributi Ripae; & diſtrictum de Mercato; & totam Arimanniam de Plebe Cornacervina & totam Arimanniam Maſſae Fiſcaliae; & totum Publicum ejuſdem; & totam Arimanniam de Guadiano; & totam Arimanniam de Longula; & totam Arimanniam Septepulleſino; & totam Curtem ſive diſtrictum de Maſſa; & totum diſtrictum ſive proprietatem de Ciniſcelli, & de Cavalto; & totam Arimanniam, & totum Publicum de Adriano; & totam Arimanniam de Trecenta; & totum Publicum, & totam Arimanniam de Baniolo; & totum Publicum, & totam Arimanniam de Villanova; & totum Publicum & totam Arimanniam de Maneggio; & totum Publicum, & totam Arimanniam de Sancto Martino; & totum Publicum, & totam Arimanniam de Luccarano; & totum Publicum, & totam Arimanniam de Sancta Maria; & totum Publicum, & totam Arimanniam, & Publicum de Villa Comedae; & totum Publicum de Cognano; & totum Publicum de Villamartana; & totam Arimanniam de Ararada; & totum Publicum de Batuſquiago; & totum Publicum de Agguatio; & totam Arimanniam de Ponthano, & Publicum, & totam Arimanniam de Fitebatico; & Publicum & totam Arimanniam de Runco; & Publicum & totam Arimanniam de Cirpilliatica; & totam Arimanniam de Branca; & totam Salariam; & totum Ficarolum, & tres partes de Ripatico; & partes tres Portus de Rupta Ficaroli; & totam Arimanniam de Trenta; & totam Arimanniam de Leone; & totam Arimanniam de Gello; & totam Arimanniam de Fabriciano; & totam Arimanniam de Sancto Donato; & totam Arimanniam de Fleſſo, & de Ficarolo, & totum Mercatum ejus. Baliam & di-*

ſtrictum de omnibus criminibus. Et omni anno bis, ſcilicet in Madio, & in Sancto Martino, generale Plactannitum.

In Patriarchatu Aquilejenſi *in Dalmatia ſupra mare. Hoſpitale Sanctae Mariae Pecniz*, duos aureos.

In Epiſcopatu Mantuano. *Eccleſia Sanctae Mariae de Yſpide*, unum marabotinum.

Monaſterium Sancti Johannis, II. Solidos Lucenſes.

Hoſpitale de Aquadocta, XV. Mediolanenſ.

Monaſterium Sancti Benedicti ſuper Padum, unam unciam auri Malachinorum. *Et pro Eccleſia Sancti Benedicti de Gonzaga*, aliam unciam. *Et pro obedientia Sancti Caeſarii*, III. Perperos. *Et pro Eccleſia Sancti Firmi de Lonico*, II. marabutinos. *Et pro Eccleſia Sanctae Crucis de Campoſion*, II. marabutinos. *Pro Eccleſia de Pratalia*, IV. marabutinos. *Et pro Eccleſia Sancti Georgii de Campreto*, unum marabutinum. *Et pro Monaſterio Sextenſi* tres marabutinos. *Et pro Eccleſia omnium Sanctorum, & Hoſpitale ejuſdem loci de Mantua*, XII. Mediolanenſes. *Et pro Terra de Magarino*, unum marabutinum; *& pro Monaſterio Sancti Pontiani prope Civitatem Lucenſem* III. marabutinos.

Hoſpitale Mantuae XII. Denarios Mediolanenſes veteres.

Monaſterium Sancti Benedicti de Padolirone pro locis, quae tenet a Romana Eccleſia ex conceſſione Domini Honorii Papae IV. *videlicet, Gonzaga, Bondeno Arduini, & Bondeno de Roncoris, nomine penſionis*, L. Florenos auri.

In Epiſcopatu Cumano. *Hoſpitale de Blunzone in Monteabrice*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Jacobi de Vallemalenco, XII. Imperiales.

Monaſterium Sanctae Mariae de Dono, unum obulum maſſemutinum.

Eccleſia Sanctorum Gervaſii & Protaſii de Sexto.

Monaſterium Sancti Ambroſii, XII. Imperiales.

Monaſterium Sanctae Mariae, & Sancti Petri Apoſtoli in Brolio Cumano, Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae *annuatim.*

Hoſpitale de Inſula, cum Eccleſia Sanctae Mariae Magdalenae Cumanae Dioeceſis XII. Solidos Mediolanenſis monetae *annuatim.*

In Epiſcopatu Tridentino. *Eccleſia Sancti Andreae*, II. Solidos Imperialium.

In Epiſcopatu Veronenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae in loco Marcellenſi*, unum Biſantium.

Eccleſia Sancti Nicolai in Arena, unam Libram cerae, & unam Libram de olibano.

Eccleſia Sanctae Mariae apud Albaredum, XII. Denarios Mediolanenſes.

Eccleſia Sanctorum Simonis & Judae, unam Libram cerae.

Hoſpitale juxta Veronam XII. Denarios Mediolanenſes.

Eccleſia Sanctae Trinitatis, XVIII. Mediolanenſes.

Eccleſia Sancti Nazarii pro Eccleſia Sanctae Mariae de Macereſio, XX. Solidos Veronenſes.

Eccleſia Sancti Johannis Baptiſtae de Supravilla, X. Solidos Veronenſes.

Monaſterium Sancti Juliani de Lepia.

Monaſterium Sanctae Mariae Domnarum incluſarum in Campo Martio, unam Libram cerae *annuatim.*

In Epiſcopatu Paduano. *Eccleſia Sanctae Mariae de Pratalia*, IV. marabutinos.

Eccle-

Eccleſia Sanctae Crucis de Monte-Sion, duos marabutinos.

Monaſterium de Iſpida, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Vicentino. *Eccleſia Duodecim Apoſtolorum*, unum Biſantium.

Capella de Inſula, ideſt Eccleſia Sanctae Mariae, XX. Solidos Veronenſes.

Eccleſia Sanctae Luciae de Fontenivis, II. marabutinos.

Eccleſia Sanctorum Firmi & Ruſtici, II. marabutinos.

Eccleſia Sanctae Mariae de Cella, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Tarviſino. *Monaſterium Sancti Euſtachii*, III. Solidos Veronenſes.

Hoſpitale Sanctae Mariae, unam Libram cerae, & unam Libram de olibano.

Eccleſia Sancti Laurentii juxta Forum, IV. Lucenſes.

Monaſterium Sanctae Euphemiae, II. marabutinos.

Monaſterium Nerviſii, XII. Lucenſes.

In Epiſcopatu Concordienſi.

In Epiſcopatu Senecenſi. *Hoſpitale de Blavi*, unam Libram cerae, & unam Libram de olibano.

In Epiſcopatu Feltrenſi.

In Epiſcopatu Bellunenſi.

In Epiſcopatu Polanenſi. *Monaſterium Sanctae Mariae de Canneto*, II. Biſantios.

In Epiſcopatu Parentino.

In Epiſcopatu Trieſtino.

In Epiſcopatu de Capite-Iſtriae.

In Epiſcopatu Maranenſi.

In Epiſcopatu Civitatis Novae.

ISTRIA SUPRA MARE.

In Patriarchatu Gradenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Caritate*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Euphemiae de Alnaria, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae de Caſtello, unum obolum.

Monaſterium Sancti Georgii Majoris, duos maſſemutinos.

In Epiſcopatu Caſtellano. *Eccleſia Sancti Marci de Venetiis debet annis ſingulis in feſto Omnium Sanctorum*, II. Biſantios *pro Sancti Marci Tyrenſis*, *& Sancti Marci Aconenſis Eccleſiis*, *quae ſunt factae cenſuales*, *& exemtae tempore* Domini Papae Innocentii IV. *Anno Primo*.

In Epiſcopatu Torcellano.

In Epiſcopatu Aquilenſi.

In Epiſcopatu Caprulenſi.

In Epiſcopatu Cloſenſi.

In Epiſcopatu Civitatis Novae.

In Archiepiſcopatu Jadrenſi.

In Epiſcopatu Signeſi.

In Epiſcopatu Auſarenſi.

In Epiſcopatu Veglenſi.

In Epiſcopatu Arbenſi.

In Epiſcopatu Nonenſi.

In Archiepiſcopatu Spalatrenſi. *Ec-*

cleſia Sancti Gregorii Militiae Templi, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Tragurienſi.

In Epiſcopatu Scardonenſi.

In Epiſcopatu Croatenſi.

In Epiſcopatu Kerbavenſi.

SCLAVONYA.

In Archiepiſcopatu Raguſiae.

In Epiſcopatu Stagnenſi.

In Epiſcopatu Boſſenenſi.

In Epiſcopatu Tribunienſi.

In Epiſcopatu Catarinenſi.

In Epiſcopatu Roſae.

In Epiſcopatu Biduanenſi.

In Epiſcopatu Antivarenſi.

In Epiſcopatu Dulchinenſi.

In Epiſcopatu Suacinenſi.

In Epiſcopatu Drivaſtenſi.

In Epiſcopatu Polatenſi.

In Epiſcopatu Scodrinenſi.

In Epiſcopatu Arbanenſi.

HUNGARIA.

In Archiepiſcopatu Strigonienſi. *Hoſpitale Sancti Stephani*, unam unciam auri, quae dicitur Obon.

Monaſterium Sancti Salvatoris de Scalezad, II. Romanatos.

In Epiſcopatu Agrienſi.

In Epiſcopatu Nitrienſi.

In Epiſcopatu Watienſi.

In Epiſcopatu Javarienſi.

In Epiſcopatu Quinque-eccleſienſi.

In Epiſcopatu Veſprimienſi. *Eccleſia Sancti Stephani Regis apud Caſtrum Bellegrade*, unam Marcam auri. *Quae eſt Hoſpitale.*

Simigenſe Monaſterium debet ſertonem, aut duas uncias auri *in Rigell....... ad pondus Hungariae.*

In Archiepiſcopatu Colocenſi.

In Epiſcopatu Ultraſilvano. *Nova Domus Theutonicorum in Borſa ultra montes Givium, debet Camerae pro Cenſu*, unam Marcam auri. *Et nota, quod ipſa Domus Octavo Anno Pontificatus* (*) Domini Honorii Papae III. *coepit fieri cenſualis.*

In Epiſcopatu Zagabrienſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Calidis Aquis*, unum Romanatum.

In Epiſcopatu Waradienſi.

In Epiſcopatu Cenadienſi.

POLONIA.

In Archiepiſcopatu Keneſenſi, *vel* Gneſnenſi.

In Epiſcopatu Uredicilatenſi.

In Epiſcopatu Lubicenſi.

In Epiſcopatu Cujavienſi.

In

(*) additamentum recentioris Scriptoris.

In Epiſcopatu Plozenſi. *Waladislao Dux Poloniae debet ſingulis trienniis*, quatuor millia Marcas auri *ad pondus Poloniae*.

In Epiſcopatu Cracovienſi.

In Epiſcopatu Poſnanienſi.

In Epiſcopatu Maſſovienſi.

In Epiſcopatu Pomeranienſi, *ſive* Caminenſi. *Ipſe Epiſcopus*, fertonem auri.

ALEMANNIA.

In Archiepiſcopatu Maguntino. *Eccleſia Sanctae Mariae ſita in loco, qui dicitur Pontebabe*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Johannis Baptiſtae in Selbot, unum marabutinum.

Monaſterium quod dicitur Cella Dominae Paulinae, unum marabutinum.

Monaſterium Remeresbrunenſe, duos Solidos Frichordienſes.

Eccleſia Regularium in Flabeim, unum marabutinum.

Monaſterium Gueberti, unum Saracenatum.

Monaſterium Monialium Sanctae Mariae in Wetere, unum fertonem argenti.

Monaſterium Sancti Jacobi Ibermienſis in Herfordia, unum aureum.

In Epiſcopatu Pragenſi. *Eccleſia Sancti Petri in Wiſgrade*, XII. marcas argenti.

Hoſpitale Sancti Franciſci Pragenſis, unum Biſantium *annuatim*.

Monaſterium Sancti Franciſci Pragenſis Monialium incluſarum, dimidium Biſantium.

Eccleſia Huiſegradenſis in Regno Bohemiae. V. Saracenatos.

In Epiſcopatu Moravienſi.

A *In Epiſcopatu* Ehiſteterſi *Monaſterium in Caſtelle*, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae in Abuſen, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Herbipolenſi. *Monaſterium Brunnebach*, aureum unum.

In Epiſcopatu Conſtantienſi. *Monaſterium Burenſe*, unum marabutinum.

De Alladio, qui vocatur Cella Sancti Petri, unum marabutinum. B

Monaſterium Wibeligenſe, unum marabutinum, *ſive* Biſantium aureum.

Monaſterium Blaburra, unum marabutinum.

Monaſterium Zueveltunenſe, unum marabutinum.

De Allodio, qui vocatur Aſneheum, unum marabutinum.

C *Eccleſia Sancti Benedicti*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Martini de Butro, unum marabutinum,

Eccleſia Sanctae Mariae in ripa fluminis Danubii, unum marabutinum.

Eccleſia de Monte Anglorum, unam monetam auri.

Eccleſia in Augea parva, unum D marabutinum.

Monaſterium Agnetis, II. equos albos. Textum, Epiſtolarium, & Sacramentarium, & Euangeliarium.

Eccleſia in Roca, unum marabutinum

Monaſterium in Bregance, unum marabutinum.

Monaſterium in Iſnin, XII. Dena- E rios Conſtantienſis monetae.

Monaſterium in Wingart, unum marabutinum.

Monaſterium in Suartzwaldr Sancti Georgii, unum marabutinum.

Monaſterium in Alpersbach, unum marabutinum.

Cella Sanctae Mariae, Stolam *ſingulis bienniis*.

Mona-

Monaſterium Sancti Blaſii, unum marabutinum.

Monaſterium in Stafhuſen, unam unciam auri.

Monaſterium in Mure, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Martini de Winchat, unum marabutinum.

Eccleſia...... III. aureos.

Hoſpitale de Thun......... unum aureum.

In Epiſcopatu Curienſi. *Monaſterium Sanctae Mariae in Monte*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Argentinenſi. *Monaſterium Sanctorum Philippi & Jacobi in Silva Sacra* unum marabutinum.

Monaſterium Monialium in Andala, ſubtilis panni linei annuatim XXV. ulnas.

Monaſterium, *quod dicitur Hugeshoven*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Gualpurgis de Sacra Silva, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Spirenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae juxta Villam Nochtenein*, unam unciam auri.

Monaſterium de Wigolthberg, unum marabutinum.

Monaſterium in Hirſaugia, unum marabutinum.

Monaſterium in Goteshowe, unum Spirenſis monetae.

Eccleſia Sancti Pancratii, XII. Spirenſes.

In Epiſcopatu Wormatienſi. *Eccleſia in Agene*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Verdenſi.

In Epiſcopatu Ildeſemenſi. *Monaſterium Sanctorum Anaſtaſii & Innocentii*, *ſitum in Ganderſeim tenetur Eccleſiae Romanae ſingulis annis* in duabus Stolis pretioſo ſerico, & cum aurifriſio contextis. *In quibus* XXX. Biſantii aurofriſio contexti debent eſſe inſerti.

In Epiſcopatu Albeſtatenſi. *Abbatiſſa de Quintilingi Burgo*, unam Libram argenti.

Monaſterium Sancti Ciriaci de Eccleſia Sancti Servatii, *& de Gerotenſi*, II. marcas argenti.

Eccleſia de Stendale, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Servatii Quidilinburghenſis II. marchas argenti.

Abbatiſſa Gerondenſis, II. marchas argenti.

Eccleſia Sancti Georgii in Bakelinge, unum aureum.

In Epiſcopatu Paderbonenſi. *Monaſterium Sancti Petri in Helmwardeshuſen* unum marabutinum.

In Epiſcopatu Bambergenſi, *qui eſt Domini Papae*. *Epiſcopus ipſe* Palafredum album cum ſella, *vel* XII. marcas boni argenti.

Monaſterium Wizina, unum marabutinum.

Hoſpitale Sanctae Mariae in Pecknizt, II. melechinos.

In Epiſcopatu Auguſtenſi. *Monaſterium de Werda*, aureum unum.

In Archiepiſcopatu Colonienſi. *Eccleſia de Romeſtorch*, unum Colonienſe aureum.

In Epiſcopatu Leodienſi. *Eccleſia de Monte Sancti Johannis*, unam monetam auri.

Eccleſia Sancti Aegidii, *poſita in publico monte*, unum marabutinum.

Hoſpitale de Wauce, unam monetam auri.

Monaſterium Sanctae Mariae in Novillari, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae in Floreſia, unam monetam auri.

In Epiſcopatu Trajectenſi.

In Archiepiſcopatu Monaſterienſi.

In Epiſcopatu Miſinenſi, *vel* Mindenſi.

In Epiſcopatu Oſnaburgenſi.

In Archiepiſcopatu Bremenſi. *Monaſterium Roſeveldenſe*, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae in Rareſtaden, II. uncias auri.

Eccleſia Roſcevel, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Catharinae Bremenſis Civitatis, unum obolum aureum.

In Epiſcopatu Barduicenſi.

In Epiſcopatu Soleſivcenſi.

In Epiſcopatu Raskeburgenſi.

In Epiſcopatu Michiliburgenſi.

In Epiſcopatu Lubichenſi.

In Archiepiſcopatu Magdeburgenſi. *Monaſterium S. Petri*, *quod aliter dicitur Mons ſerenus* unum Biſantium.

In Epiſcopatu Halbebergenſi.

In Epiſcopatu Bragdeburgenſi.

In Epiſcopatu Miſnenſi.

In Epiſcopatu Meſenburgenſi. *Monaſterium S. Jacobi de Pictavia*, unum marabutinum.

Monaſterium Burglinenſe.

In Epiſcopatu Cicenſi. *Monaſterium Sanctae Mariae Luſnezai*, II. Goſſarios auri.

Eccleſia Sanctae Mariae, & Sancti Georgii in Burgelin, unum aureum marabutinum.

In Archiepiſcopatu Salzeburgenſi. *Eccleſia Sancti Petri Berthersgaden Pateſcarmenſis*, unum marabutinum.

Monaſterium de Godoxia, unum marabutinum.

A

Eccleſia Sancti Pauli, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Lamberti de Carinthia, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Salvatoris Miſtatenſis, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Margaritae Beubergenſis, unum Romanatum.

Eccleſia de Burin, unum marabutinum.

B

Goſſenſis Eccleſia, unum Romanatum.

Monaſterium Victringenſe, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Floriani, unum aureum.

Monaſterium Omnium Sanctorum de Milſtat, unum Squifatum.

C

Hoſpitale de Bekeneiz, LI. Friſacenſes.

In Epiſcopatu Patavienſi: Eccleſia de Nudilith, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Cella, unum marabutinum pro ſe, & alium *pro quodam praedio*.

Eccleſia Sanctae Mariae de Burgonovo, unum marabutinum.

D

Eccleſia Sancti Benedicti de Conuſano, dimidiam unciam auri.

Eccleſia Niveburgenſis, unum Perperum.

Eccleſia Sancti Petri....... XII. Friſiacenſes.

Eccleſia de Medelich, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Andreae de Traheſma, unum marabutinum.

E

Eccleſia Sancti Petri, *quam M. de Hunpert conſtruxit in praedio ſuo*, *ſingulis annis debet ſolvere Domino Papae pro Cenſu* XII. Denarios Friſacenſes.

Monaſterium Sanctae Mariae, & *Sancti Georgii ad Scotos*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Ratiſponenſi. *Monaſterium Scotorum Sancti Jacobi*, unum aureum, *ideſt* marabutinum.

Monaſterium Sancti Emerami, VII. marabutinos.

Eccleſia Sanctae Mariae de Riochibach, unum Squifatum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Spainshart, XII. Denarios argenteos.

Abbatia Superioris Altae, unum aureum.

In Epiſcopatu Friſienſi. *Monaſterium Rocenſe*, unum marabutinum.

Monaſterium Apoſtolorum Philippi & Jacobi in praedio Puriberg, ſingulis trienniis Albam cum Amictu, *Baſilicae Sancti Laurentii Lateranenſis*.

Monaſterium Sancti Martini, unum marabutinum.

Eccleſia Undenſis, unum marabutinum.

Eccleſia Hudeneſtorvenſis, unum marabutinum.

Monaſterium Squirenſe, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Gurgenſi.

In Epiſcopatu Brixinenſi. *Eccleſia Rutenſis*, unum marabutinum.

In Archiepiſcopatu Treverenſi. *Monaſterium in Rumerſtorf*, unum aureum.

Monaſterium Sanctae Mariae in Lurenenburg, unum aureum, & V. Solidos.

In Epiſcopatu Metenſi. *Canonica de Standalmunt*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Petri de Monte, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Frayſtor, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Tullenſi. *Monaſterium Viveniacenſe*, VI. argenteos Virdunenſis monetae.

Eccleſia Sancti Deodati, unum marabutinum.

Abbatia Calmoviacenſis, unam Stolam, *vel* VI. Obolos maſſemutinos.

Eccleſia Sanctae Crucis, II. uncias auri *pro Roſa*.

Eccleſia Romaricenſis in anno Biſſextili, equum album *pro Domino Papa, coopertum Baldechino*.

In Epiſcopatu Verdunenſi. *Monaſterium Sancti Vitoni Verdunenſis*, XII. Denarios Catalaunenſis monetae

Eccleſia Sancti Petri Mo.........

BURGUNDIA.

In Archiepiſcopatu Tarentano.

In Epiſcopatu Sedunenſi.

In Epiſcopatu Auguſtenſi. *Monaſterium Sancti Odalrici*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Retcinbuch, Albam & Stolam.

Eccleſia Sanctae Crucis, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Martini de Ibſan, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Johannis de Stangan, unum marabutinum.

Monaſterium in Abuſen, unum marabutinum.

Monaſterium in Werdhe, unum marabutinum.

Monaſterium in Nerneshin, unum marabutinum.

Monaſterium in Lorica, unum marabutinum.

Monaſterium in Ckenchenbrunen, XII. Denarios Auguſtenſis monetae.

Eccleſia in Dieze, unum marabutinum.

Eccleſia in Perenrith, Albam & Amictum *per biennium*.

Eccleſia Sanctae Mariae in Rochenburch, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Auguſtini de Racenborc, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Martini, unum marabutinum.

A *Eccleſia Sancti Johannis de Staengan*, unum marabutinum.

Monaſterium de Alchingin, III. aureos.

In Archiepiſcopatu Biſuntino. *Monaſterium de Luſtra*, X. Solidos Baſilienſis monetae.

Eccleſia Sanctae Mariae Caſtri Carali debet de ſeptennio in ſeptennium, X. Libras cerae pro Cenſu.

B *In Epiſcopatu* Baſilienſi. *Eccleſia Sancti Petri*, unum marabutinum.

Eccleſia Remongenſis, *&* *de Olimberc*, unum Bizantium *annuatim*.

Monaſterium Sancti Vincentii, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Crucis, II. uncias auri *pro Roſa aurea in* Laetare Hieruſalem &c.

C *In Epiſcopatu* Lauſanenſi. *Eccleſia Hylarcenſis*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae Paternianenſis, II. Solidos.

In Epiſcopatu Belicenſi.

In Epiſcopatu Ebredunenſi. *Eccleſia Croſſienſis juxta Burgum*, *qui vocatur Malturtel*, unum marabutinum.

D *In Epiſcopatu* Dignenſi.

In Epiſcopatu Nitienſi.

In Epiſcopatu Antipolitano, *qui eſt* Graſſenſis.

In Epiſcopatu Glandetenſi.

E *In Epiſcopatu* Senecenſi.

In Epiſcopatu Ventienſi.

PROVINCIA.

In Archiepiſcopatu Aquenſi. *Petrus de Lambiſco*, unum marabutinum.

Hoſpitale Delſuath, unum marabutinum.

Monaſterium de Sorduah, V. Solidos.

In Epiſcopatu Aptenſi. *Guiandus cum fratribus & nepotibus ſuis*, III. marabutinos.

In Epiſcopatu Regenſi.

In Epiſcopatu Forojulienſi.

Eccleſia Pinnacenſis, VII. Solidos Mergulienſis veteris monetae.

Eccleſia Sanctae Mariae Bariolenſis, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Vapincenſi.

In Epiſcopatu Siſtercienſi. *Eccleſia Sancti Martini de Croco*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Martini Croſcienſis, unum marabutinum.

In Archiepiſcopatu Arelatenſi. *Monaſterium Sancti Petri Majoris*, IV. Solidos. *Pro Caſtello autem Bidulni*, thuris Libras III.

Monaſterium Sancti Gervaſii de Foſſis, V. Solidos.

Monaſterium Arelatenſe, XX. Solidos.

In Epiſcopatu Maſſilienſi. *Communitas Maſſilienſis debet annis ſingulis Eccleſiae Romanae* C. Obolos maſſemutinos. *Et facta eſt Cenſualis Anno IV.* Domini Gregorii Papae IX.

In Epiſcopatu Avinionenſi. *Monaſterium Sancti Andreae apud Montem Andaonem*, III. Libras cerae, *& pro Eccleſia Sancti Petri de Tathone*, II. Libras cerae.

In Epiſcopatu Auraſiacenſi. W. *Dominus ejuſdem Villae*, dimidiam marcam argenti.

In Epiſcopatu Vaſionenſi.

In Epiſcopatu Cabellicenſi.

In Epiſcopatu Triſcatino, *ideſt* Sancti Pauli. A

In Epiſcopatu Tholonenſi.

In Epiſcopatu Carpentoratenſi.

In Archiepiſcopatu Viennenſi. *Eccleſia Romanenſis, quae ſpecialis eſt Eccleſiae Romanae, debet annuatim pro* B *Cenſu* unum Sextarium amygdalarum, *quod geminatum facit mediocrem Saumam.*

In Epiſcopatu Valentienſi. *Geraldus Aimarii de Monalio,* unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Rufi debet annis ſingulis III. marabutinos *pro poſſeſſionibus de Seta, ſitis in Dioeceſi Agathenſi.* C

In Epiſcopatu Vivarienſi.

In Epiſcopatu Dienſi.

In Epiſcopatu Gratianopolitano.

In Epiſcopatu Maurianenſi. *Hoſpitale de Rupecula factum eſt Cenſuale* in XII. Viennenſibus *annuatim tempore* D Domini Papae Innocentii IV. *Anno II. ſicut apparet in Regeſto ejuſdem Papae.*

In Epiſcopatu Gebennenſi.

F R A N C I A.

In Archiepiſcopatu Lugdunenſi. *Eccleſia Sancti Augendi,* unam unciam E auri.

Monaſterium Inſulae Barbarae, II. uncias.

Monaſterium Sancti Petri Montis Virduni, unum Biſantium, *ſicut habetur in Regeſto* Clementis *Anno Primo.*

In Epiſcopatu Eduenſi. *Monaſterium Sanctae Mariae Magdalenae Virgiliacenſis,* unam libram argenti puri.

In Epiſcopatu Matiſconenſi.

In Epiſcopatu Cabillonenſi.

In Epiſcopatu Lingonenſi. *Eccleſia Pultarienſis,* unam Libram argenti.

Eccleſia Divionenſis, marcam unam argenti.

In Archiepiſcopatu Senoneſi, *Monaſterium Ferrarienſe,* unam unciam auri *ſingulis trienniis.*

Monaſterium Sanctae Columbae, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Pariſienſi. *Monaſterium Latiniacenſe,* unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Thomae Pauperum Scholarium Pariſienſium recepta eſt ſub protectione Romanae Eccleſiae, Pontificatus Domini Innocentii III. Papae *Anno XII. Et debet ſingulis annis pro Cenſu* II. obolos auri.

Octavo Kalendas Novembris, Anno V. Domini Alexandri Papae IV. *apud Anagniam, receptum eſt Monaſterium Sancti Dionyſii in Francia ſub protectione Romanae Eccleſiae. Et debet ſolvere annuatim pro Cenſu* unam unciam auri *ad pondus Romanum.*

Monaſterium Sancti Dionyſii in Francia, quod a multis temporibus exemtum eſt, nuper, videlicet Anno Domini Alexandri Papae IV. *Quinto, VIII. Kalendas Novembris, conſtituit Cenſum* unius unciae auri *ad pondus Romanum, ſolvendum annis ſingulis Palatio Lateranenſi.*

In Epiſcopatu Carnotenſi. *Monaſterium Vindocienſe,* XII. Solidos Andegavenſes.

Eccleſia Sanctae Mariae de Grandicampo, unum melechinum.

Monaſterium, quod dicitur Cuſtodia Beatae Mariae juxta Bleſis, Ordinis Sanctae Clarae, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Aurelianenſi.

In

A *In Epiſcopatu* Nivernenſe. *Monaſterium Saviliacenſe*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Autiſiodorenſe. *Monaſterium Verziliacenſe*, unam Libram argenti.

Dominus de Donzi, II. uncias auri.

In Epiſcopatu Trecenſi. *Eccleſia Paracliti*, II. obolos auri.

B *In Epiſcopatu* Meldenſi.

In Archiepiſcopatu Remenſi.

In Epiſcopatu Sueſſionenſi. *Monaſterium Sancti Medardi*, dimidium Librae argenti.

In Epiſcopatu Cathalonenſi. *Monaſterium Omnium Sanctorum pro Eccleſia*
C *Sancti Nicolai in Inſula Cathalonenſi*, X. Solidos illius monetae.

Monaſterium de Chimin, XII. Denarios Cathalonenſis monetae.

In Epiſcopatu Cameracenſi. *Monaſterium Lobienſe*, unum marabutinum.

Hoſpitale de Avennes, unum obolum aureum.

D *In Epiſcopatu* Tornacenſi.

In Epiſcopatu Morinenſi, *ideſt* Teroano. *Eccleſia Sancti Bertini*, unam unciam auri.

Monaſterium Sancti Walmaris, unum Biſantium.

Monaſterium Sanctae Mariae de Capella, XII. Lucenſes.

Hoſpitale Sanctae Trinitatis de
E *Suntingefeld*, C. Alecia annuatim. *Et ſolvit pro decem annis praeteritis* MCC. Alecia, *in Anno Decimo* Domini Gregorii Papae IX.

In Epiſcopatu Atrebatenſi. *Eccleſia Marcianenſis*, IV. marabutinos.

Monaſterium Sancti Vedaſti, unam unciam auri. *Pro qua ſolet ſolvere* XLII. Solidos parvenſes.

In Epiſcopatu Ambianenſi. *Monaſterium Corbejenſe*, unam unciam auri.

Monaſterium Sancti Ricardi in Pontino, unam unciam auri.

Monaſterium Sancti Walarici ſupra mare, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Noviomenſi.

In Epiſcopatu Silvanectenſi.

In Epiſcopatu Beluacenſi.

In Epiſcopatu Laudunenſi.

In Archiepiſcopatu Rothomagenſi. *Capella de Hajis*, unum Biſantium.

In Epiſcopatu Bajocenſi. *Hoſpitale Sancti Johannis*.

In Epiſcopatu Abrincenſi.

In Epiſcopatu Ebroicenſi. *Hoſpitale Sanctae Trinitatis de Velnobio*, unum obolum aureum.

In Epiſcopatu Sagienſi. *Hoſpitale Sancti Johannis Sagienſis*, unum obolum aureum.

In Epiſcopatu Luxovienſi.

In Epiſcopatu Conſtantienſi. *Fratres de Monte Angelorum*, unam monetam auri.

Praepoſitus Sancti Martini de Burro, unum Biſantium.

In Epiſcopatu Turonenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae Nucarienſis*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Martini, quae vocatur Majus Monaſterium, unam unciam auri.

Eccleſia Sancti Juliani duos marabutinos,

Monaſterium Nucarienſe, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Sepulcri, unum marabutinum.

Ecclesia Sanctae Mariae de Lochis, V. Solidos Pictavienſis monetae.

Eccleſia Sancti Guincoleji, X. Solidos Cenomanenſis monetae.

In Episcopatu Cenomanenſi. *Eccleſia Sancti Guincoleji* XII. Denarios, *de Caſtro Cardittia*, *illius monetae*.

Eccleſia Sanctae Mariae de Ulmaneto, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Redonenſi. *Nobilis vir Willielmus de Guercia debet ſingulis annis* unum Biſantium.

In Epiſcopatu Andegavenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae Monialium*, IV. Biſantios *ſingulis annis*.

Monaſterium Sancti Florentini Salmorienſis, III. aureos, *pro quorum quolibet ſolet ſolvere X. Solidos Turonenſes*, *pro Eccleſia Sancti Florentini veteris*.

In Epiſcopatu Nannetenſi. *Monaſterium Sancti Salvatoris*, III. aureos.

In Epiſcopatu Goriſopitenſi. *Monaſterium Keperelienſe*, II. marabutinos.

In Epiſcopatu Venetenſi. *Monaſterium Rothonenſe*, III. Biſancios.

In Epiſcopatu Maclovienſi.

In Epiſcopatu Briocenſi.

In Epiſcopatu Tregorenſi.

In Epiſcopatu Leonenſi.

In Epiſcopatu Dolenſi.

In Archiepiſcopatu Bituricenſi. *Eccleſia Sanctae Severae juxta Oppidum ejuſdem nominis*, unum marabutinum.

Monaſterium Dolenſe, unam unciam auri.

Domus Dei Pauperum de Cusleno, Biſantium unum.

Tempore Domini Caeleſtini Papae III. *juravit Dominus Caſtri Radulphi Andreas de Jauvigne fidelitatem eidem Domino Caeleſtino pro Caſtro ipſo.*

In Epiſcopatu Claromontenſi. *Monaſterium Caſae Dei*, unum marabutinum.

Monaſterium de Monteferrando, unum marabutinum.

Monaſterium Aurelianenſe, X. Solidos Pictavienſes, *& pro Soliaco*, V. Solidos, *& pro Cella Mauroxienſi*, V. Solidos.

Comes Willielmus, dimidiam marcam argenti.

Eccleſia Brivatenſis, unum marabutinum.

Hoſpitale quod dicitur Petraſalbas, Libram unam cerae.

Guido Comes Alverniae debet ſingulis annis unam unciam auri *pro Caſtro de Uſſonio*, *quod eſt proprietatis Eccleſiae Romanae*, *& in fundum ſibi conceſſit*.

Monaſterium S. Petri Baſilienſis, V. Solidos.

In Epiſcopatu Ruthenenſi. *Eccleſia Sancti Petri Claraevallenſis*, *ſingulis bienniis*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Candabria, XV. Solidos.

Monaſterium Nannetenſe, X. Solidos, *vel* II. marabutinos.

Cella Sancti Petri de Nante, X. Solidos.

Vabrenſe Monaſterium, unum marabutinum.

Hoſpitale Domus de Albrac, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Antonini, *quod factum eſt in Condatenſi Pago*, V. Solidos Rutenenſis monetae.

In Epiſcopatu Caturcenſi. *Eccleſia Sancti Sepulcri* III. Solidos Pictavienſes.

Monaſterium Sanctae Mariae de Rocca Majori, unam marcham argenti.

Eccleſia Sancti Salvatoris cum Capella Sancti Michaëlis, unum aureum.

In Epiſcopatu Lemovicenſi. *Eccleſia Sancti Petri de Oſcha*, unum marabutinum.

Eccle-

Eccleſia Stirpenſis, unum marabutinum.

Eccleſia Uſerticenſis, unum marabutinum.

Eccleſia Bertivenſis, II. Solidos.

Eccleſia Grandimontenſis, II. uncias auri.

In Epiſcopatu Mimatenſi, *ideſt* Gaballorum.

In Epiſcopatu Albigenſi. *Eccleſia Sancti Petri de Farnaria*, unum marabutinum.

Caſtrum Scuriae, II. uncias argenti.

Monaſterium Sancti Benedicti de Caſtris, V. Solidos Mergulienſes.

Monaſterium Sancti Salvii, unum obolum aureum. (*) *Nota quod Monaſterium iſtud factum eſt Cenſuale tempore* Domini Honorii III. Papae, Anno ejus Tertio.

Epiſcopus Albienſis, II. Marchas Sterlingorum, *pro Cenſu de Scura*.

In Epiſcopatu Anicienſi, *ſive* Podienſi, *qui eſt Domini Papae*. *Petrus Iterii*, unam Marcham argenti *de Villa*, *quae vocatur Bargetum*.

Monaſterium Sancti Theofredi Anicienſis dioeceſis, V. Solidos Podienſes *pro ſe*. *Item pro Eccleſiis Sancti Nicentii*, *Sancti Petri de Rivoſicco*, *& Sanctae Mariae de Brennino in Epiſcopatu Gratianopolitano ſitis*, tres Solidos Viennenſes.

In Archiepiſcopatu Burdegalenſi. *Monaſterium Sanctae Crucis*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Macarii V. Solidos Petragoricenſis monetae.

Eccleſia de Bledomonte, V. Solidos.

Abbas Burdegalenſis, unam Marcham argenti.

Eccleſia Sancti Sebaſtiani de Mirabello, II. Solidos Engoliſmenſis monetae.

In Epiſcopatu Pictavienſi. *Monaſterium Sanctae Crucis*, unam unciam auri.

Malleacenſe Monaſterium, XX. Solidos.

Eccleſia Sanctae Trinitatis de Maloleone, II. marabutinos.

Monaſterium Iſercenſe, II. marabutinos.

Monaſterium Fontis Everardi, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Petri in Villa Maſcarans, *a ſuis conditoribus Romanae Eccleſiae tradita eſt*, *& una cum domo ejuſdem Villae ſolvit annuatim* VII. Denarios Pictavienſes.

Monaſterium Sancti Maxentii, V. Solidos Pictavienſis monetae.

In Epiſcopatu Xanctonenſi. *Monaſterium Sanctae Mariae Xanctonenſis*, V. Solidos.

Eccleſia Sancti Petri de Archiaco, III. Solidos Enforzatorum *illius Terrae*.

Domus Eleemoſynaria de Rocella, unum marabutinum.

Domus Eleemoſynaria de Ponte, unum Biſantium.

Domus Eleemoſynaria Sancti Jacobi de Olerum, unum Biſantium.

Monaſterium Sancti Stephani de Bazac, unum Biſantium.

Hoſpitale de Tallebu̇rgo, unum Biſantium.

Domus Eleemoſynaria de Maſlacio, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Engoliſmenſi. *Eccleſia Sancti Petri de Stirpe*, V. Solidos.

Monaſterium Sancti Oſonii, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Eparchii, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Petragoricenſi. *Monaſterium Toſtoriacenſe*, unum marabutinum.

Epiſco-

(*) Notam hanc addidit recentior quiſpiam Camerarius.

Epiſcopalis Sedes, II. marabutinos.

Eccleſia Sancti Frontonis, II. marabutinos.

Eccleſia Sancti Auſterii, unum marabutinum.

Monaſterium Sarlatenſe, unum marabutinum *pro ſe*, *&* alium *pro Fitenſe*, *&* alium *pro Iſagrienſe*.

Capella Sancti Ortechii ſita in Caſtello de Gorzon, X. Solidos.

Hoſpitale de Scornabove, unum mazemutinum.

In Epiſcopatu Agennenſi. *Hoſpitale Sancti Michaëlis juxta Portam Aginnenſem*, XII. Morlanenſes.

Eccleſia Sancti Caproſii, unum malequinum.

Monaſterium Condomenſe, V. Solidos Morlanenſes.

G U A S C O N I A.

In Auxitano *Archiepiſcopatu*. Urbanus Papa II. *Coenobium Generenſe in Guaſconia in jus & proprietatem Apoſtolicae Sedis recepit, & privilegio communivit*, ſub annuo Cenſu II. unciarum auri.

In Aquenſi *Epiſcopatu*. *Eccleſia Sanctae Crucis*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Johannis de Sordua, V. Solidos monetae illius Terrae.

In Leccorenſi *Epiſcopatu*.

In Epiſcopatu Covenarum.

In Epiſcopatu Coſeranenſi.

In Epiſcopatu Adurenſi, *Eccleſia Sancti Severi a Willelmo Sancxi Waſconiae Beato Petro oblata*, debet V. Solidos Pictavienſes *pro Cenſu*.

In Epiſcopatu Bigoritano. *Monaſterium Generenſe juxta Bigorram*, II. uncias auri.

A *In Epiſcopatu* Olorenſi.

In Epiſcopatu Baſatenſi. *Monaſterium Blautmontis*, V. Solidos Burdegalenſes.

In Epiſcopatu Laſcurrenſi.

In Epiſcopatu Bajonenſi.

B *In Archiepiſcopatu* Narbonenſi. *Monaſterium Craſſenſe*, V. marabutinos.

Monaſterium Sancti Aniani, II. Solidos.

Monaſterium Sancti Pontii, II. Solidos Mergulienſes.

Eccleſia Sancti Petri de Arignano, unum marabutinum.

Monaſterium Electenſe, unam libram argenti ſingulis trienniis.

C *In Epiſcopatu* Carcaſonenſi. *Monaſterium Electenſe* unam Libram argenti *per triennium*. *Quod idem eſſe dicitur cum ſuperiore*.

In Epiſcopatu Biterrenſi. *Monaſterium Sancti Tiberii*, unum marabutinum. *In Agathenſi Dioeceſi eſt Monaſterium iſtud*.

D *Eccleſia Sancti Jacobi*, unum marabutinum.

Eccleſia Sancti Petri de mare, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Petri Juſſellenſis Biterrenſis Dioeceſis, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Agathenſi. *Epiſcopus Agathenſis*, II. marabutinos aureos

E pro Inſula Cete.

Monaſterium Sancti Tiberii, unum marabutinum. *Sed eſt idem cum proximo ſuperiori. Et eſt in hac Dioeceſi, ſecundùm dictum Magiſtri Bartholomaei de Anagnia*.

In Epiſcopatu Lotevenſi.

In Epiſcopatu Toloſano. *Eccleſia Sancti Voluſiani in loco, qui vocatur Fluxis*, V. Solidos Pictavienſes.

Eccleſia Sancti Saturnini, X. Solidos Pictavienſes.

Johannes Bocados, *&* *Boamundus Beſceda*, *Cives Montiſpeſulani*, *&* *Nuntii Conſulum* *&* *Communitatis ejuſdem loci*, *venerunt ad* Dominum Innocentium III. Papam, *XVIII. Anno ſuo*, *Menſe Aprili*; *&* *promiſerunt ex parte praedictorum Conſulum*, *&* *Communitatis Montiſpeſulani*, *reddere ſingulis annis Eccleſiae Romanae*, II. marchas auri, C. maſſemutinis pro qualibet marcha computandis. *Et ſolverunt pro primo anno in feſto Reſurrectionis Dominicae praedicti Menſis Aprilis. Et debet fieri ſolutio ſingulis annis in eodem feſto.*

In Epiſcopatu Magaloneſi. *Eccleſia Magalonenſis*, unam unciam auri.

Epiſcopus Magalonenſis, quatuor uncias auri.

Raymundus Petri pro tota Terra ſua, II. marabutinos.

De Agnatico, III. marabutinos.

Epiſcopus Magalonenſis, XX. marchas argenti *pro Comitatu Mergorii*, *ſive Montisferrandi*, *quem* Dominus Papa Innocentius Pontifex III. *in Feudum ſibi conceſſit*.

Villa Montiſpeſulani, II. marchas auri, *videlicet* CC. marabutinos.

Eccleſia Sancti Petri Magalonenſis, III. obolos aureos. *Et facta eſt Cenſualis tempore* Gregorii Papae IX. *pro confirmatione poſſeſſionum* *&* *Eccleſiarum ſuarum*.

In Epiſcopatu Nemauſenſi.

In Epiſcopatu Uticenſi. *Willelmus Deſtre pro eo*, *quod Romana Eccleſia habet in Manſo*, *debet* II. melechinos.

Monaſterium Sanctae Mariae Valiſſalvae, unum obulum aureum *ſingulis annis*.

Dominus Caſtri de Viridifolio, *&* *medietatis Caſtri de Petraſadulla*, *pro eiſdem*, *ſingulis annis* unum aureum.

In Epiſcopatu Elnenſi. *Monaſterium Arulenſe*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Martini de Canicovis, unum melechinum.

Monaſterium Sanctae Mariae de Campo, II. Solidos.

HISPANIA.

In Archiepiſcopatu Taraconenſi. *Archiepiſcopus Taraconenſis debet pro quodam praedio de Villafranca*, *quod fuit Carbonelli*, *&* *eſt in Dioeceſi Barcinonenſi*, III. marabutinos auri.

In Epiſcopatu Barcinonenſi. *Monaſterium Sancti Pauli*, unum marabutinum.

Comes Barcinonenſis de tota Terra ſua, *ſicut continetur in Regiſtro* Urbani Papae, *ſingulis quinquenniis*, XXV. Libras *argenti puriſſimi*.

Canonica Sancti Vincentii de Petrabona, XII. Denarios Barcinonenſes. *Sed non invenitur in iſto Epiſcopatu.*

Eccleſia Sancti Petri Puellarum, *tertiam partem fructus allodii*, *in quo ſita eſt: quae aeſtimata eſt* III. marabutinos.

Eccleſia Sancti Antonii Barcinonenſis, unam Libram cerae. *Et facta eſt Cenſualis Anno Tertio* Domini Innocentii Papae IV. *Menſe Julio*.

Manſus Sancti Geneſii de Amigdala, XII. Denarios Malgurienſes.

In Epiſcopatu Gerondenſi. *Eccleſia Sancti Johannis Rivipollenſis*, III. marabutinos.

Monaſterium Sancti Petri Biſildunenſis, V. Solidos monetae Malgurienſis.

Monaſterium Sancti Petri de Rodis, III. marabutinos.

Monaſterium Arelatenſe.

Monaſterium Sancti Felicis de Cadino, III. Denarios Malgurienſis monetae.

Mona-

Monaſterium Sanctae Mariae Amerienſis, unum marabutinum.

Monaſterium S. Felicis Viſſolvenſis, unum obolum maſſemutinum.

Privilegium Regis Hiſpaniae. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Inter cetera, quae Regiam Majeſtatem decorare videntur, ſumma & praecipua virtus eſt, ſancta loca, ac religioſas perſonas diligere & venerari, & eas largis ditare muneribus, atque in praediis & poſſeſſionibus ampliare, ut dando terrena, imperia adipiſci mereantur aeterna. Eapropter ego Fernandus *Dei gratiâ* Hiſpaniarum Rex, *una cum* uxore mea Regina Donna Viracha, *per ſcriptum donationis firmiſſimum, in perpetuum valiturum, dono Deo & Sancto Petro, & vobis dilecto noſtro* Cardinali Domno Hiacyntho, in Hiſpania Legato, *Caſtrum Toraf: & per proprium annulum vos inde inveſtio; ut ab hac die, & deinceps praefatum Caſtrum habeatis cum pratis, paſcuis, montibus, fontibus, rivis, molendinis, arboribus, villis, & azeniis, piſcariis, & cum omnibus directis & pertinentiis ſuis, & cum omni jure Regali. Et poſſideatis, vendatis, donetis, commutetis, & omnem veſtram voluntatem faciatis, jure hereditario in perpetuum habendum vobis, & Eccleſiae Romanae dono & concedo pro remedio animae meae & parentum meorum & pro amore & dilectione, quam ſemper erga me habuiſtis.*

Factum fuit hoc apud Zamoram in Camera, in qua Domnus Cardinalis jacebat. Et hoc in praeſentia praedictae Donnae Reginae: Bobonis fratris Domni Cardinalis: Ramundi de Capella, Sanctae Romanae Eccleſiae Subdiaconi: Maibrandi ....

A *Si quis igitur tam de meo genere, quàm de alieno, hoc meum ſpontaneum factum irrumpere praeſumſerit, iram omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtoli incurrat, & cum Juda Domini proditore in Inferno ſit damnatus; & pro temerario auſu parti Regiae & veſtrae centum Libras auri perſolvat, &* B *quod invaſerit, vobis, vel voci veſtrae in quadruplum reddat. Et hoc ſcriptum ſemper maneat firmum.*

Facta Charta in Zamora, VII. Idus Julii. Era MCCX. Regnante Rege Domino Fernando Legione, Extremadura, Gallecia, & Aſturia, eo Anno, quo famoſiſſimus atque pius Dominus Cardinalis Hiacyntus Apoſtolicae Sedis Legatus venit in Hiſpania.

C *Ego* Fernandus, *Dei gratiâ*, Hiſpaniarum Rex, *hoc Scriptum, quod fieri juſſi, proprio robore confirmavi.*

Ego Petrus, *Dei gratiâ*, Compoſtellanae Eccleſiae Archiepiſcopus *confirmavi.*

Johannes Legionenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Gonzalus Ovetenſis Epiſcopus *con-* D *firmavi.*

Fernandus Aſturicenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Stephanus Zamorenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Petrus Salmaticenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Adam (a) Arocienſis Epiſcopus *confirmavi.*

E Johannes Luccenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Petrus (b) Scoanienſis Epiſcopus *confirmavi.*

Johannes Mindonienſis Epiſcopus *confirmavi.*

Johannes Tudenſis Epiſcopus *confirmavi.*

Domi-

(*a*) In alio Codice legitur *Aurienſis*.
(*b*) Alter Codex habet: *Caurienſis*.

Dominicus (a) Cababrienſis Epiſcopus *confirmavi.*

Comes Urgellenſis Major-domus Regis confirmavi.

Fernandus Rodrici Dominus in Aſturiis confirmavi.

Comes Gomes in Tranſtamar confirmavi.

Comes Petrus confirmavi.

Comes Afonſus confirmavi.

Alvarus Rodrici confirmavi.

Petrus Rodrici confirmavi

Gotterus Rodrici confirmavi.

Gotterus Gotteri ſignifer Regis confirmavi.

Ego Pelagius Gotteri, Notarius Regis pro Archidiacono Domno Pelagio exiſtente Cancellario ſcripſi & confirmavi.

A

In Epiſcopatu Auſonenſi, *ſive Vicenſi. Monaſterium Sancti Johannis Rivopollenſis*, III. marabutinos auri.

Monaſterium Sancti Benedicti de Bragis, III. Biſantios.

Monaſterium Sanctae Mariae Rivopollenſis, III. marabutinos auri.

In Epiſcopatu Ilerdenſi. *Monaſterium Sancti Victoriani*, dimidiam unciam auri.

In Epiſcopatu Oſcenſi. *Monaſterium Sancti Johannis de Pinna*, unam unciam auri malachinorum.

Monaſterium Sancti Petri de Laſeſio IV. marabutinos.

Canonica Montis Aragonum, unam unciam auri.

Eccleſia ipſa Oſcenſis, dimidiam unciam auri.

In Epiſcopatu Tiraſonenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae, ſita in Caſtro Tutelae*, II Solidos illius monetae, *videlicet* Sancettorum.

In Epiſcopatu Galaguritano.

In Epiſcopatu Urgellenſi. *Monaſterium Sancti Saturnini, per ſpatium octo annorum*, Libram unam argenti.

Eccleſia Aggerenſis, III. marabutinos.

Eccleſia Sancti Petri de Devotis, tertiam partem fructus allodii, *in quo ſita eſt.*

B

Eccleſia Sanctae Mariae Urgellenſis, unam unciam auri. *Quae eſt Cathedralis.*

Eccleſia Gerenſis, unam unciam argenti.

Comes Barcinonenſium de omni honore ſuo, & ſpecialiter de Urbe Tarraconis, per quinquennium debet perſolvere Eccleſiae Romanae XXV. Libras argenti puriſſimi.

C

Raymundus Guillielmi obtulit beato Petro duo Caſtra. Unum dicitur Lobarioli, & alterum Taltevolle; ſub penſione IV. unciarum auri malachinorum. *Eâ conditione, ut poſteri ejuſdem Guillielmi accipiant praefata Caſtra de manu Romani Pontificis.*

Monaſterium Sancti Petri de Portella, unam unciam argenti.

D

Rex Aragonum, CCL. obolos auri *pro Regno ſuo.*

In Epiſcopatu Caeſarauguſtano. *Monaſterium Sanctae Catharinae Caeſarauguſtanenſis, Ordinis Sancti Damiani*, unam Libram cerae *annuatim.*

In Epiſcopatu Tortoſenſi.

E

In Epiſcopatu Pampelonenſi. *Hoſpitale Sanctae Mariae Caſae Dei Roſcidae Vallis*, unum marabutinum *annuatim.*

In Epiſcopatu Majoricenſi, *qui eſt Domini Papae.*

In Archiepiſcopatu Toletano. *Archiepiſcopus Toletanus pro Eccleſia Sancti Cerni*, X. Solidos Pipionum, *vel* duos

(a) *Abulenſis* in alio Codice.

duos Anfuſinos. *Item pro Monaſterio Sancti Servandi, quod eſt in* Epiſcopatu Seguntino, XV. marabutinos auri.

In Epiſcopatu Seguntino. *Ipſe Archiepiſcopus pro Monaſterio Sancti Servandi* XV. marabutinos, *ut ſupra*.

In Epiſcopatu Oxomenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Silva*, XII. Denarios Pipionum.

Monaſterium Sancti Petri de Gomello, unum marabutinum auri.

In Epiſcopatu Burgenſi, *qui eſt Domini Papae*.

Monaſterium Sancti Salvatoris Ovienſis, unam unciam auri.

Monaſterium Sancti Dominici, V. marabutinos.

Monaſterium de Cardinia, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Palentino. *Eccleſia Vallis Oleti*, XXV. marabutinos.

In Epiſcopatu Segobricenſi.

In Epiſcopatu Secobienſi.

In Epiſcopatu Concenſi. *Domus Fratrum Militiae Sancti Jacobi annuatim* X. malachinos.

In Epiſcopatu Emeritenſe, *vel* Compoſtellano. *Monaſterium de Antealtaria*, unum marabutinum.

In Abulenſi *Epiſcopatu*.

In Epiſcopatu Placentino.

In Epiſcopatu Civitatenſi. *Eccleſia Sancti Juliani de Pirario*, unum marabutinum auri.

Monaſterium Sancti Spiritus, Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae. *Et eſt exemtum, ſecundùm quod continetur in ipſius Privilegio*.

In Epiſcopatu Salmantino.

In Epiſcopatu Elborenſi.

In Epiſcopatu Caurienſi.

In Epiſcopatu Ulixibonenſi. *Templarii pro tribus Eccleſiis, videlicet Rodina, Ega, & Palumbato*, unam unciam auri maſſemutinorum.

Monaſterium Sancti Vincentii Ulixibonenſis, IV. Obolos maſſemutinos.

In Epiſcopatu Legionenſi, *qui eſt Domini Papae. Monaſterium Sancti Facundi*, II. Solidos monetae illius Terrae.

Monaſterium Sancti Iſidori, unum marabutinum.

Militia Beati Jacobi, X. marabutinos.

Monaſterium Trianenſe, III. marabutinos.

In Epiſcopatu Ovetenſi, qui eſt Domini Papae.

Monaſterium Caurienſe debet annis ſingulis II. Obolos aureos.

In Epiſcopatu Zamorenſi. *Caſtrum Torat*, unam marcam auri.

Eccleſia Sancti Martini Epiſcopi inter Taurum & Zamoram in loco, qui dicitur Freiſno, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Egitanienſi.

In Archiepiſcopatu Bracharenſi. *Eccleſia Sancti Martini*, II. marabutinos.

In Epiſcopatu Portugallenſi Canonica, quae vocatur Eccleſiola, II. marabutinos.

Fratres Militiae Templi, IV. uncias marabutinorum *pro Eccleſiis, quas habent in Regno Portugalliae. Et pro Eccleſia de Thomars, que dicitur Ozizera*, quatuor Libras cerae. *Et pro Eccleſiis de Palumbato, Rodine, & Ega* unam unciam auri marabutinorum, *ut ſupra*.

Adefonſus Dux Portugallenſis *de tota Terra ſua, quam nunc habet, vel in futurum Deo propitio poterit adipiſci*, IV. uncias auri. *Procedente verò tempore, ab* Alexandro III. *Regio vocabulo*

A *cabulo inſignitus fuit idem Adefonſus, & praeſcriptas quatuor uncias* in duas marchas auri puriſſimi *poſt Lateranenſe Concilium augmentavit.*

Monaſterium Sancti Petri de Arganil, Ordinis Sancti Auguſtini, II. marabutinos.

In Epiſcopatu Colinbrienſe. *Eccleſia Sanctae Crucis*, II. marabutinos.

B *Monaſterium Sancti Petri de Arganil*, II. Portugallenſes aureos.

Monaſterium Sancti Georgii, Ordinis Sancti Auguſtini, II. aureos Portugallenſes. *Quod Monaſterium factum eſt cenſuale, tempore* (*) Domini Honorii III. Papae *Anno Quinto.*

In Epiſcopatu Viſenſi.

C *In Epiſcopatu* Lamecenſi.

In Epiſcopatu Aurienſi. *Monaſterium de Urſaria*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Tudenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Rehorios*. II. marabutinos.

In Epiſcopatu Lucenſi.

D *In Epiſcopatu* Aſturicenſi. *Monaſterium Sancti Martini de Caſtanaria, ſingulis annis* unum marabutinum.

In Epiſcopatu Mindunienſi.

A N G L I A.

E *In Archiepiſcopatu* Cantuarienſi. *Monaſterium Sancti Salvatoris de Ferveſchan*, unam marcam argenti.

In Epiſcopatu Londonienſi. *Eccleſia, quae dicitur Floretia*, unam monetam auri.

In Epiſcopatu Roſenſi, *ſive* Roveceſtrenſi.

In Epiſcopatu Ciceſtrenſi.

In Epiſcopatu Exovienſi.

In Epiſcopatu Winconienſi. *Eccleſia de Bomine*, unum malachinum.

Monaſterium Sancti Petri de Certeſera, IV. aureos.

In Epiſcopatu Batonienſi & Wellenſi.

In Epiſcopatu Salesberienſi. *Monaſterium Sancti Adelmi*, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Wigornienſi.

In Epiſcopatu Herfordenſi.

In Epiſcopatu Conventrenſi. *Monaſterium de Bredeja*, II. Bizantios.

In Epiſcopatu Lincolnienſi. *Monaſterium Sancti Albani*, unam unciam auri marabutinorum.

Monaſterium Malverbienſe, unam unciam auri.

Monaſterium Eccleſiae Sanctorum Petri, & Pauli de Chavecumba, unum obulum maſſemutinum.

In Epiſcopatu Norwicenſi. *Monaſterium Sancti Eadmundi*, unam marcam Sterlingorum.

In Epiſcopatu Helienſi. *Hoſpitale de Anglelhera*, unum melequinum.

W A L L I A.

In Epiſcopatu Menevenſi.

In Epiſcopatu Landavenſi.

In Epiſcopatu Bangornenſi.

In Epiſcopatu de Sancto Aſach.

In Archiepiſcopatu Eboracenſi. *Eccleſia Canonicorum Regularium Sanctae Mariae de Carleolo*, unam marcham argenti *annuatim. Hodie eſt Epiſcopalis Eccleſia.*

(*) Additamentum recentioris Scriptoris.

Domus Ciſtercii debet ſolvere pro Eccleſia de Schadeborch ſingulis annis unum obulum maſſemutinum.

A *In Epiſcopatu* Dunelmenſe.

In Epiſcopatu Cardocenſe.

Denarius Beati Petri colligitur in hunc modum in Anglia.

De Cantuarienſi Dioeceſi	*VII. Libras, &*	*XVIII.*	*Solidos.*	
De Roffenſi	*V. Libras, &*	*XII.*	*Solidos.*	
De Londonenſi	*XVI. Libras, &*	*X.*	*Solidos.*	
De Norwicenſi	*XXI. Libras. &*	*X.*	*Solidos.*	
De Elienſi	*V. Libras.*			
De Lincolnienſi	*XLII. Libras.*			
De Ciceſtrenſi	*VIII. Libras,*			
De Wintonienſi	*XVII. Libras, &*	*VI.*	*Solidos.*	*& VIII. Denarios.*
De Exonienſi	*IX. Libras, &*	*V.*	*Solidos.*	
De Wigornienſi	*X. Libras, &*	*V.*	*Solidos.*	
De Herefordenſi	*VI. Libras.*			
De Bathonienſi	*XI. Libras, &*	*V.*	*Solidos.*	
De Saresberienſi	*XVIII. Libras.*			
De Conventrenſi	*X. Libras, &*	*V.*	*Solidos.*	
De Eboracenſi.	*XI. Libras, &*	*X.*	*Solidos.*	

Summa CCC. Marcharum, minus unam Marcham.

IN DACIA.

Excerptum ex Regiſtro Paſchalis Papae II. *Epiſcopis per Daciam conſtitutis: inter cetera.* De Cenſu *etiam, quem Beato Petro Praedeceſſores veſtri ſingulis annis inſtituerunt, Fraternitatem veſtram, una cum eodem fratre noſtro* Lundenſe Archiepiſcopo *volumus eſſe ſolicitam, ne in ipſo negotio fraudem Romana Eccleſia ulterius patiatur, ſed integre hujuſmodi caritatis debitum prudentia veſtra ſatis ſapienter ſuſcipiat.*

Datum Laterani VIII. Idus Maii.

In Epiſcopatu Lundenſi.

In Epiſcopatu Roſcheldenſi.

In Epiſcopatu Othonienſi.

B *In Epiſcopatu* Slewicenſi.

In Epiſcopatu Ripenſi.

In Epiſcopatu Wibergenſi.

In Epiſcopatu Aruſienſi.

In Epiſcopatu Burgalanenſi.

C *NORWEGIA.*

In Archiepiſcopatu Nidroſtenſi.

In Epiſcopatu Bergenſi.

In Epiſcopatu Stanvengrenſi.

D *In Epiſcopatu* Hamercopenſi.

In Epiſcopatu Haſslonenſi.

In

In Epiſcopatu Horcadenſi.

In Epiſcopatu Sunderienſi. *Eccleſia Sancti Columbi de Inſula Hy*, II. Bizantios *annuatim*.

Notandum, quod ſingulae domus Norvegiae, ſingulos *dant* Denarios monetae ipſius Terrae.

S U E C I A.

In Archiepiſcopatu Ubſalenſi.

In Epiſcopatu Aruſienſe. *Epiſcopus ipſe*, II. marchas *ſingulis annis*.

In Epiſcopatu Straganenſe.

In Epiſcopatu Lincopenſe. *Epiſcopus ipſe* XI. marchas, *& de ſingulis annis* ad pondus Colonienſium.

In Epiſcopatu Scarenſi.

Notandum, quod ſingulae domus Sueciae ſingulos *dant* Denarios monetae ipſius Terrae.

S C O T I A.

In Epiſcopatu Sancti Andreae, *qui eſt Domini Papae. Eccleſia Sancti Thomae Martyris de Abberuthoë*, II. Biſantios.

Abbatia de Londores, II. Biſantios.

Abbatia de Kaëlko unum aureum, *vel* duos Solidos Sterlingorum. *Et ſciendum eſt, quod Cenſus iſte. XIII. Anno Pontificatus* Domini Innocentii Papae III. *auctus eſt, & mutatus* in unam marcham Sterlingorum, *Eccleſiae Romanae annis ſingulis perſolvendam, per Hugonem Monachum, & Nuntium Monaſterii praedicti, tunc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum*.

In Epiſcopatu Glaſcuenſi, *qui eſt Domini Papae. Ipſa Eccleſia ſingulis annis* III. marchas.

Abbatia Sanctae Mariae de Jedewrth ſingulis annis unum marabutinum, & unum Canipulum.

In Epiſcopatu Candidae Caſae, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Dumicheldenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Dumblanienſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Brechinenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Aberdonenſi, *qui eſt Domini Papae. Willicriſt Comes de Mar*, II. Solidos Sterlingorum, *quos debet mittere per Hoſpitalarios de mandato Johannis de Salerno Cardinalis*.

Eccleſia Sanctae Mariae de Munmuſch, II. Solidos Sterlingorum.

In Epiſcopatu Murenenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Roſmarchinenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu Catanenſi, *qui eſt Domini Papae*.

In Epiſcopatu de Aregartel, *qui eſt Domini Papae*.

H I B E R N I A.

Tempore Domini Eugenii Papae III. *facta eſt diviſio iſtius Hiberniae in quatuor Metropoles*, per Johannem Paperonum Presbyterum Cardinalem titulo Sancti Laurentii in Damaſo, *Apoſtolicae Sedis Legatum, ut inferius adnotatur*.

In Archiepiſcopatu Armachiae, *qui eſt Primas totius Hiberniae*.

In Epiſcopatu Connerinenſi.

In Epiſcopatu de Dundalechglas. *Eccleſia Sancti Patritii de Duno*, dimidiam unciam auri.

In Epiſcopatu Lungundunenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Luduno*, XX. Solidos Sterlingorum.

In Epiſcopatu Cluaniraird.

In Epiſcopatu de Gonnanas.

In Epiſcopatu de Ardachad.

In Epiſcopatu de Rathboth.

In Epiſcopatu de Rathlarig.

In Epiſcopatu de Damliagg.

In Epiſcopatu de Darrih.

In Epiſcopatu Dublinenſi.

In Epiſcopatu de Clendalachi.

In Epiſcopatu de Fern.

In Epiſcopatu de Cainic.

In Epiſcopatu de Glen.

In Epiſcopatu de Cbyldaras.

In Epiſcopatu Caſſellenenſi.

In Epiſcopatu de Cendalverano.

In Epiſcopatu de Luninech.

In Epiſcopatu de Inſula Gathay. *Hoſpitale Sancti Johannis Dublinenſis*, II. Solidos Sterlingorum.

In Epiſcopatu de Cellumabrach.

In Epiſcopatu de Ymlech.

In Epiſcopatu Deroſcreenſi.

In Epiſcopatu de Waltifordiano.

In Epiſcopatu de Liſmor.

In Epiſcopatu de Cluanvana.

In Epiſcopatu de Forcaja.

In Epiſcopatu de Roſailithir.

In Epiſcopatu de Ardfert.

In Epiſcopatu Taumenſi.

In Epiſcopatu de Mageo.

In Epiſcopatu Cellalaid.

In Epiſcopatu de Reſcomon.

In Epiſcopatu de Culvanfert.

In Epiſcopatu de Achad.

In Epiſcopatu de Conairi.

In Epiſcopatu de Celmunduach.

SARDINIA.

In Archiepiſcopatu Calarenſi. *Archiepiſcopus Calarenſis*, IV. Libras argenti.

In Epiſcopatu Sulcitano. *Epiſcopus Sulcitanus*, II. Libras argenti.

Monaſterium Sancti Saturnini, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Dolienſi. *Epiſcopus Dolienſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Suellitano; *Epiſcopus*, II. Libras.

In Epiſcopatu Barbarienſi. *Epiſcopus Barbarienſis*, II. Libras argenti.

Ecclesia Sancti Saturnini, II. Libras argenti.

In Archiepiſcopatu Turritano. *Archiepiſcopus Turritanus*, IV. Libras argenti.

Judex Turritanus, IV. Libras argenti *ſingulis annis*.

In Epiſcopatu Sorrenſi. *Epiſcopus Sorrenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Plavacenſi. *Epiſcopus* II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Ampurienſi. *Epiſcopus Ampurienſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Giſarcenſi. *Epiſcopus Giſarcenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu de Phagi. *Epiſcopus*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Caſtrenſi. *Epiſcopus Caſtrenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Ozanenſi. *Epiſcopus Ozanenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Boſenſi. *Epiſcopus Boſenſis*, II Libras argenti.

Abbas de Sacharia, II. Libras argenti.

Monaſterium de Plajano, II. Libras argenti.

Monaſterium de Tergo, II. Libras argenti.

Prior de Salvenero, unam Libram argenti.

In Archiepiſcopatu Arborenſi. *Archiepiſcopus Arborenſis*, IV. Libras argenti.

Judex Arborenſis, MC. Biſantios auri *ſingulis annis*.

In Epiſcopatu Uſellenſi. *Epiſcopus Uſellenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Sanctae Juſtae. *Epiſcopus Sanctae Juſtae*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu de Terra Alba. *Epiſcopus de Terra Alba*, II. Libras argenti.

Eccleſia Sancti Michaëlis de Monte Arculeti, IV. maſſemutinos.

A *Eccleſia Sancti Thomae de Arkitano*, IV. maſſemutinos.

In Epiſcopatu Civitatenſi, *qui eſt Domini Papae*, *Epiſcopus Civitatenſis*, II. Libras argenti.

In Epiſcopatu Galtellinenſi, *qui eſt Domini Papae; Epiſcopus Galtellenſis*, II. Libras argenti.

Judex Gallurenſis, II. Libras argenti.

B

ULTRA MARE.

* Hieroſolomytanus *Patriarchatus habet ſub ſe has Metropoles inferius adnotatas. Suffraganei ſunt Epiſcopi ſubſequenter notati.*

C *Monaſterium Sanctae Mariae de Valle Joſaphat debet annuatim* unam unciam auri.

In Epiſcopatu Ebronenſi.

In Epiſcopatu Lydenſi.

In Epiſcopatu Aſcalonenſi, *qui etiam* Betleemitenſis *eſt*.

D *In Epiſcopatu* Tyrenſi.

In Epiſcopatu Aconenſi. *Hoſpitale novum Sanctae Mariae*, II. marabutinos.

Eccleſia Sancti Thomae Martyris, & Sancti Georgii de Siſto, *ſingulis annis* II. Saracenatos.

E *Hoſpitale Sancti Johannis Hieroſolymitani*, unam Libram auri, *ratione Caſtri Craci*, *ſicut continetur in Privilegio quondam* Domini Alexandri Papae IV. *indulto Fratribus ipſius Hoſpitalis*, *Anno ejuſdem Domini Papae Primo*.

In Epiſcopatu Sidonienſi.

In Epiſcopatu Berythenſi.

A *In Epiſcopatu* Paneenſi: *quae Civitas Paneas videlicet, alio nomine Belinas vocatur.*

In Epiſcopatu Caeſareae.

In Epiſcopatu Sebaſteno: *quae Civitas Sebaſtia ſcilicet, alio nomine dicitur Samaria.*

B *In Archiepiſcopatu* Nazareae.

In Epiſcopatu Tiberiadenſi.

In Petracenſi *Archiepiſcopatu.*

ANTIOCHIA.

C *In* Antiocheno *Patriarchatu centum ſu t quinquaginta tres Cathedrales Eccl ſiae adinſtar illius Euangelici:* Impletum eſt rete magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. *De his iſtis temporibus hos tantùm habuit Archiepiſcopos, qui inferius adnotantur. Iſtos autem habet Epiſcopos idem Patriarchatus.*

D *In Epiſcopatu* Laodiceno.

In Epiſcopatu Gabulenſi.

In Epiſcopatu Anteradenſi.

In Epiſcopatu Tripolitano.

In Epiſcopatu Biblienſi: *quae Civitas Biblium videlicet, hodie Gibelet vocatur.*

In Archiepiſcopatu Tarſenſi.

In Archiepiſcopatu Edeſſeno: *quae Civitas Edeſſae videlicet, alio nomine dicitur Rages Medorum.*

In Archiepiſcopatu Apamienſi.

In Epiſcopatu Valanienſi.

In Archiepiſcopatu Tulupenſi: *qui etiam* Eliorpolitanus *appellatur.*

In Archiepiſcopatu Corizenſi.

In Archiepiſcopatu Mamiſtrenſi. *Archiepiſcopi ſupradicti carent Epiſcopis propter deſtructionem Civitatum.*

In Imperio Conſtantinopolitano apud Theſſalonicam. Monaſterium Acapni debet annuatim X. Yperpera pro Cenſu. *Ipſum enim Monaſterium* Dominus Innocentius Papa III. *Pontificatus ſui Anno XIII. ſub Eccleſiae Romanae protectione recepit ſub praedicto Cenſu annuatim ſolvendo.*

Apud Conſtantinopolim Hoſpitale Sancti Samſonis debet annuatim Eccleſiae Romanae III. Yperpera.

Eccleſia Sancti Marci Cretenſis debet annuatim Eccleſiae Romanae pro Cenſu unum Yperperum.

FINIS.

Debita

Debita Cenſus Romanae Eccleſiae in Hiſpania.

Hìc continentur Cenſus Romanae Eccleſiae in Hiſpania.

A IN *Epiſcopatu* Elnenſi. *Monaſterium Sancti Martini de Conizone*, unum marabutinum.

Monaſterium Sanctae Mariae de Campo, II. Solidos illius monetae.

In Epiſcopatu Gerundenſi. *Monaſterium Sancti Petri de Rodio*, II. marabutinos.

Monaſterium Sancti Petri de Biſulduno, V. Solidos monetae Malgu- B rienſis.

Monaſterium Sanctae Mariae Biſuldunenſis, II. Solidos illius monetae.

Monaſterium Sancti Felicis de Cadinis, unum Solidum illius monetae.

Monaſterium Sanctae Mariae Amerienſis, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Felicis Wiſolnenſis, unum obulum. C

In Epiſcopatu Vicenſi. *Monaſterium Sancti Johannis Rivipollenſis.* III. marabutinos.

Monaſterium Sancti Benedicti de Bangis, III. marabutinos.

Monaſterium Sanctae Mariae Rivipollenſis, III. marabutinos.

In Epiſcopatu Barchilonenſi. *Mo-* D *naſterium Sancti Pauli*, unum marabutinum.

Monaſterium Sancti Petri Puellarum, III. marabutinos.

Comes Barchilonenſis de tota Terra ſua, ſicut continetur in Regiſtro Urbani Papae, *ſingulis quinquenniis* XXV. Libras argenti puriſſimi.

Monaſterium de Craſſe, unum marabutinum. E

Manſus Sancti Geneſii de Amigdala Barchilonenſis Dioeceſis, XII. Denarios.

Item Archiepiſcopus Terraconenſis *debet de quodam praedio de Villafranca, quod fuit Carbonelli*, III. marabutinos, *& eſt in Epiſcopatu Barchilonenſi.*

In Epiſcopatu Ilerdenſi. *Monaſterium Sancti Victoriani*, dimidiam unciam auri.

In Epiſcopatu Oſcenſi. *Monaſterium Sancti Johannis de Pinna*, unam unciam auri.

Monaſterium Sancti Petri de Laſis, dimidiam unciam auri.

Eccleſia Oſcenſis, dimidiam unciam auri.

Canonica Montis Aragonum, unam unciam auri.

In Epiſcopatu Urgellenſi. *Monaſterium Sancti Saturnini per ſpatium ſeptem annorum*, unam Libram argenti.

Eccleſia Aggerenſis, III. marabutinos.

Eccleſia Sanctae Mariae Urgellenſis, quae eſt Cathedralis, unam unciam auri.

Eccleſia Gerrenſis, unam unciam argenti.

Praepoſitus de Muris, II. Solidos.

Raymundus Guillielmi obtulit Beato Petro duo Caſtra. Unum dicitur Laborola: *alterum* Taltevult, *ſub penſione* quatuor unciarum auri.

Monaſterium Sancti Petri de Portella, unam unciam argenti.

Illuſtris Rex Aragonum pro toto Regno ſuo ſingulis annis, CCL. obulos auri.

In Epiſcopatu Tiraſonenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae ſita in Caſtro Tutellae*, II. Solidos.

In Epiſcopatu Pampilonenſi. *Hoſpitale Sanctae Mariae Roççae de Valle*, unum marabutinum.

IN REGNO CASTELLAE.

Archiepiſcopus Toletanus *pro Eccleſia Sancti Servandi*, XV. marabutinos. *Idem Archiepiſcopus pro Eccleſia Sancti Cerni*, XV. Solidos Pipionum, *qui valent* II. Alfonſinos.

In Epiſcopatu Oxomenſi. *Monaſterium S. Petri de Gunello*, unum marabutinum.

Eccleſia Sanctae Mariae de Silva, XII. Denarios Papienſium.

In Epiſcopatu Burgenſi. *Monaſterium Omenſe*, unam unciam auri.

Monaſterium S. Dominici, V. marabutinos.

Monaſterium S. Petri de Cardina, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Palentino. *Eccleſia Vallis Oleti*, XXV. marabutinos.

IN REGNO LEGIONENSI.

In Epiſcopatu Aſturicenſi. *Monaſterium S. Martini de Caſtania*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Legionenſi. *Monaſterium S. Facundi*, II. Solidos.

Monaſterium S. Iſidori, unum marabutinum.

Monaſterium Trienſe, III. marabutinos.

In Epiſcopatu Ovetenſi. *Monaſterium Caurienſe*, II. marabutinos.

In Epiſcopatu Zamorenſi. *Eccleſia S. Martini de Epiſcopo Zamorenſi*, unum marabutinum.

Militia S. Jacobi pro Privilegio, X. marabutinos.

Militia S. Jacobi pro Caſtro Thoraph, marcam auri.

In Epiſcopatu Salmaticenſi. *Monaſterium S. Juliani*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Civitatenſi. *Eccleſia S. Juliani de Pirano*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Aurienſi. *Monaſterium de Urſaria*, unum marabutinum.

In Epiſcopatu Tudenſi. *Eccleſia Sanctae Mariae de Reſloriis*, II. marabutinos.

In Civitate Compoſtellana Monaſterium Antealtaria, unum marabutinum.

IN REGNO PORTUGALLENSI.

In Epiſcopatu Ulixibonenſi. *Templarii pro tribus Eccleſiis, Rodina, & Ega, & Souri*, unam unciam auri. *Item Templarii pro Eccleſiis de Timar, & de Ozizera*, IV. Libras cerae. *Et pro Eccleſiis de Rivo frigido in Epiſcopatu Tudenſi, & pro Eccleſiis de Mogadorio, & Pennarubra in Archiepiſcopatu Bracarenſi, & pro multis aliis Eccleſiis, quas habent in Regno Portugallenſi*, IV. uncias auri.

Monaſterium Sancti Vincentii Ulixibonenſis, IV. obolos aureos,

In Epiſcopatu Portugallenſi; Canonica, quae dicitur Eccleſiola, II. marabutinos.

In Epiſcopatu Colimbrinenſi. Monaſterium S. Crucis de Colimbria, II. marabutinos.

Monaſterium S. Georgii, II. marabutinos.

Adelfonſus Dux Portugallenſis *de tota Terra ſua, quam nunc habet, & in futuro poterit adipiſci*, IV. uncias auri. *Procedente verò tempore ab* Alexandro III. Papa *Regio vocabulo inſignitus &c. ut ſupra.*

Monaſterium S. Petri de Arganis, Ordinis S. Auguſtini, II. marabutinos.

ADDITAMENTUM.

Archiepiſcopus Compoſtellanus *debet Camerae pro ſuccurſu Terrae Sanctae*, DCCC. Libras.

Abbas Sancti Germani de Pratis Pariſienſis debet de Viceſima, L. Libras.

Apud Monaſterium S. Theodori Januenſis ſunt depoſitae CC. Librae Januenſium *minorum per manus* Epiſcopi Caſtrenſis, *quas idem ſolvit pro ſubſidio Terrae Sanctae*.

Anno Domini MCCXXXIII. Pontificatus Domini Gregorii IX. Papae *Anno VII. Calendis Julii, Eccleſia Sancti Thomae de Plano Rubi, ſita in Muranenſi Dioeceſi, conceſſa eſt Johanni Leoni Canonico Beneventano, ſalvo* Cenſu unius oboli auri, *quem Domini Papae Camerae tenetur ſolvere annuatim*.

„ Haec ſunt nomina ſeptem Epiſcopatuum, quorum Epiſcopi ſemper aſſiſtunt Apoſtolico lateri.

Oſtium.
Portus.
Albanum.
Tuſculanum.
Praeneſte.
Sancta Rufina.
Sabinia.

Nomina aliorum Epiſcopatuum pertinentium ad Sanctam Sedem: Tibur; Signium; Anagnia; Ferentinum; Alatrum; Verula; Sora; Terracina; Funda; Gajeta; Capua; Adverſa; Neapolis; Surrentum; Amalfia; Ravellum; Salernum; Beneventum; Troja; Melfia; Rapolla; Conſa; Acherontum; Sipontum; Veſtia; Barum; Tranum; Monopolis; Ydrontum; Brunduſium; Tarentum; Epiſcopatus Montiſpiloſi, qui eſt juris beati Petri.

IN CALABRIA.

Caſſanum: Biſinianum: Roſanum: Sancta Severina: Cuſentia: Malciettum, Neocaſtrum: Trium Tabernarum: Squillâtium (*) *i Regium: Miletum.*

IN SICILIA.

Panormum. Meſſana. Catana. Syracuſa. Agrigentum. Mazaria.

IN AFRICA.

Carthago.

IN DALMATIA, ET ITALIA.

Selona; Raguſa; Jadera; Dioclia; Marſia; Baliva; Nurſia; Furconium; Abrutium; Pennae; Tyete; Eſculum; Firmium; Humanum; Ancona; Auximum; Xenogallia; Piſaurium; Calle; Fanum; Ariminum; Eſium; Forum Sempronii; Nuceria; Urbinum; Mons Feretri; Gubium; Fulinga; Spoletum; Caſtellum Felicitatis; Peruſium; Camerinum; Aſiſium; Tudertum; Amelia; Orche; Narnia; Reate; Nepe; Sutrium; Civitas Caſtellana; Tuſcana; Balneum Regium; Urbivetum; Cluſium; Aretium; Senae; Florentia; Feſulae; Piſtoria; Lunae; Luca; Piſae; Vulterris; Maſſa; Roſelae; Suana; Caſtrum; Jenua; Bobium; Brumade; Papia; Ravenna.

SARDINIA.

Tres Archiepiſcopatus, Callaris, Arboreja, Turris. Duo Epiſcopatus in Galluria, Civitas, & Galtellum.

IN CORSICA.

Epiſcopatus ſeptem: S. Mariae de Marana: Sancti Florentii Nebolenſis: Sancti Marcelli de Aleria: Sancti Froſi de Azaco: Sancti Petri de Atho: Sagonenſis Epiſcopatus.

IN REGNO FRANCORUM.

Avitium.

IN ALEMANNIA.

Babembergenſis.

IN HISPANIA.

Compoſtella; Ovedum; Legionis; Burgus.

Iſta ſunt nomina Abbatiarum & Canonicarum Regularium Sancti Petri.

A

IN ITALIA.

Monaſterium Sancti Silveſtri in Monte Soracte. Monaſterium Farfenſe. Monaſterium Sancti Salvatoris in Reate. Monaſterium Sublacenſe. Monaſterium Caſinenſe. Sancti Vincentii de Sangro. Sanctae Mariae in Baſilica. Sancti Johannis in Venere. Sancti Stephani in Rivo Armato. Sancti Petri juxta mare. Sancti Petri Terrae Majoris. Sancti Johannis in Lama. Sancti Laurentii in Averſa. Sancti..... Neapolis. Sancti Salvatoris de Teleſio. Sanctae Trinitatis in Cavea. Sancti Benedicti in Salerno. Sancti Pauli de Avellino. Beneventi Sanctae Sophiae. Sancti Lupi. Sancti Modeſti. Capella Sancti Salvatoris in Palatio. Sancti Petri Monialium. Sanctae Mariae de Portaſuma. Eccleſia Sancti Leonis extra Portamſumam. Sancti Angeli de Urſaria. Sancti Nicolai de Troja. Sancti Angeli de Vultu. Sanctae Mariae in Edera. Sanctae Trinitatis de Venuſia. Sanctae Mariae de Banduſia. Sanctae Mariae in Tremiti. Sanctae Mariae de Monte Piloſo. Sancti Stephani de Monopoli. Sanctae Mariae de Monteſcabioſo. S. Mariae de Cupſana. Sancti Sabini de Carviſia. Omnium Sanctorum. Sancti Nicolai Barenſis, in quo Corpus ejus requieſcit. S. Angeli de Montegargano. Sanctae Mariae de Nerito. Sancti Andreae de Brundiſio.

IN EPISCOPATU BOJANENSI.

Eccleſia Sanctae Trinitatis.

IN CALABRIA.

Sanctae Mariae de Camiliano. Sanctae Mariae de Matina. Sancti Nicolai de Caſtello. Sancti Marci. Sanctae Euphemiae. Sancti Angeli, & Sancti Nicolai de Mileto. Sancti Georgii Canonicorum de Balnearia.

B

IN SICILIA.

Abbatia Catanienſis. Sancti Bartholomaei de Inſula Lipari.

IN EPISCOPATU PERUSINO.

Mons Sancti Petri de Peruſio. Sancti Salvatoris de Monteacuto. Sanctae C *Mariae de Valle Pontis. Sancti Pauli de Valle Pontis. Sancti Juſtini de Valle Pontis. Sancti Petri de Mantiano.*

IN EPISCOPATU SPOLETANO.

Infra ipſam Civitatem Eccleſia Sancti Johannis Monialium; & Sancti Iſaac Monachorum extra Civitatem. Sancti Petri foris Portam. Sancti Gregorii Canonicorum. D *Sancti Juliani de Monte Monachorum. Sancti Pontiani Monialium.*

IN EPISCOPATU FANENSI.

Monaſterium Sancti Paterniani.

E

IN EPISCOPATU CAMERINENSI.

Monaſterium Rabonenſe.

IN

IN EPISCOPATU ARIMINENSI.

Monaſterium Sancti Gaudentii. Eccleſia Sanctae Mariae in Argumino, cum Cella Sancti Theodori. Eccleſia Sancti Georgii. Eccleſia Sancti Stephani. Eccleſia Sanctae Mariae, quae dicitur in Turremuro. Plebs Sancti Paterniani. Plebs Sancti Johannis in Ruſio. Monaſterium Sanctae Mariae in Arbulici.

IN COMITATU URBINENSI.

Plebs Sancti Petri, quae dicitur in Arſitio. Plebs Sancti Gaudentii.

IN EPISCOPATU CLUSINO.

(*) *Mons Sancti Salvatoris de Monte Amiato. Sancti Cornelii. In Lacu Sanctae Chriſtinae.*

IN INSULA MARTANA.

Monaſterium Sancti Stephani, & Sancti Valentini.

IN EPISCOPATU FULGINATENSI.

Monaſterium Sanctae Crucis de Saxovivo.

IN EPISCOPATU EUGUBINO.

Mons Sancti Donati de Palpiano, & Sanctae Mariae de Alſiole.

IN EPISCOPATU TUDERTINO.

Monaſterium Sancti Leucii. Monaſterium Sancti Valentini Martyris. Monaſterium Caſaletto. Monaſterium Sancti Petri in Ceſis. Monaſterium Chriſti in Artiata.

IN EPISCOPATU ROSELLANO.

Monaſterium Sancti Pancratii, cum Caſtro Burriano juris eſt Beati Petri: quod videlicet Caſtrum ſolvit XX. Solidos, *& Monaſterium* XII. Denarios.

IN TERRITORIO PISANO.

Monaſterium Sancti Petri in loco, qui dicitur Guada. Et Monaſterium de Verruca.

IN EPISCOPATU VULTERRANO.

Plebs de Esla; & Monaſterium de Serena.

IN EPISCOPATU LUCANO.

Eccleſia Sancti Frigdiani. Monaſterium Sextenſe. Monaſterium Sancti Petri, ſitum infra eamdem Civitatem. Monaſterium Fecicolenſe. Monaſterium Sanctae Mariae in Gattajola.

IN EPISCOPATU ARETINO.

Monaſterium Camaldulenſe, cum Abbatiis ſuis. Monaſterium Sanctae Mariae in Plonta. Monaſterium Sanctae Mariae de Farneto.

IN EPISCOPATU FLORENTINO.

Monaſterium Vallinbroſanum cum Abbatiis ſuis. Monaſterium Sancti Hilarii Monialium. Monaſterium Sanctae Mariae Ancillarum Chriſti.

IN EPISCOPATU FAVENTINO.

Monaſterium Sancti Benedicti, quod ſolvit II. aureos.

IN

(*) ideſt *Monaſterium*. Ita enim per compendium ſcriptum heic & alibi viſitur.

A

IN EPISCOPATU COMACLENSI.

Monaſterium de Pompoſa.

IN EPISCOPATU PUPILIENSI.

Monaſterium Sancti Hilarii cum Plebe. Plebs Fantillae. Monaſterium de Saxo. Caſtrum Cantellae. Caſtrum Fantillae. B *Maſſa de Mauratania. Plebs de Balneo, cum Capellis, Villis, & Caſtris.*

IN EPISCOPATU LUNENSI.

Monaſterium de Tyro Inſula.

C IN EPISCOPATU MUTINENSI.

Monaſterium Nonantulanum. Sancti Caeſarii. Fraxinorenſe.

IN EPISCOPATU REGINO.

Eccleſia Sanctae Mariae Carpenſis.

Terra, in qua Ferrarienſis Eccleſia de novo conſtruitur, juris eſt D *Beati Petri, & ſolvit* Biſantium unum. *Et eadem Civitas pro ſingulis capitibus ſolvit* ſingulos Denarios.

Monaſterium Sanctae Trinitatis in Campannola, Libr.,....

IN MANTUANA CIVITATE.

E *Monaſterium Sanctae Mariae Monialium. Extra verò Monaſterium Sancti Benedicti ſupra Padum, quod ſolvit pro ſe* II. uncias auri. *Pro Lunico Monaſterio* XL. Solidos Veronenſium. *Pro Monaſterio Campiſion,* totidem. *Pro Sextenſi Monaſterio* III. Biſantios. *Pro Abbatia Sanctae Mariae de Pratalia, quae in Paduano Epiſcopatu eſt, ſolvit* IV. aureos, *Pro Gonzaga* unciam auri.

IN EPISCOPATU TARVISINO.

Monaſterium Nerviſienſe.

IN CREMONENSI CIVITATE.

Monaſterium Sancti Petri. Canonica Regularis Sanctae Agathae. Monaſterium Sancti Salvatoris. Monaſterium Sancti Thomae. Monaſterium Sancti Johannis in Pipia. Eccleſia Sancti Martini. Extra verò Eccleſia de Ulmineto. Canonica de Ripa Alta.

IN PLACENTIA.

Monaſterium Sancti Sixti.

IN EPISCOPATU TERDONENSI.

Monaſterium Sanctae Mariae, & Sanctae Saraphiae, exemtum.

IN EPISCOPATU PAPIENSI.

Monaſterium Sancti Petri in Coelo aureo. Sancti Salvatoris. Aquae Nigrae.

IN MEDIOLANENSI DIOECESI.

Eccleſia Sancti Johannis in Modoetia. Eccleſia Sancti Ambroſii, in qua Corpus ejus jacet.

IN ITALIA NOVALIA.

Sancti Petri. Sancti Laurentii. Ultienſis. Caramania. Bremma. Sancti Benigni de Fructeriis. Eccleſia Mortarienſis.

IN EPISCOPATU SEDUNENSI.

Eccleſia Mauritii cum Agaunenſi

ITEM IN LONGOBARDIA.

Bobium.

IN CIVITATE JANUENSI.

Eccleſia Sanctae Fidis.

IN EPISCOPATU ALBIGANENSI.

Monaſterium de Inſula Gallinaria. Sancti Honorati Lirinenſis. Maſſilienſis. Pſalmodienſis. Montis Majoris. Sancti Aegidii. Sancti Salvatoris de Agnana. Sancti Willelmi. Sancti Petri de Mart. Monaſterium Craſſenſe. Sancti Johannis Rimpollenſi. Sancti Petri Moyſiacenſis. Sancti Tiberii. Sancti Petri de Corduma. Sancti Petri de Genereſio.

IN EPISCOPATU RUTHENENSI.

Eccleſia Sancti Antonii ſolvit Cenſum X. Solidorum Margulienſium. *Abrenſe Monaſterium ſolvit* aureum unum, *& pro Cella Sanctae Mariae de Condrubiat, quae a Beato Petro ei commiſſa eſt*, X. Solidos. *Item Cella S. Petri de Monte* X. Solidos.

IN EPISCOPATU PICTAVIENSI.

Monaſterium Sancti Johannis Angeliacenſis. Sancti Johannis Novi. Monaſterium Sancti Petri Malleacenſis. Fontis Eurardi. Cartoſienſis.

IN EPISCOPATU VIENNENSI.

Eccleſia Romarienſis.

IN LUGDUNENSI.

Ymniacenſis. Ambroniacenſis.

IN MATISCONENSI.

Cluniacenſis; Trenorejenſis.

IN LINGONENSI.

Pultanenſis.

IN ARUENNA.

Eccleſia Sancti Juliani. Brinamenſis. Sancti Flori. Celſimacenſis. Altiſiodorenſis. Sancti Sebaſtiani. Moyſiacenſis. Caſa Dei. Sancti Gildardi. Aureliatenſis. Montis Ferrandi. Prioratus Silviajacenſis.

IN BITURICENSI.

Monaſterium Dolenſe, quod ſolvit annuatim unciam auri. *In eadem provincia Albienſis Eccleſia, ſolvit annuatim* II. Biſantios. *In eodem Epiſcopatu Caſtrenſe Monaſterium, & Scurienſe Caſtrum, quod ſolvit Cenſum* X. Solidorum.

IN LEMOVICENSI EPISCOPATU.

Eccleſia Sancti Martialis.

IN HISPANIA.

Monaſterium Sancti Facundi. Sancti Servandi Toletani.

IN BISUNTINO EPISCOPATU.

Monaſterium Luxovienſe. Monaſterium Litturenſe, quod ſolvit X. Solidos Baſilienſis monetae.

IN EDUENSI.

Monaſterium Verzeliacenſe. Sancti Leonardi.

IN ANTISIODORENSI.

Monaſterium Sancti Germani, & S. Petri.

IN NIVERNENSI.

Prioratus de Caritate.

IN AURELIANENSI.

Monaſterium Sancti Benedicti ſupra Ligerim.

IN FLANDRIA.

Sanctae Mariae in Valentiana. Sancti Bertini, & Sancti Petri in Gant.

IN AMBIANENSI.

Monaſterium Corbienſe. Sancti Ricarii, & Sancti Valerici. Abbatis Villa.

IN TORNACENSI.

Sancti Amandi.

IN CARNOTENSI.

Monaſterium Vindocireinenſe.

IN TURONENSI.

Majus Monaſterium. Sancti Martini. Belluſlocus. Canonica Sancti Martini, in qua Corpus ejus quieſcit.

IN ANDEGAVENSI.

Sancti Florentii. Salmurienſis.

IN REDONENSI.

Sancti Melanii.

IN SUESSIONENSI.

Sancti Medardi.

IN REMENSI.

Sancti Nicolai de Silva Luitz....

IN PARISIENSI.

Sancti Dionyſii, Sanctae Genovefae. Sanctae Mariae in Chela.

IN NORMANNIA.

Beccenſe. Fiſcanenſe. Monaſterium Sancti Michaëlis. Sancti Wandreſilii.

IN ANGLIA.

Sancti Petri de Weſtmonaſterio. Sancti Albani. Sancti Auguſtini.

IN LEODIENSI.

Eccleſia Sancti Petri de Foron, quae ſolvit Biſantium unum.

IN TULLENSI EPISCOPATU.

Monaſterium Romaricenſe.

IN EPISCOPATU BASILIENSI.

Whſerneheim, & Sancta Crux, quod ſolvit Roſam auream duarum unciarum Romanarum. *Ocmareſeu. Murbae.*

IN ALEMANNIA.

Vuldenſe Monaſterium. Sancti Galli. Yſauricenſe. Augenſe. Quintilinburgenſe. Corbajenſe. Eriſtein. Rothenesheim.

IN

IN BREMENSI PAROCHIA.

Monaſterium Sanctae Mariae Roſeveldenſis quod dat Biſantium unum. *Monaſterium Sanctae Mariae de Villa Radeſtat, quod dat* II. uncias auri *in Septembri.*

IN ALBESTATENSI.

Abbatia Sancti Servatii in Quintiliburg. Abbatia Sancti Cyriaci de Guerinthot. Sancti Laurentii Ildeſlerio.

IN HILDENEISEMENSI.

Abbatia de Ganderſein.

IN MAGDEBURGENSI.

Abbatia Sancti Cypriani de Neimborg.

IN MESEMBURGENSI.

Abbatia de Pigou.

IN PATAVIENSI.

Gerondenſe Monaſterium ſolvit Domino Papae annuatim Marcam argenti. *Medelicenſe* aureos duos. *Monaſterium Sanctae Mariae de Lecelemburg* aureum unum.

IN SALESBURGENSI.

Eccleſia Sanctae Mariae & Sancti Petri de Ponbergo.

IN CURIENSI.

Fabarienſe. Diſertinum.

A *IN BAZOCENSI EPISCOPATU.*

IN PROVINCIA SALESBURGENSI.

Eccleſia Sancti Auguſtini, quae dat aureum unum.

IN CONSTANTIENSI.

B *Godenſe Monaſterium. Sanctae Mariae in Inſula. Eccleſia, quae dicitur Perteſcadinum, ſolvit annualiter* XL. Denarios Ratiſponenſis monetae. *Monaſterium Sancti Blaſii. Monaſterium Rotenſe. Sancti Georgii. Sancti Petri, & Viveldae. Alpersbach. Wibelingenſe. Cella Sanctae Mariae. Burren Canonicorum. Scafuſen. Burren Monachorum.*
C *Rode. Bregenza. Augia Inſula. Sancti Galli. Bucebo. Welindowe. Monaſterium in loco qui dicitur Quivilda, ſolvit* aureum unum.

IN NENBURGENSI EPISCOPATU.

Monaſterium Auſtunenſe dat aureum unum.

D *IN SPIRENSI.*

Hirſaugia. Oddenehim.

IN ARGENTINENSI.

Saltenſis. Hugonis Curtis. Sancti Walburgis. Andelach.

E *IN MAGUNTINENSI.*

Monaſterium in loco, qui dicitur Flaneim, in honore Sanctae Mariae ſolvit aureum unum.

DE CLERI
ET ECCLESIARUM
IMMUNITATIBUS,
PRIVILEGIIS, AC ONERIBUS,
POST INVECTAS IN ITALIAM BARBARAS GENTES.
DISSERTATIO
SEPTUAGESIMA.

DISSERTATIO
SEPTUAGESIMA.

INtegrum Librum facile impleret argumentum nunc mihi tractandum, ſi exſpatiari animus foret. Sed mihi ſtat ante oculos Diſſertationum modus, ac praeterea non deſunt de hoc ipſo argumento adnotata ab aliis: quo munere in primis eſt functus Clariſs. Vir Ludovicus Thomaſſinus, qui Part. 3. Libri Primi de Beneficiis, multus eſt in inveſtiganda antiqua immunitate Clericorum. Ego pauca e penu meo in hanc rem adferam, ut Lectori minus docto aliquid praeſto ſit, quoties occaſio loquendi ferat, ſitque inſtituenda comparatio recentiorum temporum cum antiquis. Veniat-ne Eccleſiaſticorum hominum ac bonorum immunitas a Deo, an a Legibus humanis, Theologis & Canonum interpretibus diſputandum relinquo. Mihi tantummodo propoſitum eſt, curſim innuere potiùs quàm oſtendere, quid factum, non quid faciendum nunc ſit, aut olim fuerit. Immunitas ergo aut reſpicit perſonas quaſque militiae Eccleſiaſticae addictas, viros & feminas, Clericos Seculares & Monachos, aut eorum agros & reliqua bona temporalia, aut ſacra Loca Deo dicata. De ſingulis iſtis nonnulla proferam,

A inter barbaricorum Saeculorum fines oratione concluſa. Illud autem ante omnia ſtatuendum eſt, in Chriſtiano orbe diverſos ſemper ritus ac mores fuiſſe pro varietate regionum, pro majori minorive religioſitate Regum & Principum, denique pro inaequali conſtitutione temporum. Piiſſimos Reges ea quoque ferrea Saecula profectò

B oſtentare poſſunt. Sed neque defuere violenti atque humanarum divinarumque Legum contemtores. Quare nil mirum, ſi tunc aſpicias, quae commendes, & rurſus plura quae vituperes. Noſtra ipſa tempora, quamquam pacatiſſima ſint, & Principes Catholici quamvis in Romano Pontifice auctoritatem in univerſum Cle-

C rum agnoſcant ac venerentur: diverſum tamen ordinem diſciplinae ſervant, atque interdum iſtas ob cauſſas diſcordiam inter utrumque forum fervere conſpicimus. Profectò Cleri Judices legitimi a primis Eccleſiae Seculis Epiſcopi fuere. Epiſcoporum verò Romanus Pontifex, Concilia, Metropolitani. Num ſeſe Imperato-

D res ac Reges hiſce negotiis immiſcuerint, antequam Langobardi ſedem in Italia ſtatuerunt, Romana, Graeca, & Gothica Hiſtoria Lectorem docebit. Sub Langobardis interim video, auctoritatem quoque Principis imploratam fuiſſe, quum controverſiae inter Epiſcopos ſurgerent. Illuſtre hu-

jus

jus rei exemplum mihi miniſtrat inſigne Archivum Lucenſis Archiepiſcopii, in lite ante mille annos inter duos Epiſcopos agitata, Lucen- A ſem videlicet ac Piſtorienſem, ut conſtat ex antiquiſſimo apographo, cujus haec ſunt verba.

Judicatum Ultiani Notarii ac Miſſi Liutprandi Langobardorum Regis, Spetioſi Epiſcopi, & Walperti Ducis Lucenſis, in controverſia agitata inter Taliſperianum Epiſcopum Lucenſem & Johannem Epiſcopum Piſtorienſem, Anno 716.

DUm ex juſſione Domini *preeccellentiſſimi* Liutprand Regis *conjunxiſſe ego* Ultianus Notarius & Miſſus Domni Regi, *ad Baſelica Sancti Petri locus, ubi dicitur Neure, ad intentionem, quam vertebatur inter ab* Taliſperiano Epiſcopo, *necnon & Johanne* *ideſt* Epiſcopo Piſtori, *eſſet deliverandum: & jam inibi conjunxiſſe ego, qui ſupra, Ultianus una cum* Spetioſo Epiſcopo, & Walpert Duci, *Alahis Gaſtaldio, & aliis ſingoli circumſtantibus. Unde nos inquirentes per Vitaliano Presbitero, a cujus ipſas Dioceſis a tempore Romanorum & Langobardorum fuiſſent, qui nobis profeſſus eſt, quod ipſas Adocias ſemper ad parte Lucenſe fueſſent, & qualiter Dei per Euangelium firmavit. Poſtea verò dicto & ſupraſcriptus Johannes Epiſcopus & Anſollo Presbiter ipſius Johanni,* quoda Egleſias Sancti Andrea, ubi eſt bapteſimum, una cum Egleſia Sancti Hieruſalem noſtra deveniſſe. *Ad hec reſpondebat jam dictus Vitalianus Presbiter:* Non eſt veretas, niſi dum menime potera concurrere ad tantas Egleſiam baptiſmum facere. Sic ipſas Egleſias Sancti Andree cum baptiſterio ſuo, & Sancti Hieruſalem tibi preſentamus, ut inivi Miſſa & Baptiſmum facere deveris, dum uſque nobis placitum fuerit, nec per lege ipſas Aegleſias vobis B dimittere deveo. *Unde nos ſupraſcripti Judices degrevimus, ut Presbiter Vitalianus dicere juratus,* quod ipſas Aegleſias Sancti Andree cum baptiſterio ſuo & Sancti Hieruſalem, a tempore Romanorum uſque & modo ſemper ſub jura Aegleſiae Sancti Petri fuerunt, nec per lege eas vobis dimittere deveo. C *Quidem & ipſe ſagramentas in noſtris preſentia deductus eſt, ut in eadem deliverationem deveant permanere. Unde hanc notitia judegati Ebregauſus Notarius Regi........ ſcrivere conmonuemus.*

Facta notitia judegati, Menſe Februarii, regnante Domno Liutprand Regi Anno Quarto, Indictione XIIII. feliciter. (Judicum ſubſcriptiones deſiderantur.) D

Taliſperianus Epiſcopatum Lucenſem regebat: *Spetioſus*, cujus nomen Florentinius, & Coſmus de Arena deformarunt, Florentinae Civitati praeerat. Heic autem vides, habitum fuiſſe judicium illud *ex juſſione Liutprandi Regis*, eique praefuiſſe E *Ultianum Notarium ac Miſſum* ipſius *Regis*, *una cum Specioſo Florentino Epiſcopo*, & *Walperto Duce* Lucenſi. Nemini eruditorum ignotum eſt, quae ſimultates ac bella diutiſſime viguerint inter Langobardos atque Romanos, dum Graeci Imperatores Romae,

nun-

nunquam a Langobardis ſubactae, imperarunt. Propterea opinari licet, multos obices in Langobardico Regno fuiſſe poſitos legitimae Romanorum Pontificum & Epiſcoporum auctoritati in Eccleſiaſticis negotiis.

A Proinde quum adversùs Epiſcopos querelae Clericorum erant, ad ipſos etiam Reges deferebantur, ut rurſus ex altera Charta conſtabit, quam archetypam in laudato nuper Tabulario Lucenſi vidi.

Judicatum Peredei Epiſcopi Lucenſis in cauſſa Clerici, e regimine cujuſdam Eccleſiae expulſi, Anno 771.

B IN *Dei nomine. Regnante* Domno *noſtro* Deſiderio Rege, *Anno Regni ejus Quinto decimo, & filio ejus idem* Domno *noſtro* Adelchis Rege, *Anno Regni eorum Duodecimo, VI. Calendas Julias, per Indictionem IX. feliciter. Notitiam judicati, qualiter venit ante me* Peredeo *in Dei nomine* Epiſcopo, *Alitruda mulier cum filium ſuum, nomine Atripertum, ſimul &* C *Petrus Clericus* cum ſacram juſſionem excellentiſſimi Domini noſtri Regis, *in qua continebatur ...... ipſi interpellaſſent excellentiam Regni ejus, ut nos dediſſemus Eccleſiam Monaſterii ..... per cartulam eidem Atriperto infantulo, ut ipſe inivi cuſtos eſſe debuiſſet. Similiter & per aliam cartulam con-* D *firmaſſimus ipſum Petrum Clericum in Caſa jam dicte Eccleſiam, una cum Deusdedit Presbiterum Rectoris, ita ut gubernarent ipſum infantulum, uſquedum ad legitimam venirent etatem .... modo eos exinde foris expelliſſimus propter premium contra rationem, & eos blutaſſimus, & de .... eorum eos foris expelliſſimus, & omnia eis tolliſſi-* E *mus, quantumcumque abuiſſent, & non aberet predictus Atripertus Tutore, qui cauſa ejus perageret uſque ad legem.* Proinde nobis demandavit, *ut deberemus, talem hominem previdere Deum timentem, qui cauſa ejus peragere deberet, ut damnietate non haberet contra legem, & deberemus cauſa ipſa inquirere & judicare, qualiter lex, & qualiter judicaremus inter nos & ipſi, noſtrum erit...... judicatum.* Nos verò talem exinde ipſam juſſionem cognoſcentes, *in conſtituto poſito dedimus ad ipſum infantulam tutorem Warinpertum Clericum noſtrum, &* ſecundum ipſam juſſionem *cepimus ipſis dicere, ut quidquid vellent, nobiſcum agere deberent. Et in primis interrogavimus eos, ſi aliquid nos eis violen'o ordine tolleſſimus; Qui de preſenti profeſſi ſunt, ut nullam rem eorum tollere feciſſimus, niſi dictum eſt nobis ....* Cino ambulaſſimus, ut nos deblutare feciſſetis, *& pro hoc ita ſuggeſſiſſet.* Ecce cartulam firmitatis, per quam iſte infantulus debet reſedere in Caſa Sancti Savini. *Nos autem ita audientes, legi fecimus ipſam Cartulam. Contenebatur in eam, quomodo quondam Adualdus Presbiter, qui fuit Cuſtus ipſius Eccleſie noſtre, per conſilium noſtrum prendendi ipſum Atriperti in cura Eccleſie Sancti Savini confirmaverat. Et dum taliter cognoviſſimus, judicavimus, ut infantulus ſecundùm etiam cartulas in eandem Caſam Eccleſie reſideret. Iterum pars ipſius infantuli dicebat:* Si placet vobis, volumus iſtum Petrum Clericum, ut nobiſcum abitet in ipſa Caſa Eccleſie nos regendum. *Qu .... dictis quamquamvis ipſe Petrus Clericus ante nos cartula ſua, quam in ipſam juſſionem commemoravit,*

ante

ante nos noluiſſet aducere. Et hinc decrevimus, ut qualiter rationabilem cartulam de ipſam Eccleſiam haberet in eum modum, & ipſe ividem perſiſteret. Et de preſentia direximus Johannem Clericum noſtrum, qui ipſos Clericos in Caſa ipſius Eccleſie intromiſit; niſi tantùm eis amplius pronuntiavimus, ut ipſa Alitruda mulier in predicta Caſa Eccleſie nullatenus permaneret, pro eo quod nobis per eorum proximi & vicini dictum eſt, ut id pre Petrus Clericus cum ipſa cognata ſua malam vitam penetrarent; & Presbiter ille, qui a nobis ividem eſt ordinatus, cum ipſis in Caſa ſupradicte Eccleſie reſedere deberet, officium Dei faciendo & adinplendo. Nam nec lex nec ratio convenit, ut ipſa femina cum Cuſtodis Eccleſie ſimul inabitet. Replicans ſe pars ejuſdem infantuli: nos jam vobis petivimus Deuſdedit Presbiterum, qui nobiſcum habitaret, & eum nobis dediſti, & ipſum modò habere volumus. *Ad contra reſpondebat pars noſtra:* Presbiter ille, quem queris, quando vobiſcum erat, nobis proclamavit, ut vobiſcum non vellet habitare propter malitia & vitium ipſius Alitrude mulieris, quem ea cognoſcebat facere: & pro ipſa muliere vos eum de foris expelliſtis, quod multorum hominum cognitum eſt, & nos cauſſa iſta bene iſcimus. Et dum nos ſupradicta Eccleſia de Presbitero deſtituta cognoviſſimus, pro hoc decrevimus, ut ividem Presbiter vobiſcum inhabitet, qui officium Dei die noctuque peragere debeat. *Et hinc eis renunciavimus, ut ita perſiſtat, ſicut ſupra recte nobis apparuit. Unde hanc notitiam judicati,* ſecundùm veſtra juſſio continet, *emitti previdimus, ut amplius de hac cauſa nulla oriatur intentio, ſed cunctis diebus in ſupraſcripta deliberatione debeat permanere. Et pro confirmatione Filippum Clericum noſtrum ſcribere communuimus.*

Actum Luca.

Ego Peredeus *exiguus* Epiſcupus *in hunc judicatum manu mea ſubſcripſi.*

Animadverte, quantâ animi conſtantiâ *Peredeus Epiſcopus* vel ipſis Saeculis barbaricis diſciplinam Eccleſiaſticam tueretur. Quippe innumeris Conciliorum decretis cohabitatio feminarum cum Clericis interdicebatur. Simul etiam vide, *juſſionem* quidem *Regis* vocantibus ſe laeſis conceſſam. Nihil tamen exinde Epiſcopalis juris plerumque deperibat; atque heic reapſe habemus, judicium proprio Judici, ideſt Epiſcopo, relictum fuiſſe. Neque ſecus actum eſt ſub Auguſtis, & Regibus Francis. Nam quoties perſuadebat ſibi aliquis e Clero, injuriam ſibi in judicio illatam ab Epiſcopo, erat mos, tunc nemini, ut videtur, improbatus, ſubſidium implorare ab Imperatore, vel Rege, ſive ab ejus Miſſis. Rurſus verò iidem ab Epiſcopo reviſionem, ut nunc appellamus cauſsae petebant. Negare nolim, quin *juſſio* Regis ad id Antiſtites impelleret: quae vox Canoniſtis Italicis noſtrorum temporum aſperi aliquid ſonare videatur; ſed ea aevi illius conſuetudo fuit, neque Epiſcopale forum propterea ſuo jure fraudabatur. Rem duobus aliis cauſſae unius exemplis firmabo, quae ex eodem Lucenſi Archivo excerpſi, ubi authentica adſervantur. E gradu ſuo dejectus fuerat, ſacroque miniſterio interdictus, Alpulus quidam Presbyter Lucenſis, quod Sanctimonialem ex Parthenone Sancti Petri per murum demiſſam, nocturnis tenebris fretus, ſuſcepiſſet, ſecumque adductam habuiſſet. Patuerat in judicio illius crimen. Is tamen adaucter *Pip-*

pinum

pinum Italiae Regem adiens, ſeque a *Jacobo Lucenſi Epiſcopo* inique damnatum clamans, opem ab eo flagitavit, atque impetravit. Itaque *juſſio-* A *nem clementiſſimi Domni noſtri Pippini magni Regis* ad Epiſcopum deferens, novum judicium obtinuit, in quo rurſus cecidit.

Judicatum Jacobi Epiſcopi Lucenſis in cauſſa Presbyteri ob crimina, ut ajunt, degradati, Anno 803.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Carolus *sereniſſimus* Auguſtus, *& a Deo coronatus magnus & pacificus* Imperator, *Romanum gubernans Imperium...... miſericordiam Dei* Rex Francorum & Langubardorum, *Anno Regni ejus, quo Langubardiam coepit, Trigeſimo: & filio ejus* Domno noſtro Pippino Rege, *Anno Regni ejus* Vigeſimo Tertio.......... *Julio, Indictio XI. In Chriſti nomine. Notitia judicati. reſedente me* Jacobo *in Dei nomine* Epiſcopo *in domo ſancte Eccleſie, adveniens ibi Alpulus Presbiter detulit nobiſcum* juſſionem clementiſſimi Domni noſtri Pippini magni Regis, *in qua contenebatur, ut nos eum expuliſſemus ſine omni judicio de Eccleſia Sancti Juſti, ſicut petierat, ubi Sacratus fuit & Cuſtus. Et* praeceperat nobis, *ut judicaremus inter nos & ipſum per veram legem & juſtitiam; & qualiter judicaremus, noſtrum illi emitteremus judicatum.* Relectâ ipsâ juſſione, *fecimus ei dare vuadiam Handipertum Presbiterum noſtrum, ut ei in placito die conſignatione facere, qualiter ipſe ab honore ſuo remotus fuiſſet. Qui veniens in die conſtituta, ubi nobiſcum aderant Sacerdotes & filii ſancte Eccleſie, ideſt Agiprandus Archidiaconus, Gumpertus Presbiter, Aliprandus Presbiter, Stavili Presbiter, Criſtofori Presbiter, Alpulus Presbiter, Teddulus Presbiter, Boni Presbiter, Teudo Presbiter, David Presbiter, Ardiprandus Presbiter, To-* B *bias Presbiter, Alpertus Clericus, Agiprandus Clericus, Rotpaldus Gaſtaldius, Wiliperto, Arochis, Vaſſi Domni Regis, Lopo, Periſundus, Suimprandus, Sumualdus, Petrus, David, Lamfridus, Benedictus, Andreas, Supo, Fraiprandus, Rachiprandus Clericus, Ghiſelpertus Notarius...... Ghiſo Subdiaconus, Aliteus Subdiaconus, Chriſtianus* C *Subdiaconus, & Alipulu. Coepit dicere ipſe Alpulus Presbiter:* Ecce paratus ſum: judica inter me ed te, ſicut Dominus noſter...... ult. *Nos autem ei diximus:* Tu quomodo potes Eccleſiam tenere, qui honorem tuum pro tuis nequitiis amiſiſti? Et ecce Brevis ſcriptum, quam nobis venerabilis Rachi...... Eccleſie Epiſco- D pus direxit. *Quam cum legi feciſſemus, contenebatur in ea, qualiter Brunuri Advocatus Monaſterii Sancti Petri venerat ad preſentia Rachi..... Epiſcopi interpellandum, quod ipſe Alpulus Presbiter tuliſſet Monacha Sancti Petri, & ſecum in caſa abuiſſet. Et ipſe Rachinardus preceperat Harnolfo Vice....... faceret venire Alpulum Presbiterum, ut* E *ſi veritas ipſa Monacha tuliſſet de illo Monaſterio, eam reddere, & paululum poſt infra Igitur Rachinardus..... adcuſationem hanc interrogaverat eumdem Alpulum. ſi poſtea Monacha ipſa de prefato Monaſterio tuliſſet, ſi eam abuiſſet, poſtquam per Judicum...... reddidit, aut ſi veritas eam obculaſſet, & ſuper cavallum levaſſet, & arram dediſſet, ſicut Brunuri dixerat. Sic pro-*

feſſus

ſeſſus eſt Alpulus, quod poſtea...., Monacha nomen Gumperga noctis tempore abſconſe de ipſo Monaſterio per muri depoſuiſſet, & ſuis manibus ſuper cavallum levaſſet ..... (Reliqua deſiderantur.)

Manca erat membrana illa, ſi bene memini: aut potius quòd repetitum viderim idem judicium in altera Charta, quam heic adtexam, reliquis deſcribendis abſtinui. Utcumque ſit, *Rachinardum Epiſcopum Piſanum* pergamena haec nobis prodit, quem Ughellius in Italia Sacra ignoravit. Non quievit Alpulus, quamquam bis in judicio victus, & praeterquamquod poſt damnationem auſus eſt cantare Miſſam, non erubuit querimoniis novis aures pulſare *Adalardi* celeberrimi *Abbatis Corbejenſis*,

A quem poſt Pippini Regis interitum Carolus Magnus Auguſtus Miſſum ſeu Legatum ſuum in Italiam direxerat *ad juſtitias faciendas*. Adalardus ergo hominem *commendavit Bonifacio inluſtriſſimo Comiti noſtro*, ideſt Lucenſi, de quo mihi ſermo fuit in Antiquitat. Eſtenſ. Par. I. Cap. 22. Comes verò curavit, ut novum de B eodem Alpulo exauctorato judicium inſtitueretur, per quod temerario homini tandem ſpes erepta eſt ulterius reclamandi. En Chartam ipſam, ad inluſtrandos eorum temporum mores apprimè aptam, & cum Epiſtola 94. Codicis Carolini conſonam, in qua Hadrianus I. Papa conqueritur apud Carolum Magnum, quod Sanctimo- C niales, abjectâ Monaſticâ veſte, illicitis nuptiis dent operam in Langobardico Regno.

Alterum ejuſdem Jacobi Epiſcopi Lucenſis judicium in cauſâ ipſius Alpuli Presbyteri, ob Sanctimonialem raptam damnati, Anno 813.

N*Otitia Canonice auctoritatis, ſicut continere videtur de his que degradati preſumuntur ſacroſanctum agere........ qui fuerat Presbiter. Ego* Jacobus *Dei gratiâ ſancte* Lucane Eccleſie Epiſcopus. *Manifeſta cauſa eſt, quia poſtquam ipſa...... memorie* Johannes Epiſcopo, & Rachinardo Piſane Eccleſie Epiſcopo, *canonico ordine judicatus fuit, ſicut textus Brevis inferius......, interpellavit virum venerabilem* Adalardum Abbatem Miſſum Domni noſtri Caroli Magni Imperatoris, *ut nos ei...... judicio tuliſſemus. Ipſe autem* Adalardus eum commendavit Bonifacio Inluſtriſſimo Comite noſtro, *& per eum nobis..... Epi copo, ſimul & cum Sacerdotibus conjungere deberent, & ſic eum canonico ordine judicare deberemus, ſicut &*

D *factum........ ſancte matris Eccleſie una cum* Petronio Epiſcopo Inſule Corſice, *& cum Sacerdotibus noſtris & filiis ſancte Eccleſie, quorum nomina........ & Teutprando Diacono Legato ſancte Lunenſis Eccleſie, ſeu & Alais Scafino Piſane Civitatis, Miſſus ipſius Bonifacii...... ante nos memoratus Alpulus. Interrogavimus eum,* pro qua cauſa ſuper me ipſum Miſſum Domni Im- E peratoris interpellaſſet. *Qui dixit:* Pro eo quod...... foras expuliſti. *Cui diximus:* Tu Eccleſiam quomodo potes tenere, qui honorem tuum pro tuis nequitiis amiſiſti? Et ecce Brevis ſcriptus........ *inquiſitio jam nuper facta eſt, quam relegi coram omnibus fecimus. Contenebatur in ea:* In Chriſti nomine. Notitia judicati reſedente....., Epiſcopo in domo ſancte Eccleſie:

cleſie: adveniens ibi Alpulus detulit nobis ſacram juſſionem Domni noſtri magni Regis, in qua contenebatur.... ſine omni judicio de Eccleſia Sancti Juſti, ſicut petierat, ubi Sacratus fuit & Cuſtos; & preceperat nobis ut judicaremus inter nos & ipſum ..... judicatum relectum. Ipſa juſſionem fecimus ei dare Landipertum Presbiterum vuadiam, ut..... facere qualiter ipſe ab honore ſuo remotus fuiſſet, qui veniet in die conſtituta, ubi nobiſcum aderant Sacerdotes & filii ſancte Eccleſie, ideſt Agiprandus Arcidiaconus, Gumbertus Presbiter, Aliprandus Presbiter, Stabilis Presbiter, Criſtofaris Presbiter &c. (*ut in ſupra deſcripto Judicato Anni DCCCIII.*) Coepit dicere ipſe Alpulus: Ecce paratus ſum. Judica inter me & te, ſicut Domnus Rex demandavit. Nos autem ei diximus: Tu quomodo potes Eccleſiam tenere, qui honorem tuum pro tuis nequitiis amiſiſſet? Et ecce Brevis ſcriptum, quam nobis venerabilem Rachinardus Piſane Eccleſie Epiſcopus direxit; quam cum legi feciſſemus, contenebatur in ea, qualiter Brunus Advocatus Monaſterii Sancti Petri venerat ad preſentia Rachinardi vocati Epiſcopi interpellandum &c. (*uti in praelaudato Judicato*). Rachinardus audiens adcuſationem hanc, interrogaverat eundem Alpulum, ſi poſtea Monacha ipſa de prefacta Monaſterio tuliſſet, ſi eam abuiſſet, poſtquam per judicium Arnolfi eam reddidit, aut ſi veritas &c. & ſuis manibus ſuper cavallum levaſſet & eam obſculaſſet, & duo Solidos & in..... dediſſet, & per ſe ipſum ad loca per noctem duxiſſet ſolus; *Et quando hanc profeſſionem fecerat, cum ipſo Rachinardo fuerant plurimis ſuis Sacerdotes. Iterum poſt ipſa infra Brevem de neglegentiis ipſius Alpuli memoratus Rachinardus non antea in eum judicium inferre preſumpſit, donec ad preſentia* Johannis *ſancte* Lucenſis Eccleſie Epiſcopi, *qui per auctoritate Domni Apoſtolici ad conſacrandam Baſſilicam inter....... Piſenſe cum ſuis Sacerdotibus adveniſſet, ipſe Rachinardus ibi Alpulum preſentare juſſit, & Brevem, cujus tenoris omnia contenet, quorum ipſis fecit relegi: videlicet; ipſe Alpulus interrogatus a* Johanne Epiſcopo *confeſſus erat de ſuis reatibus omnia, ſic eſſet veritas, ſicut coram ipſis relecta ſunt. Et dum nos ipſum Brevem coram ſupraſcriptis Sacerdotibus & filiis ſancte Eccleſie ante ipſum Alpulum relegi feciſſemus, dicebat prefatus Alpulus:* Brevem iſtum mihi non inpedit, quia veritas non fuit. *Tunc nos Sacerdotes noſtros, qui cum ipſo bone memorie* Johanne Epiſcopo *ibidem fuerunt, ideſt Deuſdona Arcipresbiter, Raſpertus Presbiter, Gudiprandus Presbiter, Rachiprandus Presbiter &c. ut quid de cauſa iſta ſciret, nobis certam dicerent veritatem. Qui omnes unanimiter recordati ſunt, dicentes:* Ibidem fuimus cum bone memorie Johanne Epiſcopo in Papianula, quando ipſa Baſilica Rachinardi Epiſcopi dedicavit: ibidem ante Rachinardo & Domnum Johannem Epiſcopum & nos, veniens Alpulus pro ſuis reatibus, quas ipſe manifeſtaverat, unde Brevem ſcriptam ante nos legebatur, tulit ſuis manibus ſibi orarium a collo, & jactavit illum ad pedes ſuos, & juratus dixit per Chriſti Euangelia & ſanctam Crucem Domini, ut diebus vite ſue eſſet Monacus in Monaſterio de * Gorgana. *Et dum prefati Sacerdotes taliter teſtificati fuiſſent, interrogavimus ipſum Alpulum, ſi voleret eos in ſacramentum mittere. Qui dixit:* Volo.

 Tunc

Tunc nos deduci fecimus ſanctum Euangelium coram omnibus & ipſo Alpulo; prenominati Sacerdotes, qualiter recordati ſunt, jurandi dixerunt, ut veritatem fuiſſet. Et dum hec omnia diligenti curam ſecundùm juſſionem Domni noſtri Regis inquiſiſſemus ſecundùm canonicam auctoritatem de his, qui degradati preſumuntur Sacroſanctum agere. Si quis Presbiter aut Diaconus a proprio Epiſcopo excommunicatus preſumpſerit aliquid Miniſterii agere, ipſe in ſe damnatione firmavit. Nos autem pro univerſis ſupraſcriptis nequitiis Alpuli eum canonicum ordinem excommunicavimus, ut etiam Miſſus precare non auderet. Relecta ipſa Brevem coram nobis & ipſum Alpulum, interrogavimus eum, ſi fuiſſet omnia ſic veritas, ſicut ipſi Sacerdotes noſtri de ipſo jurando teſtati fuerunt. Qui dixit: Non fuit veritas, quia Domnus Imperator & Domnum Apoſtolicum ipſum Brevem Rachinardi Epiſcopi non receperunt. Et dum taliter diceret, nos interrogavimus eum, ſi aberet aliqua auctoritate Domni Imperatoris aut Domni Apoſtolici, quomodo ſuum honore abere poteret. Qui dixit: Nulla eorum auctoritate nec ſcriptum eorum abeo de his, que me interrogatis. Poſtquam ille taliter profeſſus eſt, & dixerat, ut ſic veritas non fuiſſet, interrogavimus ſupraſcriptos Sacerdotes noſtros, qui nuper juraverant, & nobiſcum adherant, ſi fuiſſet ſic veritas, ſicut ſupra teſtificati fuerunt. Qui unanimiter dixerunt: Certe omnia ſic veritas fuit, ſicut nos teſtificati ſumus. Iterum diximus eidem Alpulo: Tu quomodo fuiſti auſus Miſſas cantare, poſtquam excommunicatus fuiſti? Inſuper juraſti, ut in Monaſterio in * Gorguna Monachus eſſe deberis. Qui dixit: Miſſa poſtea non cantavi. Tunc ibidem nobiſcum adherant idonei homines, qui dixerunt: Et quare negas, ut Miſſa non cantaſſes? quia nos te vidimus Miſſas cantare. Et dum hec omnia diligenti cura canonico ordine inquiſiſſemus, & ille nulla auctoritate nobis potuiſſet oſtendere, per quam ſuum honorem abere valeret, ſecundùm memoratum Capitulum Canonum continere videtur, ut ſi Presbiter aut Diaconus a proprio Epiſcopo &c. ſecundùm morem conſuetudinis numquam eis liceret in alio Sinodo ſpem ad reſtituendum aberet, & cetera. Nos eum una cum ſupraſcripto Petronio Epiſcopo excommunicavimus, ut Miſſas cantare non deberet, nec aliquid Miniſterii agere preſumeret. Hanc inquiſitionem, ſicut nobis demandatum eſt, fecimus, ut ſcilicet ipſe Alpulus juxta Canonica rationem non abeat ſpem proclamandi ſe reſtituendi, ſed ſemper in eodem ordine omni tempore permaneat firmiter. Et Richiprandum Subdiaconum Notarium ſancte Eccleſie noſtre ſcribere commonuimus.

Actum Luca.

Factum eſt hoc Anno Domni noſtri Caroli Magni Imperatoris, quo Langubardiam coepit, Trigeſimonono, & Domni noſtri Bernardi magni Regis, Anno Regni ejus in Dei nomine....... Menſe Aprilis, Indictione Sextâ.

Ego Jacobus humilis Epiſcopus, ſicut ſupra legitur, in his actis reſedi, manu mea ſubſcripſi.

Ego Petronius Epiſcopus ibi fui, & manu mea ſubſcripſi.

Ego Walprando Diaconus Lunenſe ibi fui, & manum mea ſubſcripſi.

Ego Godiprandus Presbiter ibi fui.

Ego Danihel Presbiter ibi fui, &c.

(Quamplurium aliorum Sacerdotum & Clericorum ſubſcriptiones, quas omiſſas volo, ibi leguntur.)

Atque

Atque heic potiſſimùm conſideratione digna ſunt verba illa Alpuli Presbyteri, cui Rachinardi Epiſcopi ſententia contra ipſum lata objiciebatur. Ajebat enim: *Non fuit veritas, quia Dominus Imperator, & Domnus Apoſtolicus ipſum Brevem Rachinardi Epiſcopi non receperunt. Et dum taliter diceret, nos interrogavimus eum, ſi haberet aliquam auctoritatem Domni Imperatoris, aut Domni Apoſtolici, quomodo ſuum honorem habere poſſet. Qui dixit. Nullam eorum auctoritatem, nec ſcriptum eorum habeo &c.* Quanta in his foret auctoritas Apoſtolicae Sedis, ea quoque Saecula, ut vides, agnoſcebant. Simul tamen ex his elucere videtur, etiam Imperatores ac Reges ſibi tribuiſſe aut arrogaſſe jus corrigendi aut delendi judicio, ſive decreto ſubſidiario, ſacrorum Praeſulum ſententias in foro contentioſo, ubi nimirum nihil erat ad Fidei orthodoxae controverſias ſpectans. In praecedenti quoque Charta Pippinus Rex (ſunt verba Jacobi Epiſcopi) *praeceperat nobis, ut judicaremus inter nos & ipſum* (ſcilicet Alpulum) *per veram legem & juſtitiam; & qualiter judicaremus, noſtrum illi emitteremus Judicatum.* Non inquit, ſtabile futurum, quidquid Epiſcopus erat judicaturus, ſed tantummodo ſententiam ab eo proferendam, & continuò ad Regem mittendam, quaſi is quodammodo poſtremam ſibi reſervaret cauſſae cognitionem. Quod certum eſt, ut dixi, confirmatum heic habes jus antiquiſſimum *Apoſtolici*, ideſt Romani Pontificis, ad quem licebat omnibus confugere, appellatione interpoſitâ. Atque hinc patet, Alpulo bene omnia in eo judicio ceſſura fuiſſe, ſi pro ſe habuiſſet *aliquam auctoritatem Domini Imperatoris, aut Domni Apoſtolici.* Progredior. Si quando Eccleſiaſtici viri contra honorem Regium, eique juratam fidem moliri aliquid, aut perpetraſſe deprehendebantur: tunc in more fuit eos advocare ad audiendum verbum Regis, eiſque indicere, ut accuſationes diluerent. Quod ſi manifeſtus erat illorum reatus, carceris in Monaſterio, aut exſilii poenâ plectebantur. Neque Epiſcopis hac in re immunitas concedebatur. Carolo Magno Francorum Regi poſt Langobardicum Regnum ſibi conquiſitum, ſuſpectae fidei viſi ſunt, ut opinor, Epiſcopi *Civitatis Piſanae, ſeu Lucanae.* Quare eos, in Franciam accitos, adduci neſciebat ut liberos dimitteret. Vide Epiſtolam Quinquageſimam quinctam Codicis Carolini, ubi Hadrianus I. Papa pro eis intercedit. Pothonem quoque Vulturnenſis Coenobii Abbatem accuſatum infidelitatis, Carolus *per ſuam praefulgidam juſſionem exinde ablatum*, ad ſe ducendum curavit, ut eſt in Epiſtola 79. ejuſdem Codicis: in qua idem Hadrianus eum Regi commendat veluti innocentem. Tunc Rex eam cauſſam Hadriano ipſi Papae diſcutiendam direxit, ut habet Epiſtola 72 praelaudati Codicis. Parum dixi. Carolus ipſe Anaſtaſio Miſſo Hadriani, quod de ſe *importabilia verba, quae non expediebat, loquutus fuiſſet*, iratus, facultatem abeundi negabat. Qua de re conqueſtus eſt Hadrianus ad Carolum ſcribens, Epiſtolâ Quinquageſimâ Codicis Carolini. Inter cetera ait: *Sed neque ab ipſis Mundi exordiis* (dicendi formam erunt qui mirentur) *cognoſcitur eveniſſe, ut Miſſus protectoris tui beati Petri, Magnus vel parvus, a quacumque Gente detentus fuiſſet. Sed jubeat nobis eum veſtra ſolicitudo dirigere: & ſeveriſſime eum ſciſcitantes,* *juxta*

juxta noxam ei repertam eum corripiemus. Recte haec Papa, & ſecundùm regulas juris gentium, & congrue ad honorem Apoſtolicae Sedis, quam Catholici omnes ob exordio Eccleſiae ſemper ſunt venerati. Praeterea Ludovici Pii Auguſti juſſu *Ermoldus Nigellus Abbas* in exſilium actus fuit, quam ob culpam ignoro, & Argentorati relegatus, ut ipſe teſtatur in Carmine de Rebus geſtis ejuſdem Auguſti, quod evulgavi Part. II. Tomo II. Rer. Italicarum. Exſilio quoque idem Auguſtus caſtigavit, & in Monaſteriis poenitentiam agere coëgit quoſdam Epiſcopos, reos Anno DCCCXVIII. deprehenſos in conjuratione Bernardi Regis Italiae: inter quos numerati ſunt *Anſelmus Mediolanenſis Archiepiſcopus*, *Wolfoldus Cremonenſis*, & *Theodulphus Aurelianenſis*. Sed rite haec eis poena inflicta fuit. Nam ut habent Annales Bertiniani ad eumdem Annum DCCCXVIII. *Epiſcopos conjurationis auctores, Synodali decreto depoſitos, Monaſteriis mancipari juſſit*. Praeceſſit ergo Synodi decretum. Eamque judicii rationem laudandam tenuit idem Ludovicus erga Epiſcopos, qui contra ſe in teterrima Filiorum ſeditione conſpirarunt. Lotharius verò Imperator ejus filius, irae tantummodo ſuae conſilia auſcultans, Praeſules Italicos patri fideles, Sedem ſuam, Beneficia, ac res proprias recuperare minime ſinebat, ut habent Francorum Annales. Gravius etiam egere Hugo & Berengarius Italiae Reges, qui *Ratherium Veronenſem Epiſcopum* celebrem, inquietum tamen virum, cuſtodiae traditum, diutiſſime ibi macerarunt, & pane tribulationis paverunt.

Multus eſſem, ſi ſingula exempla vellem percurrere, quae Hiſtoria ſuppeditat de actis ab Imperatoribus ac Regibus in Epiſcopos, Abbates & reliquum Clerum. Nam in iis omnibus recurrit ſemper quaeſtio, illane auctoritate legitimâ, an potius per vim atque uſurpationem peracta fuerint. Plurima verò monumenta veterum perierunt; quae tamen pauca injuriam temporum evaſere, ſatis produnt, Romanos Pontifices, quibus cura & protectio omnium Eccleſiarum incumbebant, occurriſſe quantum potuerunt, ne ſacris hominibus vis inferretur. Et ſi qui criminum rei forent, eorum cauſſae a legitimis Eccleſiae Miniſtris dijudicarentur. Quod verò per multa Secula minime negatum Regibus video, minimeque improbatum arbitror: ad Principum & Regum judicium, nemine contra clamante, deducebantur lites civiles, inter Eccleſiaſticos viros, aut a Secularibus contra eos excitatae. Nunc juvat exemplis confirmare ejuſmodi temporum illorum conſuetudinem. Infra in Diſſertatione LXXIV. *de Parochiis*, compluribus antiquitatis monumentis a me producendis, inluſtrabitur celebris controverſia Praeſulum Arretinorum contra Senenſes, contendentibus utriſque ad ſe ſpectare quaſdam Parochias inter utramque Urbem ſitas. Nunc Lector accipiat inſigne Judicatum in ſimili cauſſa, cujus archetypum vidi in Tabulario Collegii Canonicorum Arretii. Emerſerat lis inter *Petrum* (*Petronem* etiam pro elegantia illius Saeculi acta appellant) *Epiſcopum Arretinum*, & *Vigilium Abbatem Monaſterii Sancti Antemii*, ſive Anthymi, Cluſini agri, cui Privilegium a Ludovico Pio Auguſto conceſſum Anno DCCCXIV. Thomaſius in Hiſtor. Senenſ. Lib. 4. evulgavit, & rurſus Ughellius in Ital. Sacr. Tom. III. exhi-

exhibuit. Utrobique Ludovicus dicitur *Procis Caroli Magni*, ſed ſcribendum *Prolis*. Sunt & alii errores A ibi, quos attingere in praeſentia non vacat. En monumentum nobile, quod modò pollicebar.

Acta controverſiae inter Petrum Epiſcopum Arretinum & Vigilium Abbatem Monaſterii S. Anthemii pro Monaſterio S. Petri de Axo, coram Agiprando Florentino aliiſque Epiſcopis & Miſſis Lotharii I. Imperatoris, cum ſententia pro Epiſcopo Arretino, Anno 833. (a)

IN *Dei nomine per excellentiſſimo* Donno *& piiſſimi*, *& a Deo coronato* Hlotario Auguſto *magno* Imperatore, *directi fuiſſemus nos* Agiprandus *Sanctae* Florentine Ecleſie Epiſcopus, *ſeo* Petrus *ſancte* Voloterrenſis Ecleſie Epiſcopus, *pro cauſa beati Donati Aretine Ecleſie*, *&* Petroni Epiſcopi ejuſdem Ecleſie, *inquirendum inter ipſum* Petronem Epiſcopum, *noc non &* Vigilius Abbas ex Monaſterio Sancti Antemi territorio Cluſino. *Et dum conjunxiſſemus Sena Civitate*, *& reſederemus nos in judicio* (b) *Domni Sena & Ecleſia*, *una cum venerabilis* Anaſtaſius Epiſcopus ejuſdem (c) Civitati, *ſeo* Adelricus Comes.......... *Walchari &*......... *Scavinus predicte Civitatis*, *atque Dato*, *Criſtiano*, *Alexandro*, *Odelfrido Scavinis Aretine Civitatis*, *ſimulque Ringo*, *Rodolfo Scavinis Vulterrunenſis: hubi & nobiſcum aderant* (d) *Wilerus*, *& Anſeram de Sena*, *Anſeprand*, *Camarino*, *Vaſſi Domni Imperatoris*, *Anſiprand*, *& Theudici germanis*, *Periſindo*, *& Lundifredi germanis*, *Ange-* B *lo*, *Franciconus*, *Al*.............. *Cives Aritini*, *Guiprandus*, *vel reliquos plures homines* (e) *habiles tam Franciſcos quàm & Langobardicos de ſingulis predicte Civitatibus. Ibique ante nos omnes veniens* Petronem Epiſcopum Aretine Ecleſie *una cum Wileriud*, *& Agimundo filio bone memorie Tachiprandi de Sena*, *ſeo Agimundo filio* C *bone memorie Ariprandi de Aritio*, *Advocati ſui*, *cauſationem habentes contra predictum* Vigilius Abbas ex Monaſterio Sancti Antemi, *ſito Valle* St .... *terretorio Cluſino; ſeo Furvo*.............. *Senenſe*, *& Urſo de Cluſio*, *Advocati predicti Monaſterii &* (f) *Abbati: ceperunt his ipſi Willeriud & Agimundo dicere contra predicti Advocati* D *Sancti Antemi:* Parte Monaſterii Sancti Antemi .... Abbati, contra lege & malo hordine invaſerunt, & detinuerunt Monaſterio Sancti Petri ad Axſo cum pertinentia ſua: unde querimus, ut inter nos exinde judicium detis, & juſtitiam fieri faciatis ad parte Sancti Donati, quia legibus Sancti Donati per-

(a) Collatione habitâ iſtius exempli cum archetypa Charta, quae in Canonicorum Cathedralis Aretinae adſervatur Archivo, ſequentia duximus animadvertenda: itemque cum Lotharii I. Ann. 833. & Ann. 843. Diplomata, tum Caroli Craſſi Ann. 879. Confirmationem pari modo ibidem contulimus. Charta haec, niſi me oculi mei fefellerunt, incipit: *Dum in Dei &c.*

(b) *Domni Sene & Ecleſiae*,

(c) Civitat.

(d) *Willerud*,

(e) *Nubiles*, id eſt, ut puto *Nobiles*

(f) *Abbatis:*

pertinuit. *Ad contra reſponderunt ipſe Vigilius Abbas una cum Furvo, & Urſo* (a) *Advocatis ſuos:* Veritas eſt, quia habemus & tenemus predicto Monaſterio Sancti Petri ad Axſo cum pertinentia ſua, ſed non contra lege, nec malo hordine, pro eo quod ecce Preceptum ſancte recordationis *Domni Caroli Regi* pre manibus habemus, qualiter pro ſua mercis per locas deſignatas conceſſit Cugio illo, qui vocatur Ciciliano, ad parte Sancti Antemi, & infra ipſas locas deſignatas ipſo Monaſterio eſt conſtructum. *Et dum nobis ſupraſcripti Miſſi ipſo Precepto relegi feciſſemus......... in eum, qualiter* Domnus Carolus Rex *conceſſerat ſupraſcripto Cugio ad parte Sancti Antemi, per locas denominative deſignatas, & infra locas deſignatas quodquod conceſſerat denominatim conceſſerat. Sed minime ibidem continebat de ſupradicto Monaſterio Sancti Petri ad Axſo, quod eum conceſſiſſet, ſicut & reliquas, quod in eodem legebatur Precepto. Et dum Preceptum ipſum relectum fuiſſet, tunc ipſe Wileriud & Agimundo Advocati dixerunt.* Certe Precepto iſto nec nobis, necque ad parte Sancti Donati nulla impedit, quia quod conceſſit, nominative conceſſit. Et ſi tunc ipſo Monaſterio Domnus Carolus Rex concedere voluiſſet, nominative eum conceſſiſſet, ſicuti & reliquas res & cauſas conceſſit. *Dictum eſt hoc. Tunc nos ſupraſcripti Miſſi & Judices interrogavimus ipſo Vigilio Abbas, & ſupraſcripto Advocato ejus, & dixerunt............ eorum* ecce poſtquam Precepto iſto ad iſta ratio nulla impedit.......... tione, pro qua ratio aut ad parte Sancti Antemi teneat; aut iſtius Abbati. *Tunc ipſe Abbas interrogatus dixit:* Certe *Dom-*

A *nus Carolus Rex* eum conceſſit in beneficio per ſuum Preceptum Tanimundi quondam Abbati, ſimulque & bone memorie Apollenaris Abbati. Deinde eum poſtmodum mihi conceſſit in beneficio *Domnus Hludowichus, & Hlotarius Imperatores* nec non pro parte Sancti Antemi. *Et dum taliter dixiſſet, interrogavimus* B *eum, ſi Precepta ipſorum Imperatorum fuiſſet aut in ſucceſſores eorum aut in parte Sancti Antemi; &* certe minime in ſucceſſores eorum fuerunt........ niſi ſolus in ambobus eorum perſonis, & mihi ſolus per beneficio eſt conceſſum, & nullum alio Precepto exinde non habeo........... de ipſo Cugio.

C *Hoc dicto & refutato, tunc ipſe Petrus Epiſcopus ſeve dicte Eccleſie oſtendit* Indiculum Piiſſimi Domni Hlotharii Imperatoris. *Qui dum nobis relectum fuiſſet, continebat in ea,* qualiter ipſe Domnus Auguſto nobis Agiprandi & Petroni Epiſcopi injunxerat adque innotuerat, *quod* Petrus Epiſcopus de Aritio *eidem innotue-* D *rat, qualiter Vigilius Abbas, quando Cellulam, que eſt conſtructa in onore Sancti Petri ſuper fluvi Axſo, pertineret ad ſuum Epiſcopatum, & ob nullam aliam occaſionem eum teneret, niſi quod Apollenaris Abba per beneficium regule habuiſſet. Ita ec fatentes ipſe jam dictus Epiſcopus, Precepta & monimina ſe dixiſſet habere pro quibus* E nobis per eundem Indiculum precepit, ut eos pariter ſimulque cum eorum Advocatis venire feciſſemus, & ſubtiliter inveſtigaſſemus, *ſi Vigilius Abbas inde aliquam poterat hoſtendere firmitatem, per qua ad Monaſterium ſibi commiſſum pertineret: ſin autem hoc non inveniſſemus, & ſe beneficii auctoritate reclamaſſet, tunc* ſuum decre-

cre-

(a) *Advocatos*

cretum & voluntas juſſioni, *ut jam dicta monimina de ipſo Petrone Epiſcopo nobis preſentare feciſſemus. Et ſi inveniſſemus, quod ad predictum Epiſcopatum pertinuiſſet, tunc abſque aliqua dilatatione eum reveſtire feciſſemus cum omnia ad jam dicta Cellulam aſpicientem; ſicuti & fecimus nobis ipſe monimina hoſtendere. Tunc ipſe Petrus Epiſcopus una cum predictis Advocatis ſuis oſtendit Precepta & monimina. Primo judicato oſtenſo & relecto continebatur, qualiter tempore* Liudprandi Regis Luparcianus Epiſcopus *ante Miſsò ipſius Liudprandi Regi adviquerat da* Deodato Epiſcopus *Monaſterio Sancti Petri ad Axſo ad parte Sancti Donati cum reliquas Parrochias Eccleſias baptiſmalis, ſicut in ipſo judicato* (a) *legetur. Poſt hoc hoſtendit Preceptum predicti* Liudprandi Regi, *quod cum relectum fuiſſet, continebatur, quod ipſo judicato de ipſo Monaſterio & Parrochias confirmaverat per ſuum Preceptum ad parte Aritine Eccleſie. Alium quidem oſtendit judicato, qui ſignificante declarabat, qualiter jam dictum* Liudprandi Rex *direxſerat quattuor Epiſcopos Miſſos ſuos, pro predicta cauſa & Monaſterio atque Parrochias determinandum; in eorum preſentia & per eorum judicio ipſe* Luparcianus Epiſcopus *conviquerat da parte Senenſis Eccleſie ad parte ſue Aretine Eccleſie predicto Monaſterio Sancti Petri ad Axſo cum reliquas Parrochias, ſicut in ipſo legebatur judicato: ita & per Preceptum ſimili modo ipſe* Liudprando Rex *ipſum* judicatum *& Monaſterium cum ipſe Parrochias confirmaverat ad parte Aritine Eccleſie. Id circo & oſtendit Brevilegium bone memorie* Stefani Pape *Urbis Rome, qualiter ad petitione* Stavili *quondam* Epiſcopi Aritine Eccleſie *per ſuum Preceptum Brevilegium confirmaverat ad partem Aritine Eccleſie tam predictas*

A *judicatas de tempore Liutprandi Regis, quam & predictas preceptora ejuſdem Liudprandi Regi, ſive de jam memorato Monaſterio Sancti Petri ad Axſo, quam & de predictas Parrochias, ſicut in ipſas continebatur judicatas & preceptoras. Quamobrem & oſtendit Brevilegium quod* Leoni Pape, *qualiter & ipſe per ſuum Brevilegium & Pre-*
B *ceptum per petitionem quod* Areperti *ſancte* Aretine Eccleſie, *& per conſenſo* Domni *& piiſſimi* Caroli Imperatoris *in ſuum Sinodum pacificum, inter quod* Andrea *ſancte* Senenſis Eccleſie Epiſcopus, *& ipſum* Arepertum Aretine Eccleſie Epiſcopum, *& per ſuum confirmaverat Preceptum ad parte Aretine Eccleſie tam predictas Par-*
C *rochias, quàm & ſupradicto Monaſterio Sancti Petri ad Axſo, ſicut in ipſas continebatur judicatas & preceptora a tempore Langobardorum emiſſas ad jam memorato Liudprando Rex. Denique & ipſe piiſſimus ſancte & glorioſe memorie* Domnus Carolus Rex *per ſuum Preceptum confirmavit ipſo Precepto quod* Leoni Pape, *& omnia, ſicut ſuperius*
D *adnotatum eſt, ad parte Aretine Eccleſie, ſicut......... dictas judicatas, preceptora, & brevilegia continetur......... memoratas Parrochias & Monaſterio, ſicut a priſcis temporibus convicte......... Eccleſie. Ideoque & oſtendit nobis Preceptum* Domni Hludovici Imperatoris Auguſti, *qualiter & ipſe per ſuum Preceptum confirma-*
E *verat tam ipſum Preceptum glorioſe memorie* Caroli genitore ſuo, *quàm & ipſum* Leoni *quondam* Pape, *ſicut & reliquas judicatas & preceptoras ſepe memoratas.......... ad parte Aretine Eccleſie, ſive de Parrochias quàm & predicto Monaſterio cum reliquas Monaſterias, ſicut ad priſcis temporibus convictas, adque poſſeſſas fuerunt.*

(a) *legebatur.*

Judicatas & preceptoras oſtenſas & relectas, ſicut ab ordine ſuperius declaravimus, tunc nos ſupraſcripti Miſſi & Epiſcopi interrogavimus ipſo Vigilius Abbas, & Furvo, & Urſo Advocati ejuſdem, ut ſi aberent aut Preceptum vel Judicatum aut Teſtem, vel qualibed factionem, quod ipſe Monaſterio Sancti Petri pertineret ad parte Sancti Antemi, ita oſtendere. Qui & ipſi partem una cum ipſo Abbate refutaverunt & dixſerunt: Certe nec Judicato nec Precepto, nec nulla factionem, necque per nulla rationem non habemus, per quos ipſo Monaſterio Sancti Petri vel rebus ad eum pertinentibus contendamus, aut ad parte Sancti Antemi defendere poſſumus, niſi, ut prius dixſimus, quod per beneficio Domni Hludovvici & Hlottarii Imperatorum eum habuimus. *Et cum taliter refutaſſerunt, diximus nos ſupraſcripti Miſſi ipſius Abbati:* Certe per iſta ratio eum tenere amplius non valebis, quia Domnus Imperator nobis per jam dicto Indiculum precepit, ut ſi tu firmitatem talem non oſtendiſſit, quod ad parte Monaſterii tibi commiſſum pertenuiſſet, & nos per ipſas moniminas iſtius Petroni Epiſcopi inveniſſemus, quod ad Epiſcopatum Aretine Eccleſie pertinuiſſet, abſque ulla dilatione reveſtiri feciſſemus. Poſt hoc dictum, ideoque & pro ſatisfactione diligenter inveſtigaſſemus Lege pro dictis cauſis ipſius Abbati quod dicebam, quod poſt preceptora ipſe parte Sancti Donati & Aretine Eccleſie veſtitura de ipſo Monaſterio non fuiſſet. *Tunc nos ſupraſcripti Miſſi fecimus venire veraces, quas ipſe Petrus Epiſcopus nobis denominavit. Ita & ipſi Laici omnes ad Dei Euangelia........ prefecimus......... interrogaſſemus de ipſa veſtitura, & illi*

A *ſcirent, nobis certum dicerent veritatem. Ita & ipſi Sacerdotes conjuravimus eos in ſuum Sacerdotium & fidelitatem, quas ad parte Domni Imperatoris juratum habebant, ut quid vera exinde ſcirent, veritatem ut & ipſi declararent de predicta veſtitura. Qui & in primis omnium veniens Gumprandus Arcidiaconus Aretine Eccleſie, interrogatus a nobis dixſit:* Bene ſcio & recordo, & ibidem fui, quando Anghelbertus Miſſo Domni Caroli Regi reveſtivit Aripertum Epiſcopum de Monaſterio Sancti Petri ſito Axſo poſt confirmatione Domni Leoni Pape. Ita tempore Preceptum hemiſſum ejuſdem Domni Caroli Regi, & ipſe Aripertus Epiſcopus hordinavi in ipſo Monaſterio Abbates nomine Auguſtino, Arnicauſo, Johannis, Landoari. *Arcipresbiteri ſimiliter dixſerunt Vanipert, Lucius ſenes homo, Romaldus, Lampertus omnes unanimiter una ſingulatim ſimiliter teſtificati ſunt, & dixſerunt, ſicut & Gumprandus Arcidiaconus ſuperius dixſit. Teſtimonias inquiſitas, & judicatas, adque preceptoras relectas, & omnia ab ordine, qualiter ſuperius declaravimus, & per veram Legem inquiſita, & cognoſcentem dum per veram Legem inveniſſemus ita, &* juxta Juſſione & Indiculum piiſſimi Domni Imperatoris, *quod ipſe Monaſterio Sancti Petri ad Axſo, cum rebus ad eum pertinentibus pertineret a parte Aretine Eccleſie,* juxta ipſum Indiculum & juſſio Domni Imperatoris, *fecimus nos ipſi Miſſi ad......... reveſtire ipſi Advocati Petronem, Willeradum, & Agimundo de ipſo Monaſterio Sancti Petri cum pertinentia ſua ad parte Aretine Eccleſie. Proinde hanc notitiam fieri fecimus........*

.... Domnorum *noſtrorum* Hludovici, & Hlottarii Imperatorum *Vige-*

Vigeſimo & Quartodecimo, Menſe Octobris, Indictione Duodecima.

✠ *Ego* Agiprandus Epiſcopus ex juſſione Domni Imperatoris *hanc inquiſitio feci & interſui.*

✠ *Ego* Petrus Epiſcopus ex juſſione Domni Imperatoris *hanc inquiſitio feci & ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Anaſtaſius Epiſcopus *ibi fui.*

✠ *Ego* Adelrat Comes *ibi fui.*

✠ *Ego Anſprandus Vaſſus Domni Imperatoris ibidem fui.*

✠ *Ego Camarino Vaſſu Domni Imperatoris ibi fui.*

✠ *Ego Ringo ibi fui.*

✠ *Ego Peririzdo ibi fui.*

✠ *Ego Gundiſridi ibi fui.*

✠ *Ego Aliprandus ibi fui.*

✠ *Ego Urſo Scavino & Vaſſo Domni Imperatoris ibi fuit.*

✠ *Ego . . . . . . Scavino . . . . . .*

✠ *Ego Tato Scavino ibi fui.*

✠ *Ego . . . . . . Vaſſus Domni Imperatori interfui.*

✠ *Ego Rodulfo ivi fui.*

Ughellius nuper memoratus ad haec tempora Epiſcopum Florentinum profert *Aliprandum*, ſive *Rambaldum*. A Germanum nomen illius ex iſta Charta ediſcimus, videlicet *Agiprandum*. Praeterea *Anaſtaſius Senenſis Epiſcopus*, eidem Ughellio ignotus, adjungendus erit in poſterum Catalogo Praeſulum illius Urbis, & fortaſſis inde expungendus erit *Thomas* ad Annum DCCCXXX. Epiſcopus ei Civitati datus. Itaque, ut vidimus, controverſia il- B la, quamquam inter duas Eccleſiaſticas perſonas agitata, Judices habuit Miſſos ſive Legatos Lotharii I. Auguſti. Neque enim reponas, ambos eos Judices Epiſcopali dignitate ornatos; judicium enim illud non propriâ, ſed delegatâ ipſius Lotharii Imperatoris auctoritate ii inſtituerunt, & ſententiam tulerunt. Id C quippe aperte conſtat ex ſaepe repetitâ formulâ illâ: *juxta juſſionem, & Indiculum Domni Imperatoris.* Segnis verò non fuit *Petrus Epiſcopus Arretinus* in ſibi procuranda illius decreti confirmatione ab ipſo Lothario Auguſto, uti nos docebit ejuſdem Imperatoris Diploma, quod autographum vidi in ſupra laudato Tabula- D rio Arretino, publicique juris facio.

Lotharius I. Imperator Petro Epiſcopo Arretino confirmat Eccleſiam Sancti Anſani, & Monaſterium S. Petri de Axo, Anno 833.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni.* Hlotharius *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Dum juſtis petitionibus Sacerdotum ac ſervorum Dei, quas noſtris auribus inſinuaverint, libenter annuimns, & eas cum Dei auxiliis ad effectum pervenire fecerimus, non ſolùm Regiam & Imperialem conſuetudinem exercemus, verùm etiam hoc nobis procul dubio . . . . rum Regni terreni corroborandum, quàm ad aeternae vitae beatitudinem capeſſendam profuturum eſſe confidimus. Id circo notum fieri* E *volumus omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae, & noſtris, preſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis* Petrus *ſancte* Aretinae Eccleſiae Epiſcopus *direxit ad ſerenitatem noſtram Miſſos ſuos Winigildum Clericum & Theodizium Vaſſallum, qui manibus geſtabant Preceptum* Domni & Genitoris noſtri, *in quas continebatur, qualiter Eccleſiam Sancti Amſani, ubi ipſe*

 in

in Corpore requieſcit, cum reliquas Eccleſias, jam olim de ſibi commiſſa Sede fuiſſet ſubtracta, & iterum temporibus Domni Leonis Papae, *& preſtantiſſimi* Imperatoris Avi noſtri Caroli *tempore per ſuum Preceptum reſtituta. Detulerunt etiam Judicatum manibus bonorum virorum roboratum, in quas continebatur qualiter ſecundùm legem & juſtitiam in preſentia Miſſorum noſtrorum* Agibrandi *ſancte* Florentine Eccleſie Epiſcopi, *&* Petroni *ſancte* Vulterrenſis Eccleſie Epiſcopi. *Monaſterium Sancti Petri, quod vocatur ad Axo, cum omnia pertinentia ſua de* Vigilio Abbati *& Advocatibus ſuis recepiſſet, & ad ſibi commiſſae Eccleſiae per ipſum Judicatum, ſuaeque poteſtati revocaſſet. Petiit obnixe per eoſdem Miſſos ſuos noſtram excellentiam predictus vir venerabilis* Petrus Epiſcopus, *ut paternum morem ſequeremus, noſtram confirmationem ſuperaddere juberemus, per quam predictas Eccleſias cum omnia pertinentia eorum ipſe, ſucceſſoreſque ſui abſque inquietudine aut contrarietate tenere & poſſidere viderent. Cujus petitionem denegare noluimus, ſed ut in auctoritate* Domni & Genitoris noſtri *invenimus, & ſicut preſtantiſſimus* Imperator Ka-

A rolus, Avus *ſcilicet* noſter, *per ſuam confirmavit auctoritatem, ita hanc noſtram decrevimus ſuperaddere auctoritatem. Precipientes nunc atque ſtatuentes, ut predicta ſancta Aretina Eccleſia jam nominata loca, ideſt Eccleſiam Sancti Amſani cum ceteris Eccleſiis, ſeu Eccleſiam Sancti Petri in Axo, cum omnia pertinentia ſua ita teneat atque*
B *poſſideat, ſicuti in Precepto Avi noſtri bonae memoriae Karoli preſtantiſſimi Imperatoris, ſeu in Domni & Genitoris noſtri, videlicet predeceſſorum Regum Langobardorum continetur, & ſicuti in predicto Judicato in preſentia predictorum Miſſorum noſtrorum facto exaratum invenimus. Et quicquid deinceps ſecundùm Dei voluntatem facere*
C *& diſponere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem faciendi abſque alicujus inquietudine aut inlicita contrarietate. Eo videlicet modo, ut ſub poteſtate Sancti Donati noſtris futuriſque temporibus inviolabiliter atque inconvulſe per hanc noſtram auctoritatem maneant. Et ut haec auctoritas ab omnibus melius credatur & diligentius*
D *conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.*

Signum  *Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Liuthardus Notarius recognovi & ſubſcripſi.

Data VI. Die Kalendas Decembris, Anno Chriſto propitio Domni Hlotharii Imperii in Francia Primo, in Italia XIII. Indictione XII.

Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Accedat & alterum exemplum, quod ex inſigni Archivo Monachorum Ciſtercienſium Sancti Ambroſii Majoris Mediolani deſcripſi. Quo-
E rumdam cauſsâ fundorum contentio fervebat inter duo celeberrima Monaſteria, Ambroſianum videlicet Mediolanenſe, & Augienſe in Suevia ſitum.

ſitum. Acta eſt controverſia & diſceptatio coram Miſſis Caroli Craſſi Italiae Regis: *juſſit* enim *ipſe Domnus* A *Rex*, ut judicium illud Legati ſui ſuſciperent.

Inquiſitio Johannis Epiſcopi, & Hildeberti, atque Alberici Comitum Regiorum in controverſia Monaſterii Mediolanenſis S. Ambroſii contra Monaſterium Augienſe in Alamannia de quibuſdam terris, Anno 880.

DUm Domnus Karulus *ſereniſſimus* Rex *ſue pietatis in Regnum Italicum ſuos conſtituiſſet Miſſos* Johannes *humilis* Epiſcopus, Idelbertus, & Albericus Comitibus, *ut irent de loco in loco; quicquid ibi injuſte inveniſſent, legali ordine ad finem perducerent; & dum veniſſet preſentia ipſi Miſſi, ſicut eorum interventum erat*, Civitati Comani Comitato Mediolanenſe, *& ibi eos in Domum ejuſdem noſtre Eccleſie Comenſis, pariter &* Heribertus Epiſcopus ejuſdem *Sedis, per datam licentiam ejuſdem Preſuli, in judicio reſedentes ſingulorum hominum juſtitias faciendas, hac deliberandas: Sed & reſidentibus cum eis Leo .... Johannes, Redimbertus, idem Leo, & Natalis Judices ſacri Palatii, Angilbertus, Rigipertus, Ambroſius, & Rigifredus Judices Mediolanenſes, Herenbertus Gaſtaldio Comenſis .... Comenſe, Atto de Lanimalo, Liado ex genere Francorum, Sigiprando de Ciſiano, & filio ejus, & Ariprandus, Halpertus .... de Cermenate, Ariprandus de Majormi, Johannes de Mauſonaco, Liberdus qui Antherio vocatur, Teopertus, Aribertus de Beſana, Guncius & Wido de Arliaco, Andreberdus de Curte, Leo de Lemoniano, Petrus de Anone, Paulus Scavino de Caxate, Avertuſius & Theodore Vaſſalli noſtri* Alberici Comiti, *Petrus de Cabbonate, Gaſpertus de Blaſſono, Marino, Ingilbertus, Andreas de Civi-* B *tate Como, & reliqui multi. Ibique retulit predictus* Albericus Comes *& Miſſo Regalis .... intentio inter Monaſterii Augia ſitum Alamannia, & Monaſterium Sancti Ambroſii ſitum Mediolanium, preſentia Domno Regis, de quibuſdam rebus in finibus Mediolanenſis conſiſtentis. Nominative de manſos ſex in loco, qui dicitur Lemonta, ju-* C *xta Laco hujus Comenſe, ita ut pars Monaſterii Augienſis diceret, Manſos ipſos in Lemonta tenuiſſe de Curte Tremecia, que Curte pars Augienſis tenere videtur. Et pars Monaſterii Sancti Ambroſii diceret, quod Manſos ipſos perteniſſent de Curte illa Lemonte, quan* Domnus Lotharius Imperator *in eodem Monaſterio Sancti Ambroſii per* D *ſuum ſcriptum confirmavit*. Tunc juſſit mihi ipſe Domnus Rex, ut ego comanentes homines loci ipſius noſtri preſentia venire feciſſemus, & diligenter per eos inquiſiſſemus, *ipſos Manſos utrum pertinuiſſent de Curte de Lemonta, an Tremetia. Hecce hic preſentes ſunt homines commanentes loci ipſius, quos volo, ut diligenter inqui-* E *ramus, fortaſſe per eos inde veritatem inveniri poſſimus. Cum ipſe Comes taliter retuliſſet, tunc predicti Miſſi & Auditores, advocantes homines, quod inde veritatem ſcirent, dicebant. Id ſunt Conibertus & Silveſter germani de Villa Bellaxio, Bonus de Maſenet filius quondam Andrei. Celſus de Peſcallo filius quondam Martini, Antonini*

de

de Auregi, Johannes de Lapia, Ado de Viſiniola. Ipſi Contbertus & Silveſter teſtificati ſunt pro Teoderico de Peſcallo .... Bonus teſtificatus eſt pro Andreas de Maſianeſe. Predictus Celſus teſtificatus eſt per Lupone de Bellaſio filius quondam Boni fuit. Jam dictus Antoninus teſtificatus per Andreas filius quondam Andrei de Maſianeſe, & noſtro Johannes teſtificatus eſt per Leone filius quondam Deuſdei de Villa Bellaxio. Cum hi omnes taliter teſtificati, & inventi eſſent retractabiles, tunc appoſita ſancta Dei Euangelia unus ad unus jurare fecerunt, ut quod de predictis Manſos in Lemonta, unde intentio eſſet, in partes predictis Monaſteriis ſcirent, veritatem dicerent. Qui predictus Conibertus inquiſitus dixit: Scio, Manſos illos ſex in Lemonta pertinuiſſe de Curte illa Lemonta, quod pars Monaſterii Sancti Ambroſii tenere videtur. Et quando Domnus Lotharius Imperator Curtem ipſam in Lemonta a parte Sancti Ambroſii per preceptum confirmavit abendum, Manſos ipſos ſex cum omni integritate ſuorum de Curte ipſa Lemonta pertinebant & aſpiciebant. *Predictos Silveſter, Bonus, Celſus, Antoninus, Johannes, Ado omnia ſimiliter dixerunt, ſicut noſter Conibertus. Et qualiter ex hac cauſa inquiſitio facta ſit, preſentem notitiam pro cauſa memorationis ego Ambroſius Notarius ex juſſione predictorum Miſſi ſcripſi, & in iſtis interfui.*

Anno Domno Karoli piiſſimi Regis in Ytalia Primo, bone memorie Domno Laudoici Regis *filius, ſeptimadecima die Menſis Magio, Indictione Tertiadecima, feliciter.*

Ego Johannes *humilis* Epiſcopus *& Miſſus ſubſcripſi & interfui.*

✠ *Signum manibus noſtri* Alberici Comitis, *qui interfuit.*

A *Ariperdus Judex ſacri Palatii interfui.*

Angilbertus Judex Domni Regis interfui & ſubſcripſi.

Johannes Judex Domni Imperatoris interfui & ſubſcripſi.

Johannes Poto Judex Domni Regis interfui & ſubſcripſi.

Leo Judex ſacri Palatii interfui & B *ſubſcripſi.*

Natalis Judex Domni Regis interfui & ſubſcripſi.

Regifredus Judex interfui.

Johannes Epiſcopus heic memoratus Ticinenſi Eccleſiae, ut opinor, praefuit. Heic autem emendandus Ughellius Tom. V. Ital. Sacr. in Epi- C ſcop. Comenſibus: is enim ab Anno DCCCLXV. uſque ad DCCCXCI. Novocomenſem Epiſcopum nobis propinat *Agilbertum, ſive Aglibertum, natione Gallum.* Ex hoc germano antiquitatis monumento certum habemus, Anno DCCCLXXX. *Heribertum* Sedem illam impleſſe. Animadverte etiam diſcrimen inter *Judices* D ſententiae ſubſcribentes. Alii enim dicuntur *Judices ſacri Palatii:* alii *Judices Domni Regis,* hoc eſt a Carolo Craſſo creati: alii *Judices Domni Imperatoris,* ideſt a Carolo Calvo antea Auguſto eo munere inſigniti: alii denique nudo tantùm nomine *Judices* appellantur, ideſt Juris periti. Vide Diſſertationem X. *de minoribus* E *Juſtitiae Miniſtris.* Habitum fuit Placitum iſtud Novocomi, ſive ut heic dicitur, *Civitati Comani Comitato Mediolanenſe,* quod uti ſingulare in Diſſertatione VIII. *de Comitibus* perpendi. Conſuetudinem hanc judicandi de civilibus Eccleſiaſticorum hominum controverſiis ſubinde verò amplexos fuiſſe eos etiam Principes, quibus ſumma pietas laudem conqui

ſivit

ſivit omnium bonorum, pluribus confirmare poſſem: Duo tantùm in hanc rem exempla adjiciam. Alterum de- A beo nuper memorato Tabulario Sancti Ambroſii Majoris, ubi autographum illuſtris Placiti adſervatum vidi.

Gotifredus Abbas Monaſterii Mediolanenſis Sancti Ambroſii coram Anſelmo Miſſo Henrici I. Imperatoris in Placito, Belaxii habito, litem de quibuſdam terris vincit contra Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Epiſcopum Comenſem, & Abbatem Sancti Kaloceri, Anno 1019.

D*Um in Dei nomine*, *loco*, *qui dicitur Belaxio*, *non longe da Eccleſia Sancti Andrei*, *in terra propria Monaſterii Sancti Kaloceri ſcita*, *loco Clavate*, *per data licencia* Domni Andrei Abbatis ejuſdem *Monaſterii*, *&* *eo preſente in judicio adeſſet* Domnus Anſelmus Miſſus Domni Enrici Imperatoris, ex ac cauſa ab eo conſtitutus; *adeſſent cum eo Arioaldus*, *Ingelramus*, *Azo*, *Mauricius*, *Giſelbertus qui & Bonizo*, *Johannes qui & Amizo*, *Primo*, *Richardus*, *Andreas*, *Arnaldus Judices*, *& reliqui plures*. *Ibique eorum veniens preſencia* Domnus Gotefredus *venerabilis* Abbas Monaſterii beati Chriſti Confeſſoris Ambroſii, ubi ejus ſanctum quieſcit Corpus humatum, *fundatum foris & non longe de Civitate Mediolani*, *una cum Adam Notarius*, *Advocato ſuo*, *& da parte ejuſdem Monaſterii Advocatus*, *& retu lerunt*: Habemus & detinemus ad proprietatem ad partem ejuſdem Monaſterii Sancti Ambroſii, pecia una de terra, que eſt Alpe & Monte, cum pratas & buſcalias, cum areas, in qua extant querciace, & pertinet de Corte Lemunta & Civenna juxta Laco Comacino, que Corte ipſa de Lemunta & Civenna proprias ipſius Monaſterii Sancti Ambroſii eſſe videntur: & nominatur ipſa Muntedella & Quadrone. Coëret ei da mane terra Munte & Culma de predicta

B Curte Lemunta, & de ipſa Villa Civenna: da meridie Culma de Munte de Quadrone; & eſt ipſa petia de terra, que eſt Alpe & munte & areas ex ipſas buſcalias cum ipſas pratas inſimul per menſura juſta jugera treginta. Et ſi quislibet homo adversùs nos, & adversùs eumdem Monaſterium exinde aliquid dicere vult, C parati ſumus cum eo inde ad rationem ſtandum, & legiptime finiendum. Et quod plus eſt, querimus, ut dicant iſti *Domnus Aribertus ſancte Mediolanenſis Eccleſie Archiepiſcopus*, una cum Adam de loco Cropello ſuo, & da parte eidem Domui & Archiepiſcopati Sancti Ambroſii Advocatus, *& Albericus Sancte Cumenſis Eccleſie* D *Epiſcopus*, una cum Ariberto ſuo, & da parte ejuſdem ſancte Eccleſie Cumenſis Advocatus, ſeu jam dictus *Andreas Abbas prefati Monaſterii Sancti Kaloceri*, & Arioaldus ſuo, & da parte ejuſdem Monaſterii Advocatus, qui hic preſens ſunt: ſi predicta pecia de terra, que eſt alpe & munte, ſeu pratas & buſcalias, cum areas E ſuas, que hic denominavimus, propria ejuſdem Monaſterii Sancti Ambroſii eſt; vel ſi de ipſa Curte Lemunta, & de ipſa Villa Civenna pertinet; vel ſi ipſis *Domnus Aribertus Archiepiſcopus*, & Adam ſuo Advocato, *& Albericus Epiſcopus*, *&* Aribertus ſuo Advocato, ſeu *Andreas*

Abbas,

Abbas, & Arioaldus Advocato ſuo, & da parte eorumdem Archiepiſcopati ſancte Mediolanenſis Eccleſie, & Epiſcopati ſancte Cumenſis Eccleſie, ſeu da parte ejuſdem Monaſterii Sancti Kaloceri, contradicere aut ſubtrhaere querunt, an non. *Ad hec reſponderunt ipſis Domnus Aribertus Archiepiſcopus una cum Adam Advocato ſuo, & ipſe Albericus Epiſcopus una cum Ariberto Advocato ſuo, & predictus Andreas Abbas cum ipſo Arioaldo Advocato ſuo:* Verè pecia ipſa de terra, que eſt alpe & monte, ſeu pratas & buſcalias cum areas, in qua extant, quam vos *Domnus Goteſredus venerabilis Abbas*, & Adam Notarius veſter, & ipſius Monaſterii Sancti Ambroſii Advocatus, hìc denominaſtis, propria ipſius Monaſterii Sancti Ambroſii eſt, & eſſe debet cum Lege, & ad partem ejuſdem Curtis de Lemunta, & de ipſa Villa Civenna pertinet, & nobis ad partem ipſius ſancte Mediolanenſis Domui & Eccleſie, & ſancte Cumenſis Eccleſie, ſeu ipſius Monaſterii Sancti Kaloceri nihil pertinet ad habendum nec requirendum. *Cum ita hoc peractum fuiſſet, rectum paruit ſupradictis Auditoribus eſſe, & judicaverunt, ut juſta eorum Domni Goteſredi venerabilis Abbatis & Adammi Notarius ſuo, & da parte ejuſdem Monaſterii Advocatus altercatione, & jam dictorum Domni Ariberti Archiepiſcopi & Adami ſuo Advocato, & Alberici Epiſcopi & ejuſdem Ariberti Advocato ſuo, ſeu ipſius Andree Abbatis & Arioaldi ſuo Advocato, profeſſione & manifeſtacione, amodo in antea ipſe Domnus Goteſredus venerabilis Abbas cum eodem Adam Notarius Advocato ſuo predicta pecia de terra, que eſt alpe & munte, ſeu pratas & buſcalias cum areas, in qua extant, que ſuperius legitur, ad proprietatem ejuſdem Monaſterii Sancti Ambroſii, ſeu ad partem ejuſdem Curtis Lemunta, & de Villa Civenna, abere & detinere deberent. Et ipſis Domnus Aribertus Archiepiſcopus cum eodem Adam ſuo Advocato, ſeu pars ejuſdem Archiepiſcopati ſancte Mediolanenſis Eccleſie, & Albericus Epiſcopus & Aribertus ſuo & ejuſdem Epiſcopati Advocato, ſeu pars ejuſdem ſancte Cumenſis Eccleſie, atque predictus Andreas Abbas & Arioaldus ſuo & ipſius Monaſterii Sancti Caloceri Advocato, ſeu pars ejuſdem Monaſterii Sancti Kaloceri, amodo in antea manerent exinde omni tempore taciti & cuntempti. Et ſic finita eſt cauſa. Et qualiter ac cauſa acta eſt, preſente noticia ad futuram tenendam memoriam & ſecuritatem ejuſdem Monaſterii Sancti Ambroſii: quidem & ego, qui ſupra Adam Notarius ſcripſi & interfui.*

Anno Imperii Domni Henrici Imperatoris *Quinto*, *Menſe November*, *Indictione Secunda*.

Anſelmus Miſſus fui & ſubſcripſi.

Arioaldus Judex Domni Imperatoris interfui.

Johannes Judex ſacri Palacii interfui.

Giſelbertus Judex interfui.

Ego Andreas Judex ſacri Palacii interfui.

Ego Ingelramus Judex interfui.

Auderiſius Judex ſacri Palacii interfui.

Ego Primus Judex ſacri Palacii interfui.

Quae morum ſanctitas effulſerit in Henrico inter Auguſtos hujus nominis Primo, nemini ignotum puto. Atqui *ab eo conſtitutus* fuit Judex *ad cauſſam hanc* Anſelmus Legatus ſuus, vir Secularis, ita ut jam intelligas, temporibus iis Eccleſiaſticos viros in cauſſis civilibus aliis moribus ac Judicibus

dicibus uſos, quàm nunc in Italia, & quidem rectius, utamur; neque id tunc nefas viſum fuiſſe. Accedat altera Charta ad Mathildem celebrem Comitiſſam pertinens, cujus pervetuſtum, ſed corroſum apographum ex membrana deſcripſi, adſervatâ in Tabulario Eſtenſi.

Mathildis Comitiſſae & Duciſſae Tuſciae decretum ſuper controverſia de Eccleſia S. Michaëlis de Soleria in Comitatu Mutinenſi, vertente inter Epiſcopum Mutinenſem, & Abbatem Pompoſianum, circiter Annum 1106.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Matildis *Dei gratia ſi quid eſt,* filia Bonifacii Marchionis...... ..... *Dei nomine olim apud Bajoariam eſſemus, & de negotiis noſtris cum pluribus noſtris fidelibus tractaremus, contigit* Domnum M...... Pompoſia *cum quibuſdam ſuis confratribus Monachis ad nos veniſſe, conquerendo videlicet, quod Clerici Eccleſiae Sancti Michaëlis de Soleria da parte ejuſdem Eccleſiae Monaſterio Sanctae Mariae de Pompoſia injuriam fecerant, & injuſte ac violenter eam ſibi ab .... aut collatis eorum dictis credentes, querimoniam illorum juſtam & rationabilem eſſe putavimus, & predictum Ceno....... in poſſeſſionem terciae partis prefate Eccleſie mittere fecimus. Ignorantes quidem, hanc litem & controverſiam ad noticiam* Domni Bernardi *ſanctae Romanae Eccleſiae tunc temporis* Presbyteri Cardinalis, *& per partes Longobardiae & adjacentium fines* Vicarii Apoſtolicae Sedis *perveniſſe; & poſt diſceptatam & ventilatam juſtitiam, rei veritate compertâ, talem deciſionem promulgaſſe. Statuit namque, ut Abbas prenominati Coenobii cum conſilio & conſenſu Mutinenſis Epiſcopi, niſi per eum remanſerit, ſuos Clericos ordinet in Eccleſia de Solario communiter & canonice ibi viventes, in omnibus tamen ſalvâ Mutinenſis Eccleſiae reverentiâ atque canonicâ obedientiâ. Ipſi vero de Mutinenſis Dioceſis territorio eligantur, ſi jam dictus Abbas eos ibi poterit reperire, & dignos & congruos prelibatae Eccleſiae de Soleria habere. Quod ſi tales inde reperire & habere non poterit, tunc de alia Eccleſia eos accipiat...... Mutinenſi Epiſcopo repreſententur. Et ſic modo, quo ſupradictum eſt in prefata Capella canonice & communiter....... Nos itaque dum apud Caſtellum de Carpo fueramus, & ab auctoritate tanti viri eodem ibi preſente....... Mutinenſium Epiſcopo, predictam litem, qualiter ſupra legitur, deciſam eſſe pro veritate cognovimus: Notum fieri....... noſtriſque fidelibus tam preſentibus quàm futuris, ſicuti Domnus predictus ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis atque....... diffinierat atque ſtatuerat, Nos ſimiliter in preſentia Ubaldi de Carpineto, & Alberti de Adegerio....... Guidonis Refutati, Aginulfi & Sigefredi de Candiceto, & aliorum plurium, collaudaſſe, approbaſſe, & exinde hoc ſcriptum ad memoriam poſterorum fieri precepiſſe. Hoc tamen una cum predictis venerabilibus Epiſcopis inſuper ſtatuimus, ut ſi quando Abbas vel Prior, aut eorum Confratres vel legati prefati Cenobii per terram illam tranſierit, in ſaepe nominata Eccleſia de Soleria hoſpitium & caritativam atque competentem receptionem habeant, neque aliud niſi, quod ſupra legitur definitum at-*

que ſtatutum........ ea requirere audeant. Quod ſi quis preſumptor, hujus deciſionis & definitionis ſtatutum, noſtra auctoritate ſuffultum, aliquando infringere temptaverit, noſtram malam voluntatem incurrat, & poenam centum Librarum Lucenſium componat..... ..... eidem fiſcali juditio, medietatem verò ſupradictae Eccleſiae de Soleria; hoc tamen ſcripto noſtrae corroboracionis & comprobacionis in ſuo robore.........

Ego Bernardus *Dei gratiâ ſanctae* Parmenſis Eccleſiae Epiſcopus, *quia, ſicuti ſupra legitur cum* Domno Petro *venerabili* Piſtor.............. *quampluribus aliis diffinivi, in hac carta comprobacionis ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Dodo *Dei gratiâ* Mutinenſis Epiſcopus *manu mea ſubſcripſi.*



Bernardus Anno tantùm MCVI. Epiſcopatum Parmenſem iniit: quare aut eo Anno, aut aliquo ex ſubſequutis, ſententiam hanc pronuntiavit Comitiſſa Mathildis; ac proinde ad eum uſque Annum deducenda eſt vita *Petri Piſtorienſis Epiſcopi*, qui hiſce actibus interfuit, ac ſubſcripſit. Hinc autem rurſus conſtat, Mathildim Principiſſam Secularem, & multis profectò virtutibus illuſtrem, minime ſibi religioni duxiſſe, judicium aſſumere de ſacrorum hominum civilibus controverſiis. Et quamquam ſubſtiterit ipſa, dum cognovit, interceſſiſſe jam in eadem cauſſa decretum *Bernardi Cardinalis & Vicarii Apoſtolicae Sedis*, nihilo tamen ſecius ipſa ſibi tribuit auctoritatem confirmandi illius ſententiam, aliaque ſtatuendi atque addendi, multâ etiam indicatâ contra facientibus. Neque haec ſtupore ullo excipienda ſunt. Nemo enim neſcit, quantâ olim auctoritate Reges, etiam pii, in Eccleſiaſticam ipſam diſciplinam inquirerent, & Epiſcoporum, Canonicorum, Monachorum, ſacrarumque Virginum mores corrigerent, eorumque labantem oeconomiam, ubi opus eſſet, vi adhibitâ erigerent. Vide quae attuli in Diſſertatione IX. *de Miſſis Regiis*, uti & in LXV. *de Monaſter. erection.*, atque in ſubſequenti *de Monaſteriis Monialium*. Interim non pigeat audire Ludovicum Pium Auguſtum, quem ita loquentem inducit Ermoldus Nigellus Lib. 2. de Reb. geſtis ejuſdem. Illius Carmen editum a me habes Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum,

Nunc nunc, o Miſſi, certis inſiſtite rebus,
Atque per Imperium currite rite meum.
Canonicumque gregem, ſexumque probate virilem.
Femineum necnon, quae pia caſtra colunt.
Qualis vita, decor, qualis doctrina, moduſque,
Quantaque relligio, quod pietatis opus.
Paſtorique gregem quae convenientia jungat;
Ut grex Paſtorem diligat, ipſe ut oves.
Si ſibi clauſtra, domos, potum tegimenq; cibumq;
Praelati tribuant tempore, ſive loco, &c.

Reliqua pete e Capitularibus Regum Francorum, atque a Legibus Langobardicis Part. II. Tomi I. Rer. Itali-

talicarum. Illud ergo inconcuſſum eſt, pios etiam Reges nequaquam a ſuo munere alienum putaſſe, Eccleſiarum, atque Eccleſiaſticorum emendationi ac regimini ſeſe interdum immiſcere, atque arbitratos id ſibi licere, quodam veluti protectionis jure in nobiliſſimam hanc Populi ſui portionem. Neque profectò contra hiſcebant, aut id moleſte tulere Epiſcopi, aut ipſi Maximi Pontifices, quod perſpicerent, eorum curam ac ſtudium in aedificationem, non in deſtructionem Eccleſiae vergere: ac tum ſolùm conqueri ac obſiſtere coeperunt, quum in exuberantem licentiam, atque in nimiam Eccleſiarum perniciem animadverterunt converti conſuetudinem iſtam. Sed ex perſonis Chriſto militantibus ad eorum bona jam tranſeat oratio.

Nihil opus eſt, ut me ac Lectorem fatigem in oſtendendo, quam multis immunitatibus olim Eccleſiarum agri fruerentur. Innumera prope eſt ut dicam monumenta, quae in hoc ipſo Opere a me producta leguntur, luculenti teſtes ſunt, quanta liberalitate olim Imperatores ac Reges certarint in amplificandis non minus Eccleſiaſticorum hominum, quàm Eccleſiaſtici patrimonii privilegiis. Attamen jejunum prorſus argumentum dimittere nolo. Et primò excogitandum minime eſt, ſine ullo diſcrimine olim immunes omnino a tributis publiciſque oneribus fuiſſe quaslibet ſacras perſonas, ac univerſas Cleri & Eccleſiarum fortunas, ex quo Conſtantinus Magnus Eccleſiae pacem reddidit. Serius indulgentiam Principum hac in re Eccleſiaſtica militia ſenſit. Sed ne iis quidem temporibus una eademque donorum menſura erga omnes Clericos adhibita fuit. Majores nimirum in Eccleſia Principes majoribus Privilegiis frui conſueverunt, quales fuere Epiſcopi, Capitula Canonicorum, & Monaſteria inſignia ſexus utriuſque. At puſillis Eccleſiis par neutiquam fortuna favebat. Deinde immunitas quidem Eccleſiarum fundis concedebatur, ſed patrimonialibus Clericorum bonis indulgentia eadem aliquando negata eſt. Denique vix ulla unquam tam ampla immunitas ab oneribus publicis ac tributis conceſſa eſt alicui Eccleſiae, ut nulli vel ordinariae vel extraordinariae functioni ſacra loca obnoxia relinquerentur. In his omnibus ingens viciſſitudo legum & conſuetudinum occurrit, neque tempora noſtra carent ejuſmodi exemplis. Eruditiſſimus autem Thomaſſinus Part. 3. Lib. prim. Cap. 26. nonnulla Francorum Regum Capitularia laudat, quae ſatis indicare videntur, a publicis oneribus ac ſervitiis exſolutos fuiſſe non ſolùm Clericos univerſos, quod eſt ad eorum perſonas, ſed & omnium Eccleſiarum bona. Idem ante eum oſtenderat doctiſſimus Bignonius in Notis ad Lib. prim. Cap. 3. Marculphi. Idque in Italia fuiſſe obſervatum, & ego evincere mihi poſſe videor ex Lege promulgatâ a Ludovico II. Auguſto, Anno Chriſti DCCCLV. in Ticinenſibus Comitiis, quam Langobardicis addidi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 158. Sunt haec illius verba: *Statuimus autem, ut Eccleſiae Dei per totius Regni noſtri fundatae terminos, ſub noſtrae immunitatis tuitione ſecurae cum rebus & familiis permaneant, ceu Praedeceſſorum noſtrorum, piiſſimorum videlicet Auguſtorum, temporibus fuiſſe probantur. Earumque Rectores propriis utantur Privilegiis.* Heic nullam Imperator Eccleſiam excipit: omnes immunes fore decernit. Neque

que novum aliquid ſe largiri teſtatur, ſed ſe illud duntaxat confirmare, quod piiſſimi Auguſti majores ſui antea conceſſerant. Heic tamen aliquis inſurgens contendere poſſit, verba illa *ſub noſtrae immunitatis tuitione* dubia eſſe, ac per ea ſignificari etiam poſſe nudam Eccleſiarum protectionem, quam *Mundiburdium* interdum appellabant. Moris quippe olim fuit, literas ejuſmodi tutelae, ſive Mundiburdii, non ſolùm ſacris hominibus, ſed & ſaecularibus concedere. Earum verò exempla praecipuè ſe mihi offerunt ſub Hugone Italiae Rege, ex quibus nonnulla producere juvat. Primum debeo Archivo Monachorum Veronenſium Montis Oliveti Sanctae Mariae ad Organum, ubi authenticas illius tabulas ſub oculis habui.

Hugonis Italiae Regis Diploma, quo Luponem de Nugarini cum filiis ſub ſuo Mundiburdio recipit, Anno 928.

I*N nomine Domini Dei aeterni*. Hugo *gratia Dei* Rex. *Noverit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſencium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria*, Luponem de Nugarini cum filio ſuo, *nomine* Giſemperto, & altero filio ſuo, *nomine* Audivertus, *noſtram humiliter adiiſſe clemenciam, quatenus pro Dei omnipotentis amore eum cum predictis ſuis filiis & rebus, illi juſte & legaliter pertinentibus*, ſub noſtrae tuitionis Mundburdo *recipere dignaremur. Cujus peticionibus annuentes, eum cum predictis filiis ſuis, & cum omnibus mobilibus & innobilibus rebus, illi juſte & legaliter pertinentibus vel advenientibus*, ſub noſtrae tuitionis Mundburdo *recepimus. Precipientes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Locopoſitus, Decanus, Saltarius, Vicarius, vel alia quelibet magna parvaque perſona, ei, neque jam dictis filiis ſuis aliquam ſine legali juditio audeat inferre moleſtiam, neque occaſionibus alicujus injuſtae rei illos fatigare preſumat, neque per Placita ventilare audeat. Sed liceat eum cum predictis filiis ſuis, & cum omnibus ſuis mobilibus & inmobilibus rebus illi juſte & legaliter pertinentibus quiete & pacifice vivere, omnium hominum injuſta remota contradictione. Si quis igitur &c.*

Non adeſt ſignum Regis.

Petrus Notarius juſſu Regio recognovi & ſubſcripſi.

Data XVIII. Kalendas Martii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXVIII. Regni verò Domni Hugonis piiſſimi Regis Secundo, Indictione Prima.

Actum Veronae feliciter. Amen.



Non diſſimilem Chartam eodem Anno exaratam ſuppeditavit mihi Eſtenſe Archivum. Erat apographum pervetuſtum, ſed injuriâ temporum corroſum.

Li-

Literae protectionis, ſeu Mundiburdi, conceſſae ab Hugone Italiae Rege, Amelrico, qui & Amizo, habitatori Ferrariae, ejuſque uxori Theopergae, Anno 928.

IN *nomine Domini Dei aeterni*. Hugo *gratiâ Dei* Rex. *Noverit omnium fidelium ſanctę Dei Eccleſię, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum induſtria*, Amelricum, qui & Amizo vocatur, *habitator Ferrarie*, cum conjuge ſua *nomine* Theoperga, *noſtram humiliter adiiſſe clementiam, quatenus eos cum omnibus illorum mobilibus & inmobilibus rebus, illis quocumque ſcriptionis titulo juſte & legaliter pertinentibus, vel hereditario jure advenientibus........ ſervis & ancillis utriuſque ſexus, cum Caſtris & cum Villis, & cum omnibus, que dicto nomine......... juſte & legaliter pertinentibus, vel que in antea Deo propitio, eodem ordine........ potuerint*, ſub noſtre tuitionis Mundiburdo recipere dignaremur. *Quod & fecimus. Precipientes igitur jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Judex............. Locopoſitus, Decanus, Saltarius, Vicarius, vel alia quelibet magna, parvaque perſona aliquam eis abſque legali judicio audeat inferre moleſtiam. Nullus etiam .... rietatibus, de quibus juſte & legaliter inveſtiti ſunt, neque de illorum libellariis injuſte & ſine legali judicio diſveſtire preſumat. Nullus etiam in illorum Caſtris neque Villis Placita................. neque poteſtative ingredi temtet. Nemo quoque eorum liberos homines neque ſervos inquietare preſumat injuſte, ſed liceat eundem Amelricum cum conjuge ſua nomine Teoperga, quiete & pacifice vivere & ſua omnia ſibi juſte & legaliter pertinentia tenere & poſſidere, omnium hominum remota contradictione. Si quis igitur* hujus noſtri Mundiburdi *violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras viginti, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem predictis jugalibus, eorumque heredibus. Quod ut verius credatur, de anulo noſtro ſubtus annotari juſſimus.*

Non legitur appoſitum Monogramma Regium.

Petrus Notarius juſſa Regis recognovi & ſubſcripſi.

Data VI. Idus Martii, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXXVIII. Regni verò Domni Hugonis piiſſimi Regis........... Primâ.

Actum in Domo Sancti Georgii in Ferraria: feliciter.

Tertium denique exemplum ſumſi ex Arretinorum Canonicorum Tabulario. Membrana faciem praeferebat archetypi Diplomatis.

Hugonis & Lotharii Regum Italiae Diploma, quo confirmant cuidam Bernardo omnia illius jura, Anno 943.

IN *nomine Domini Dei aeterni*. Hugo & Lotharius *divina providente clementia* Reges. *Regalem decet excellentiam, juſtis fidelium petitionibus aſſenſum praebere. Quocirca omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorum-*

rumque, praeſentium ac futurorum devotio noverit, qualiter interventu ac petitione Ilderici Comitis *dilecti fidelis noſtri, pro ut juſte & legaliter poſſumus, per hoc noſtrae confirmationis Praeceptum confirmamus ac corroboramus* Bernardo *noſtro fideli omnes res proprietatis ſuae, juſte & legaliter adquiſitas & adquirendas, ſive familias, emptionis, commutationis, vel quolibet titulo legalis ſcriptionis ſibi pertinentes, res in Caſale Manditiano, in Campriano, & Blationo, vel per ſingula loca & vocabula Regni noſtri adjacentes. Recipientes eumdem Bernardum & filios ſuos* ſub noſtrae tuitionis Munburdum, *una cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, ſibi juſte &*

A *legaliter pertinentibus, ſervis & ancillis. Praecipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu quaelibet Regni noſtri magna parvaque perſona praedictum Bernardum moleſtare, vel de ſuis rebus deſveſtire audeat abſque legali judicio. Si quis igitur hujus noſtri Praecepti confirmationem ſeu* Munburdi tuitionem *ali-*
B *quando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras quinquaginta, medietatem Kamerae noſtrae, & medietatem praefato Bernardo ſuiſque heredibus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes anulo noſtro inſigniri juſſimus.*

Signa ſereniſſimorum  *Hugonis & Lotharii Regum.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Giſeprandus Cancellarius ad vicem Boſonis Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data XII. Kalendas Novembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLIII. Regni verò Domni Hugonis XVIII. Lotharii XIII. Indictione Secunda.

Actum Papiae feliciter. Amen.

Animadverte, haberi heic Regum Signum, ſive Monogramma, quod a praecedentibus abeſt: fortaſſe quod praeter Mundiburdium ii Reges confirmationem omnium bonorum Bernardo petenti largiuntur. Simile etiam Diploma emiſſum pro quodam Grippone a Ludovico II. ſive III. Imperatore produxi in Diſſertatione XVII. *de Fiſco*. En ergo ut Laicis quoque hominibus tutelares tabulae conſcribebantur, quarum vis erat,

C ut ſi quiſpiam injuſte vexaret hujuſmodi homines ſub Regia tutela poſitos, praeter poenam a communibus Legibus impoſitam, multam quoque in Mundiburdio, ſive Privilegio conſtitutam perſolvere cogeretur. Pares autem literas interdum video ab Eccleſiis & Monaſteriis ſibi conquiſitas. In laudato nuper Coenobio Veronenſi
D Sanctae Mariae ad Organum, alterum hoc Praeceptum, illudque authenticum, inſpexi.

Hugo Italiae Rex Monaſterio Sanctae Mariae de Gazo Mundiburdium concedit, Anno 928.

IN *nomine Domini Dei aeterni.* Hugo *gratia Dei* Rex. *Si peticionibus ſervorum Dei aurem noſtre ſerenitatis accomodaverimus, non ſolùm regalem exercemus conſuetudinem, verùm etiam & ſalutem animae noſtrae futuro tempore liquidò promerebimur. Idcirco noverit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum induſtria,* Urſum *venerabilem* Patriarcham *noſtram humiliter adiiſſe clementiam, quatenus pro Dei amore, animaeque noſtrae remedium, Monaſterium ejus de Gazo, quod ad honorem beatiſſimae Mariae ſemperque Virginis dicatum eſt, cui nunc* Petrus Abba *preſidet, cum omnibus ad ſe pertinentibus,* ſub noſtrae tuicionis Munburgum *obtegere debuiſſemus. Cujus peticionibus animum noſtrae benivolentiae de more flectentes, eumdem Monaſterium de Gazo, cum Eccleſia Sanctae Mariae de Organo, ſive cum Caſtello de Saregada, ſive cum famulis & famulabus, ſive cum aldionibus & aldianis, ſeu cum omnibus, quae dici* A *vel nominari poſſunt ad eumdem Monaſterium pertinentibus vel aſpicientibus, pro Dei amore, animaeque noſtrae remedium,* ſub noſtrae tuicionis Munburgum *defendimus & cuſtodimus. Praecipientes, ut nullus Marchio, nullus Dux, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullusque Gaſtaldius, aut cuilibet rei publice exactor, in eundem Monaſterium* B *de Gazo* aliquas contrarietates facere praeſumat, aut aliquas inuſitatas & inportunas exhactiones ſive exhibiciones inponere temptet, aut aliqua freda exigat: *ſed liceat prefatum Monaſterium cum omnibus ad ſe pertinentibus vel aſpicientibus noſtra .... ſinu taliter vivere, qualiter permanſerunt in temporibus anteceſſorum noſtro-* C *rum Imperatorum,* ſub noſtrae tuicionis Munburgum. *Si quis autem ſuper hoc judicare voluerit rei miniſter, veniat ante preſentiam noſtram, & ibi juſto terminetur examine. Si quis autem, quod non credimus, contra hanc noſtram &c. Et ut hoc verius credatur, & diligentius &c.*

Signum Domni  *Hugonis glorioſiſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Notarius ad vicem Beati Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXVIII. Pridie Idus Februarii, Indictione Prima, Regni verò Domni Hugonis glorioſiſſimi Regis Secundo.

Actum Verona feliciter. Amen.

Quae Privilegia Hugo Rex Monaſterio Sanctae Mariae de Gazo im- D pertitur, dum illud *ſub ſuae tuitionis Mundiburdio* ſtatuit, nihil aliud eſſe vide-

videtur, niſi ita ipſum ſuâ protectione munire, ut ei nemo audeat *aliquas contrarietates facere, aut aliquas inuſitatas & importunas exactiones imponere*, poena inobedientibus propoſitâ: quo Privilegio excludi minime videntur juſta atque ordinaria onera, quibus fortaſſis & ipſi Clerici obnoxii fuere. Porro heic rurſus Regium intuere Monogramma, quo prima duo Diplomata carebant. Vide etiam Mundiburdium Anno DCCCLXXX. conceſſum Leoni Clerico a Carolo Craſſo Italiae Rege in eadem Diſſertatione XVII. *de Fiſco*, evulgatum. Sed jam reſpondendum eſt, in hiſce quidem tabulis protectionis ac *Mundiburdii* mentionem occurrere; at in Lege Ludovici II. modò memoratâ praeter *tuitionem* concedit etiam *Immunitatem*: qua voce revera ſignificatur liberatio a publicis oneribus atque tributis. Ad inluſtrandam ergo formulam iſtam ab eodem Ludovico Auguſto uſurpatam, nempe *ſub noſtrae Immunitatis tuitione ſecurae cum rebus & familiis permaneant*: conſule Diplomata aliquot a me edita in eâdem Diſſertatione *de Fiſco*. Sed iis uberius lumen accedet ex geminis authenticis tabulis, quas in Chartophylacio ſuo adſervatas a Canonicis Arretinis vidi.

Diploma Lotharii I. Imperatoris Petro Arretino Epiſcopo conceſſum, quo illius Eccleſiae bona & immunitates confirmat, Anno 843.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni*. Hlotharius *divina procurante providentia* Imperator Auguſtus. *Si petitionibus Sacerdotum Dei juſtis & rationabilibus, in quibuſcumque indiguerint, adnuimus, & ad effectum perducimus, id nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem capeſſendam pertinere confidimus. Quapropter comperiat omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, & noſtrorum, preſentium videlicet & futurorum, magnitudo, quia vir venerabilis* Petrus Aricienſis Urbis Epiſcopus *noſtris detulit obtutibus* immunitatum Praecepta *preſtantiſſimi Avi noſtri* Karoli, *atque pie recordationis Genitoris noſtri* Hludovvici Imperatorum, *in quibus continebatur, qualiter ipſi prenominatam Eccleſiam cum omnibus rebus ad ſe juſte & legaliter pertinentibus* ſub tuitionis atque immunitatis ſuae defenſione *ſuſceperint, ut denuo in ſuorum Succeſſorum defenſione perſiſtere debeat, modis omnibus ſtatuerint: deprecans nos,* ut ſimili ſanctione eam ſub noſtro Mundeburdo reciperemus. *Cujus petitioni ob divinum amorem, & beati Martyris Donati venerationem, cujus illic ſacratiſſimum Corpus quieſcit, adſenſum prebentes, hos excellentiae noſtrae apices decrevimus fieri, quibus memoratam Sedem cum omnibus ad ſe juſte & legaliter pertinentibus* ſub noſtrae immunitatis tuitione ſuſcepimus, *& ut per tempora labentia ſimili fulciatur auctoritate conſtituimus. Videlicet ut* nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, ſeu Miſſus noſter diſcurrens in Eccleſias & Loca & agros ſeu reliquas poſſeſſiones predictae Eccleſiae, quas moderno tempore juſte & legaliter poſſidere dinoſcitur, vel quas deinceps divina pietas ibi augeri voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos,

aut

aut homines ipſius Sedis tam ſervos quàm ingenuos, ſuper terram (a) illius commanentes, injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, vel inlicitas occaſiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat. *Sed liceat prefato Antiſtiti, ſuiſque Succeſſoribus, res & familias ejuſdem Sedis ſub ea integritate, qua a nobis illam adipiſci meruit, & quemadmodum nunc tenere dinoſcitur, quiete ac pacifice dominari, & prout utilitas dictaverit, abſque alicujus infeſtatione gubernare atque diſponere. Integrum verò predium quoddam ipſius Eccleſiae, quod nuncupatur Campus Fugianus, cum pertinentiis* A *ſuis, ſimili conditione, ſicut ſuperius eſt promulgatum,* ſub noſtrae immunitatis ponimus Mundeburdo, *ac confirmamus manſurum in dominatione Sedis ipſius. Et quicquid in his, quae predicta ſunt, Fiſcus noſter ſperare poterat, totum nos eidem Eccleſiae in luminaribus concinnandis pro mercedis noſtrae augmento conferimus, quatenus illum cum omni* B *ſibi ſubjecto Clero adtentius pro nobis, Conjuge, & prole noſtra, Domini miſericordiam exorare delectat. Et ut haec noſtrae immunitatis atque tuitionis auctoritas inviolabilem & inconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri .... adſignari juſſimus.*

Signum  *Hlotharii ſereniſſimi Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Hrodmundus Notarius ad vicem Agilmarii recognovi & ſubſcripſi.

Data V. Kalendas Septembris, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Imperatoris in Italia XXIIII. & in Francia IIII. Indictione............

Actum Romarici in Monte, in Dei nomine feliciter. Amen.

Confirmatio omnium bonorum & jurium Eccleſiae Arretinae facta a Carolo Craſſo Italiae Rege Johanni Epiſcopo Arretino, Anno 879.

I*N nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Karolus *divina favente clementia* Rex. *Omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, quia* Johannes *venerabilis* Aretinae Eccleſiae Epiſcopus *noſtram adiens magnificentiam petiit, quatenus Eccleſiam beati Donati, in qua ejus ſacratiſſimum Corpus humatum habetur,* C *more parentum noſtrorum glorioſiſſimorum Imperatorum cum rebus & familiis* ſub noſtra reciperemus tuitione: *oſtendens nobis* immunitatum Praecepta *praeſtantiſſimi* Atavi noſtri Caroli, *& piae recordationis* Avii noſtri Hludowici, & Patrui noſtri Hlotharii Imperatorum. *In quibus continebatur, qualiter ipſi eandem Eccleſiam cum ſuis omnibus rebus & familiis* ſub immuni-

(a) ipſius

nitatis ſuae defenſione *receperint; & ut in ſuorum Succeſſorum defenſione perſiſtere perpetuo* (a) *deberet, ſtatuerunt. Nos igitur eorum morem ſequentes, ob amorem beati Donati Martyris libenter ejus* (b) *petitionibus aurem accommodantes, hos excellentiae noſtrae apices fieri decrevimus, quibus eandem Sedem cum omnibus Eccleſiis baptiſmalibus ac titulis, Monaſteriis & Curtibus, caſalibus & ſortibus, ſervis, aldionibus, libellariis & cenſualibus utriuſque ſexus, mobilibus etiam & immobilibus, ſub noſtra defenſione recepimus, firmiſſime ſtatuentes*, ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, ſeu Miſſus noſter diſcurrens, in Eccleſias, caſas, vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones praedictae Eccleſiae, quas juſte & legaliter poſſidere dinoſcitur, vel quas divina pietas ſibi augere voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines tam ſervos quàm ingenuos ſuper terram ipſius Sedis commanentes injuſte diſtringendos, nec ullus redibitiones vel illicitas occaſiones requirendas, ullo umquam in tempore ingredi audeat, vel per aliquod ingenium exigere praeſumat. *Simulque confirmamus eidem Eccleſiae omnia noſtrorum Praedeceſſorum tam glorioſiſſimorum Imperatorum quamque & diverſorum Regum Praecepta, quae ejuſdem Eccleſiae venerabiles olim Epiſcopi* (c) *adquiſiverunt, nec non & offerſiones, venditioneſque fidelium adquiſitas vel Deo favente ad-*

A *quirendas: & ſpecialiter praecepta Romanorum Pontificum de Plebibus in Senenſi Comitatu, quas malicioſe quidam infeſtare videntur, perpetuum robur obtinere ſancimus. Illas etiam, quas iniquitatum fauctores inquietare conati ſunt, ideſt Eccleſiam Dei Genitricis in Monte Girato, & Eccleſiam cum Curticella in Maliſiano, & Eccleſiam San-* B *cti Petri in loco, qui dicitur Caſtellum, cum curtibus & omnibus ad eas pertinentibus, eidem Eccleſiae confirmamus. Sanctionem etiam* fratris noſtri Hludowici *quondam* Imperatoris, *quae nocivas eidem Eccleſiae Epiſcoporum evacuat ſcripturas roboramus. Monaſterium etiam Sancti Angeli cum Colonaria..... .... & Agialta, quae aequivo-* C *cus noſter beato Donato optulit, cum omnibus ad ſe pertinentibus, & nos perpetuo ſtabilimus. Haec autem ſupra memorata & promulgata*, ſub noſtrae immunitatis ponimus ac confirmamus Mundeburdo, *in ipſius Sedis ditione manſura: & quicquid in his noſter Fiſcus ſperare poterat, eidem Eccleſiae in luminaribus concinnandis, pro noſtrae* D *mercedis conferimus augmento, quatenus noſtrum memoriale perpetuo beatus Martyr Donatus Chriſti conſpectui ſtudeat repraeſentare. Hanc autem noſtram conſtitutionem ſi quis in aliquo violare praeſumpſerit, tres auri cocti Libras diſtringente Fiſco eidem Eccleſiae, &* immunitatem *pro temeritate perſolvat. Haec verò noſtra conſtitutio ut perpe-* E *tuum vigorem Chriſto auctore optineat; manu propria ſubter firmantes, annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum 

Domni Karoli ſereniſſimi Regis.

Locus Sigilli cerei ✠ ſed admodum mutili.

Inqui-

(a) *debere,*
(b) *petitioni*
(c) *adquiſierunt.*

Inquirinus Notarius ad vicem Liutuvardi Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data XVII. Kalendas Decembris, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXVIIII. Indictione XIII. Anno verò Regni Regis Karoli Tercio.

Poſtremum hoc Diploma crucem mihi fixit. Praeferebat nempe membrana ſigna quaelibet archetypo convenientia, ſi locum dati Privilegii excipias, qui nullus ibidem occurrebat, quum tamen apponi ſoleret. *Tertius* autem *Annus Regni Karoli*, decurrente Anno Chriſti DCCC-LXXXIIII. indicare videbatur potius *Carlomannum* quàm *Carolum Craſſum* ejus fratrem. Verùm quod Carlomanno tribui non poſſit Diploma, haec mihi perſuadent. Primo habemus heic nomen *Karoli*, non autem *Karlomanni*, quod in aliis Diplomatis occurrit. Secundo Monogramma diverſum eſt a reliquis *Carlomanni* ipſius. Tertio ceſſiſſe Italiâ videtur Carlomannus Rex ante Novembrem Anni DCCCLXXIX. & locum dediſſe Carolo Craſſo Regi fratri ſuo. Itaque ad eumdem Craſſum cenſui omnino referendas eſſe haſce tabulas, nomine videlicet, Monogrammate, Notario, & Archicancellario in ipſum concurrentibus. Certe tempore dati Diplomatis Carolus iſte in Italia verſabatur, & Principum ſaltem vota colligebat, ut Rex Italiae ſalutaretur; immo renuntiatus fuiſſe antea mihi creditur. Sed cur ne gry quidem de Regno Italico in Diplomate occurrit? Quod ſi ille haec dedit tanquam Rex Alamanniae, ſciſcitari ſuccurrit, cur Annus duntaxat Tertius Alamannici Regni ei decurreret die XV. Novembris Anni DCCCLXXIX. quum V. Kalendas Septembris Anni DCCCLXXVI. Ludovicus Rex ejus pater vivere deſierit, atque illi Craſſus e veſtigio in Alamanniae Regno ſucceſſerit? Sed tricis hiſce dimiſſis, quod pluris intereſt, perpendamus. Arretinum Epiſcopum Lotharius I. Auguſtus *ſub ſuae Immunitatis tuitione* ſuſcipit. Quid haec verba importent, mox ille explicat, inquiens: *videlicet ut nullus Judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, ſeu Miſſus noſter diſcurrens, in Eccleſias, Caſas, vel Agros, ſeu reliquas Poſſeſſiones praedictae Eccleſiae, quas juſte & legaliter poſſidere dinoſcitur, vel quas divina pietas ſibi augere voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, aut freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines tam ſervos quàm ingenuos, ſuper terram ipſius Sedis commanentes injuſte diſtringendos, nec ullus redibitiones vel illicitas occaſiones requirendas, ullo umquam in tempore ingredi audeat, vel per aliquod ingenium exigere praeſumat.* Non diſſimili verborum vi in altero Privilegio heic nunc edito Lotharius I. Auguſtus utitur. Quamobrem jam vides, *Immunitatis Regiae tuitione* frui, idem fuiſſe, atque nullis amplius ſubdi Magiſtratibus Regis, nulliſque tributis, oneribuſque Reipublicae obnoxium eſſe, & praeſertim additâ eâ clauſulâ: *Et quidquid in his noſter Fiſcus ſperare poterat, eidem Eccleſiae conferimus.* Propterea ejuſmodi Privilegia appellata quoque fuerunt *Immunitatis Praecepta*, uti conſtat ex nuper deſcripto Caroli Craſſi Diplomate, ac etiam ex altero praelaudati

Carlomanni Regis Privilegio, quod archetypum legi in Urbe Ticinenſi, adſervatum a ſacris Virginibus Monaſterii de Poſterula, ſive Sanctae Mariae Theodotae.

Carlomanni Italiae Regis Praeceptum, quo confirmat omnia bona & jura Ticinenſi Parthenoni Sanctae Mariae Theodotae, Anno 877.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Karlomannus *divina favente gratia* Rex. *Si circa ſervos & ancillas Dei munificentiam noſtrae benignitatis intulerimus, credimus hoc ad animae noſtrae ſalutem efficaciter pertinere. Quapropter cognoſcat induſtria omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet & futurorum, quia quidam venerabilis vir* Heimo Epiſcopus Bellonenſis Eccleſiae *adiit celſitudinem noſtram, poſtulans, ut quoddam* Immunitatis Preceptum *ſorori ſuae* Rihſvindae Abbatiſſae Monaſterii Sanctae Mariae Dei Genitricis, *quod dicitur* Theodotae, *ſitum in Urbe Ticinenſi, pro diverſis utilitatibus ejuſdem Monaſterii fieri juberemus. Nos verò ejus petitiones rationabiles fieri conſpicientes*, hoc Immunitatis preceptum *prefatae ſorori ſuae conſcribere juſſimus. Per quod omnino determinantes jubemus, ut eadem Abbatiſſa praenominata, ſoror videlicet jam dicti Epiſcopi, & dilecti fidelis noſtri, degens ſub Regula Sancti Benedicti, id Monaſterium cum omnibus adjacentiis, jure ac legaliter adquiſitis, uſque in finem vitae ſuae teneat atque poſſideat. Inſuper ergo omnes res quaſcumque Monaſterium idem longo tempore poſſedit, aut poſtea juſte ac legaliter tam emptione, donatione quàm fidelium oblatione adquiſivit, ac deinceps juſte & legaliter adquirere potuerit, tranquillo jure per hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum teneat. Et ut liceat eidem Cenobio ſecundùm Regulam Sancti Benedicti de propria Congregatione Abbatiſſam eligere:* ſintque cunctas res ejuſdem Monaſterii tam homines quàm cetera pertinentia ſub Regali ſeu Imperiali Immunitate defenſae. *Et ſi neceſſitas fuerit, de rebus & familiis ipſius per inquiſitionem Regalem rei veritas approbatur. Haec verò omnia quae prelibavimus, & quaecumque anteceſſores noſtri feliciſſimi* Imperatores Hlutharius *videlicet* Patruus noſter, & Hludovicus Conſobrinus noſter, *per* Precepta Immunitatis, *atque illorum confirmationis eidem Sancto loco contulerunt, pleniter atque ſecuriter, ſalvâ omni juſtitiâ ejuſdem Monaſterii, per preſentem auctoritatem noſtram ob amorem Dei, Deique genitricis Mariae, nec non & venerabilem petitionem dilecti fidelis noſtri* Heimonis, *concedimus atque confirmamus. Liceatque eidem ſanctae Congregationi perpetualiter quiete & ſecuriter ſine ulla moleſtia & inquietudine pro nobis ac Conjuge noſtra, divinam exorare clementiam. Si quis verò, quod abſit, infra dicionem Regni nobis a Deo dati conſiſtens contra* hoc Immunitatis *ac confirmationis* noſtrae Preceptum *inſurgere vel irrumpere auſus fuerit, ſciat ſe centum Libras auri probatiſſimi ſolvendum, medietatem eidem Eccleſiae & medietatem Palatio noſtro. Et ut haec auctoritas noſtrae confirmationis atque conceſſionis inviolabilis permaneat, & per futura tempora verius credatur, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.*

Signum

Signum  *Karlomanni invictiſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Baldo Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

Data XII. Kalendas Decembris, Anno Chriſto propitio I. Regni Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis Italiae.

Actum Civitate Verona, Indictione XI. in Dei nomine feliciter. Amen.

Habemus heic *Heimonem Epiſcopum Bellunenſem*, quem Pilonus in ejus Urbis Hiſtoria, & Ughellius Tom. V. Ital. Sacrae, *Almonum* appellant. Haec autem dum ſcribo, mihi ſemper in mente recurrunt, non ejuſdem vigoris fuiſſe *Mundiburdia*, ſeu *Precepta Immunitatis*. Alia enim importaſſe tantummodo Protectionem videntur, alia Protectionem ſimul ac Privilegia. Quibus verbis conceptum fuerit Conradi Auguſti Diploma, depromtum ex Archivo Monachorum Benedictinorum Sancti Sixti Placentiae, tu, ſi lubebit, intelliges.

Literae protectionis, ſeu Mundiburdii, conceſſae a Conrado I. Imperatore Monaſterio Monialium Sancti Xyſti Placentini, Anno 1036.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Chuonradus *divina provídente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Omnium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrique fidelium univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos per interventum & petitionem noſtrae dilectiſſimae contectalis*, Giſlae *ſcilicet* Imperatricis, *& amantiſſimae noſtrae prolis* Heinrici Regis, *nec non* Pilegrini *venerabilis noſtri* Colonienſis Archiepiſcopi, *atque* Herimanni noſtri Cancellarii, *ac* Bonifacii *noſtri dilecti* Marchionis, *Monaſterium ad honorem Dominicae Reſurrectionis, & beati Apoſtoli Bartholomaei, Sanctorumque Martyrum Xyſti & Fabiani, in Placentina Urbe * coaſtructum, cum omnibus juſte & legaliter ad id pertinentibus* ſub Mundiburdii noſtri tuitione ſuſcepimus: *eâ videlicet ratione*, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſcio, ſeu aliqua noſtri Regni magna parvaque perſona praedictum Monaſterium, & Abbatiſſam, inibi pro tempore conſtitutam, de omnibus juſte & legaliter ad ſe pertinentibus moleſtari, inquietare, vel diſveſtire praeſumat ſine legali judicio. *Si quis verò hujus* noſtri Mundiburdii *temerarius violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Kamerae noſtrae & medietatem praelibato Monaſterio, ac Abbatiſſae inibi pro tempore conſtitutae. Et ut hoc noſtrum Decretum omni tempore maneat inconvulſum, hanc Kartam inde conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Heri-

Herimannus Cancellarius vice Pilligrini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovit.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Datum III. Nonas Julii Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Trigeſimo Sexto Indictione IIII. Anno autem Domni Chuonradi Secundi Regnantis XII. Imperatoris verò. X.

Actum Noviomago.

Heic nuda verba; heic *Protectionis*, ſeu *tuitionis* rerum ac bonorum ejuſdem Monaſterii, ac Abbatiſſae, tantummodo fit mentio, nulla verò Immunitatis tributorum onerumve publicorum. Ad haec ſi *Eccleſiae Dei per totius Regni Italici fundatae terminos*, ut Ludovici II. Auguſti Lex habet, *ſub Regiae Immunitatis tuitione* erant, ideſt univerſali lege a Fiſci juriſdictione abſtractae, & a quibuſcumque factionibus, angariis, ac oneribus publicis immunes: cur, inquam, tam anxie quaelibet Eccleſia Privilegium ſibi ab Imperatoribus ac Regibus conquirebat? Parum dixi: cur ipſorum Privilegiorum confirmationem a ſingulis novis Auguſtis Regibuſve certatim quiſque expoſcere atque impetrare conſuevit? Certe uſum hunc minime contemnebat, cui cordi eſſet ſua, ſive Eccleſiae ſuae utilitas, ita ut ſuboriri ſuſpicio poſſit, non ex vi univerſalis alicujus Legis plenam Immunitatem cuicumque Eccleſiae, cunctiſque hominibus Deo ſacris, eorumque fundis tributam; ſed in eos tantùm indulgentiam hanc effuſam fuiſſe, qui privilegio a quocumque novo Principe impetrato ipſam conſequuti fuiſſent. Conjecturam meam, qualiſcumque ſit, propono. Scilicet, generali quidem Lege Eccleſiis conlata fuerat *Immunitas*, ſed ea conditione, ut novos quoſque Reges, uti Privilegii auctores, Epiſcopi, Abbates, ceterique Clerici agnoſcerent, non ſecus atque fiat a Vaſſallis ſecundùm Leges Feudales. Nam etſi Feudum aliquod deferatur non primo tantùm acquirenti, ſed & omnibus ejus deſcendentibus: ſinguli tamen deſcendentes novam a novo Principe, ſive Seniore, inveſtituram petere jubentur. Ceterum heic aliquid ſubobſcuri eſt, ſaltem oculis meis. Nam Ludovicus II. in Lege ſupra laudatâ ab *Immunitatis tuitione* diſtinguere videtur *Privilegia* addens: *earumque Eccleſiarum Rectores propriis utantur Privilegiis*, quaſi praeter commune immunitatis Privilegium, Eccleſiarum Rectores propria ſibi Privilegia ab Auguſtis ac Regibus procurarent. Et profectò non omnia Privilegia eamdem praeferebant Regiae liberalitatis menſuram. Quàm effuſus olim fuerit Henricus I. Italiae Rex in celebre Monaſterium ſacrarum Virginum, nunc Monachorum Benedictinorum, Coenobium Sancti Sixti, aliis monumentis in hoc ipſo Opere oſtendi. Nunc in iſto, quod mox ſum editurus, acceptum ex Archivo ejuſdem Monaſterii, animadvertat Lector, conceſſam fuiſſe *omnem etiam Diſtrictionem & redditionem* (ſive *redhibitionem*, ut habent alia Diplomata) *per ſingula loca, & Comitatus, de omnibus rebus & poſſeſſionibus ejuſdem Monaſterii, quae ad Partem Publicam pertinere videntur*. Praecipit etiam, ne *ab hominibus liberis, in poteſtate ejuſdem Monaſterii reſidentibus, aut a familiis ipſius loci, aliquis Reipublicae Miniſter ullum portonaticum, telonium, aut ripaticum, vel quaelibet vectigalia requirat*, nec *exigat*. Sed ipſum Praeceptum accipe.

Con-

Confirmatio Privilegiorum Monaſterii Sancti Xyſti Placentini, facta ab Henrico I. Italiae Rege, Anno 1008.

A *IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Heinricus *divinae diſpoſitionis providentiâ* Rex. *Si ſacris ac venerabilibus Locis temporalia atque tranſitoria concedimus, magnam apud Deum remunerationem habere confidimus. Quocirca omnium fidelium, praeſentium ſcilicet ac futurorum, noverit univerſitas, quod noſtram adiit celſitudinem* Cunigunda Regina *dilectiſſima* B Conjux noſtra, *quatenus pro amore ſupernae remunerationis per noſtri Praecepti Paginam quoddam Monaſterium infra Civitatem Placentiam a beatae ſcilicet memoriae* Angelberga Imperatrice *conſtructum, & in honore ſanctae Reſurrectionis, & beati Xyſti Martyris Chriſti dedicatum,* Itae Abbatiſſae C *cum omnibus ſuis pertinentiis confirmare atque corroborare dignaremur. Cujus petitionibus, ut juſtum eſt, annuentes, per hanc noſtri Praecepti paginam eidem* Itae Abbatiſſae *confirmamus omnes res & poſſeſſiones tam mobiles quàm immobiles, quae ad partem ipſius Monaſterii donatione, vel Cartarum inſcriptione legibus adquaeſitae vel contraditae ſunt,* D *ſeu quicquid per Regum vel Imperatorum anteceſſorum noſtrorum Praecepta ad eumdem ſacrum Locum collatum eſt: familias quoque utriuſque ſexus cum Cortibus & Cappellis, eorumque appendiciis cum omnibus Caſtellis, caſis, vineis, campis, paſcuis, pratis, ſylvis, ſalectis, paludibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus:* omnem etiam diſtrictionem, & redditionem per ſingula loca & Comitatus de omnibus rebus & poſſeſſionibus ejuſdem Monaſterii, quae ad Partem Publicam pertinere videntur; *& cum omnibus rebus ad praedictum Monaſterium juſte & legaliter reſpicientibus, in integrum confirmamus & corroboramus. Praeter haec etiam decernimus, atque ſancimus,* ut nullus Dux, Comes, vel aliquis Reipublicae Miniſter, aut aliqua Regni noſtri magna parvaque perſona in praeſcripto Monaſterio, & in poſſeſſionibus ejus aliquam contrarietatem vel inquietudinem facere preſumat, nec non ab omnibus hominibus liberis in poteſtate ejuſdem Monaſterii reſidentibus, aut familiis ipſius Loci, ullum portonaticum, telonium, aut ripaticum, vel quaelibet vectigalia requirat, exigat: *ſed ſit tantùm Placitum de rebus ejuſdem Loci in praeſentia Advocati, vel noſtri Miſſi. Si quis verò haec non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedicto Monaſterio. Et ut hoc certius credatur, manu propria roborantes ſigillari juſſimus.*

Signum Domni Heinrici  *Regis invictiſſimi.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Eberardus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani recognovi.

Anno

Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Octavo, Indictione V. Anno verò Domni Heinrici Secundi Regis Regnantis VI.

Actum in Ingilheim, feliciter.

Lectorem quoque rogatum heic volo, ut mecum Piſtorienſem ad Urbem accedat, ubi in ſcrinio Canonicorum Regularium Lateranenſium A Sancti Bartholomaei apographum ante ſexcentos annos confectum, ac mihi viſum, illius Monaſterii fundationem vetuſtiſſimam exhibet.

Dotatio Monaſterii Sancti Bartholomaei Piſtorienſis a Gaidualdo Medico Regum Langobardorum, & ipſius Monaſterii fundatore facta, Anno 767.

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, die V. menſe Februario, regnante Domno Deſiderio, & Adelghis Regibus, *Anno Regni eorum in Dei nomine Decimo & Octavo, per Indictione Quinta.* Gaidoaldus Medicus Regum, *cogitante me de omnipotenti Miſericordia, & remiſſione anime mee, quam vice temporum & mortis exitum omnipotens Dominus ſua tantumodo reſervavit notitia, ob oc antequam repentinus ſuperveniat interitus, nihil omnia noſtra deveniat diſponere, atque cum venerimus ante tribunal Chriſti, non nos de negligentia judicet, ſet de bonis operibus gratuletur, ut pius: qua de re ego, qui ſupra, Gaidoaldus Medicus, dum me previdiſſem in oc exilio Mundi permanentem, previdi de rebus meis per decreta loca offerre & condonare pro anima mea, vel de parentibus meis, ut in perpetuum firmum permaneat, ad Eccleſiam & Monaſterium Sancti Bartholomei, quam foras muro Civitatis Piſtorienſis in propriis rebus meis à fundamentis conſtrucxi, vel ejus ſancte Congregationi* Domenico Abbati *& Monachorum, qui inibi congregati eſſe videntur, aut in antea Deo adjuvante* B C D E *fuerint, qui pro noſtris facinoribus die noctuque operibus elemoſinam tribuere, & Dominum deprecari non ceſſent, & nobis indignis perveniat ad ſalutem & remedium anime. Primum omnium Curte in loco, qui vocatur Neure cum omni adjacentia & pertinentia ad ipſam Curtem pertinenti in integrum. Simul & aliam Curtem, quae dicitur Adoſare, finibus Lucenſis, cum ea, que ad ipſam Curtem pertinent in integrum. Quàm etiam & Curtem in Antiniana Lainiſiana, ubi & Oratorium beatiſſimi Sancti Angeli dedicavimus, necnon & Curtem in Barbiano, finibus Greti, cum omnia ad ipſam Curtem pertinentia, excepto Caſas duas maſſaritie ad Rivo, que regere viſe fuerunt per Baronacculum & Godiſteum, que nobis da Aolſo evenerunt cum familiis vel omnia ad ipſam pertinentia, nam & alia omnia ad ipſam Curtem pertinentia in integrum, ſeu & Curtem in Lucando cum omnia & omnibus quicquid ad ipſam Curtem pertinent, & ad ipſum venerandum Locum dilectiſſima* Rotperga Conjuge *mea de ſuis rebus cum ea voluntate inibi offerri & condonare previdi tam ipſa, quàm & ſupraſcripte Curti, quas ſuperius decrevi cum*

omni

*omni adjacentia vel pertinentia ſua ſeu Caſas maſſarithias, & de aldionibus, vineis, terris, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, ſactionibus, paludibus, cultum atque incultum, mobilia atque immobilia, reſque ſemoventia omnia & in omnibus quicquid ad ſupraſcriptas Curtes vel Caſas pertinet, ad ipſum venerabilem Locum vel ejus ſancte Congregationi pro anime mee remedio dono meo trado & offero poſſidendum. Simul etiam & Curtem meam, quam habere viſus ſum finibus Maretima in loco, qui nuccupatur Cormino cum adjacentia vel omnia ad eam pertinentia, ad eumdem ſanctum convivium offerri & condonare previdi in eo modo, ut Prepoſitus vel Rector, qui in Senodochio meo hic foras Civitate Piſtorienſi, propinquo ipſo Monaſterio poſitus vel ordinatus fuerit, comuniter ſua nutrimina cum ipſius Monaſterii in eodem loco * Cormino paſcerint, ſi me ponere debeant.*

Hec autem omni in tempore ea, que ſuperius decrevi, ad ipſum ſanctum & venerabilem Locum ſit traditum & confirmatum, ut ipſi Abbates vel Monachi in ipſo Monaſterio ſecundùm Deum & ſanctam Regulam vivere & deſervire debeant omni in tempore ſanctum Cenobium confirmandum, ut numquam deſtruatur, ſet in perpetuo ſtabilitum permaneat ſub nullius hominibus vel matris Eccleſiae poteſtati ſubjacente, niſi in ſuo jure permanente inibi ſpiritualiter & regulariter ſerviente, & deinde ſe ipſa Congregatione eligente Abbatem, qui in ipſo Monaſterio vel ſancta Congregatione ſecundùm Deum & ſancta Regula continet regere & ordinare debeant, licentiam habeat, quem de ipſius Monaſterii Congregatione de inter ſe Abbatem eligerent, ſtabilitum permaneat. Nam non de aliis hominibus vel Monaſterio inibi poſſent ordinationem facere, aut Abbatem ponere, niſi qui de ipſa Congregatione fuerint, ſicut ſancta Regula continet, & inibi Abbate fieri debeat, ſi forſitans aliqua neceſſitate evenerit cauſa in ipſum ſanctum Monaſterium, vel ejus Congregationem, volo atque decerno, ut ſi à parte Monaſterii utilitas fuerit, & filio meo Gaiprando advivere meruerit, ipſe vel heres meus in ipſo Monaſterio adjutorium prebeat, & cauſam defendat. Nam non amplius ullam inperationem aut qualibet re ſubtraëndum nullo modo facere poſſent. Et dum ego, qui ſupra Gaidoaldus Medicus advivere meruero, in mea ſit poteſtate, ſicut uſque nunc, defenſandum, curam impendendum pro eorum defenſione, nam nulla de ea, qui inibi à me ſunt collata, aut unquam advenerint, aliquo ſubtraëndum poſt obitum meum omnia, ſicut ſuperius decrevi, ſtabilitum permaneat. Et nullus de heredibus meis circa hanc cartulam donationis, ſeu diſpoſitionis offertionis mee ire quandoque preſummat, aut aliquam amplius in ipſo Monaſterio imperationem facere poſſit, niſi eorum utilitas fuiſſet cauſe adjutorium preſtandum. Et hoc volo atque confirmo, ut omnia quicquid ſuperius legitur, ad ipſam Eccleſiam Sancti Bartholomei confirmavi vel ipſo Monaſterio uſque nunc poſſeſſum fuerit, ut omni tempore firmum & ſtabilitum permaneat. De autem reliquis Monaſteriis vel Senodochiis hìc Piſtoria, vel Ticinenſi Civitate, quàm & Caſſio, & reliqua alia loca, que per me ordinata vel conſtructa ſunt, ita decrevimus, ut per ipſum Monaſterium Sancti Bartholomei fiant ordinata & diſpoſita, ſic ita ut nullus Abbas, qui modò eſt, aut poſtmodum fuerit, minuandum de ipſa alimonia, aut quamlibet rem inde ſubtraëndum, niſi quale preſcriptum inſtituemus, omni tempore ſtabilitum permaneat in alimoniis pauperum. Et ſi aliquis

aliquis de ipſis Abbatibus, Prepoſitis, Cuſtodibus, de ipſa alimonia minuare aut ſubtraëre voluerint, pecuniam, aut quamlibet rem, non abeat licentiam. Et ſi factum aut ſubtractum fuerit, & ad veram cauſam apparuerit, filius vel heres meus non permittat exinde minuare, aut aliqua ſubtractione fieri: ſimulque & ſi filius vel heres meus exinde minuare vel ipſa alimonia, ſicut à me inſtitutum eſt, aut exinde aliquam rem ſubtraëre voluerit, ſimili modo non permittat Abbas de ipſo Monaſterio fieri Sancti Bartholomei, qui modò eſt, aut poſtmodum fuerit, niſi ambe partes defenſandum curam exinde peragendum, ut neque minuata, neque ſubtracta nullo modo ſint ipſa alimonia pauperum. Set ſicut preſcriptum firmavi, in ipſa ſtabilitate defendatur, nulla exinde ſubripiendum. Et quis ille immemor contra hanc meam diſpoſitionem & ordinationis cartulam rerum ſanctorum dotalium ire quandoque preſumpſerit, aut eam inrumpere voluerit, in primis Dei & omnium virtutum Celorum, Archangelorum, Angelorum, Profetarum, Apoſtolorum, Martirum, & Confeſſorum incurrat.......... in ſuper ſocius ſit Juda Scariothis, qui per amarum oſculum Dominum ac Redemptorem omnium tradidit, & in tartarum ſit conſumptus. Ecce ut meis fuerunt deſideriis implevi. Et ſi quodlibet aliud judicatum apparuerit, nullum in ſe habeat robur, niſi iſtud, quod modò confirmavi, & Gaubertum Notarium ſcribere rogavi.

Actum Piſtoria, & Indictione ſupraſcripta feliciter.

Signum Domni Gaidualdi Medici, qui hanc Cartulam fieri rogavit, & ei omnia relecta, ut ſunt, complacuit.

Signum Domni Bautonis de Umbrone teſtis.

Signum Domni Amati de Alatiano teſtis.

Ego Ghiſilari rogatus ad Gaidoaldus Medicus, teſtis ſubſcripſi.

Signum Domni Stanechis de Materno teſtis.

Signum Domni Anſuloni filio quondam Rinfredi teſtis.

Ego Johannes rogatus ad Gaidoaldus Medicus barbanus, teſtis ſubſcripſi.

Ego qui ſupra Gaubertus ſcriptor hujus Cartule, poſt teſtibus roborata, tradita, complevi & dedi.

Ego quidem Gerardus Notarius autenticum illud vidi & legi, quantum legere & diſcernere potui, unum hoc exemplar exemplavi.

Ego quidem Ildibrandus Notarius & Judex, autenticum illud exemplar vidi & legi, unum hoc ſimiliter exemplar, quod eſt ſecundum, fideliter exemplavi.

Quo tempore conditum fuerit Piſtorienſe Monaſterium Sancti Bartholomaeī, Clariſſ. Mabillonio ignotum modò vidimus. Atqui Francis Italico Regno potitis, & Caroli Magni filio Pippino, apud Italos regnante, pro iniquo eorum temporum more Coenobium ipſum conceſſum fuit *in beneficio* cuidam *Nebulungo Baviario*, ſive Bajoario. At eo poſtmodum à Miſſis Caroli Magni abjecto, ac reſtituto legitimo *Abbate Ildeperto*, quum onera multa in perniciem ſacri Loci, & contra ejus Immúnitatem ſub uſurpatore invecta, adhuc perdurarent: Ildepertus idem in Placito Piſtorii habito coram *Adhalbardo Abbate*, Miſſo Caroli ejuſdem Auguſti, ſuis querelis expoſitis, demum impetravit liberationem ab ejuſmodi angariis. Egregii Placiti apographum pervetuſtum, Piſtorii in eodem Monaſterio religioſe adſervatum, atque a me deſcriptum, non ſine voluptate eruditus quiſque leget atque perpendet. Illud autem me editurum fore pollicitus jamdiu fueram Par. I. Cap. 22. Antiquit. Eſtenſium.

Judicatum Adalardi Abbatis Miſſi Imperialis & aliorum, in quo Abbas Monaſterii Sancti Bartholomaei Piſtorienſis a publicis oneribus immunis decernitur, factum Anno 812.

D*Um in Dei nomine ego* Adalardus Abbas, Vaſſus Domni Caroli Imperatoris *reſidiſſem in Civitate Piſtoria, ſingulorum hominum cauſas audiendum vel deliberandum, ſedentes ilic inſimul* Willeradus Epiſcopus, Bonifatius Ducx, *Poto & Leo Judices, & Bonifredus Notarius Domni Regis*, Adaprant, & Chriſtianus Abatibus, *Fredo, Mauro, &* Petrus Ducx, Miſſi Domni Leoni Pape, *Ermenfridus & Audo Scabinus de Camarino, vel reliqui plures ilic adſtantibus. Veniens ibi* Ildepertus Abbas ex Monaſterio Sancti Bartholomei, *fundato à quodam* Gaidualdo Medico *prope muro ipſius Civitatis Piſtorienſi: & detulit nobis* ad relegendum monimen & miſſum ab ipſo quondam Gaidualdo Medico, *qui continebatur, qualiter manifeſtaverat ſuprascripto Monaſterio in ſuo propria edificaſſe, & res nominative ibi contuliſſet. Et ſtatuit eam, ut ſub nullius hominis poteſtatem vel ordinationem, nec matris Eccleſie, ipſum Monaſterium ſubjaceret, niſi ſemper de ipſa Congregatione ibi inter ſe Abbatem elegerent; nam non de extranei, neque de alia Monaſteria; & filio aut heredes ejus nullam ibi a ſe dominatione nec poteſtatem, niſi ſe oporteret eſſe cauſas defenſandas. Et dum relectum fuiſſet munimen ipſum, affatus eſt ipſe Abbas, quod tempore* Domini Pipini Regis, *dum adhuc* Rotcheldo *viveret, pervaſionem malorum hominum ab eodem Rotchildo de ipſo Monaſterio ejectus fuiſſet, & in exilio miſſus ſine ulla culpa, & abſque judicio, &* ipſo Monaſterio tunc datus fuiſſet in beneficio Nebulunko genere Bavario. *Et dum per Monachis ipſius Monaſterii reclamatio exinde facta fuiſſet ad* Paulinum Patriarcham, Arnone Archiepiſcopo, Fardulfo Abbate, *&* Echerigus Comes Palatii, *vel reliqui locu eorum, qui tunc hìc in Italia Miſſi fuerunt, duodecim inſimul ſic ipſi cauſa inquiſierant, quod ſupraſcriptum munimen in ſuis relegi fecerunt preſentia, quod illos cognoſcerint*, quod injuſte mihi ipſum Monaſterium ablatum fuiſſet, & non ibi aliunde debet fieri ordinatione, niſi de ipſſa Congregatione, ſicut ipſſe Gaidualdo Medico ſtatuere. Tunc fecerunt me de ipſſo exilio revocare, & prefato Nebulungo de heodem Monaſterio foris ejecerunt, & me inibi in antea intromiſerunt. Poſtea per illa mala conſuetudine, que per eodem Nebulungo facto eſt, ab illo die faciunt me ire in hoſte, & omnes paratas & conjectos facere ad Miſſos ac donatione ad Palatio, que cum lege facere non debeo, quia quod Gaidualdo, qui in ipſo Monaſterio conſtrucxit, heredes reliquid, qui hoſtem faciunt. *Hec nos audientes atque cognoſcentes, quomodo ipſe Abbas inuſte de ipſo Monaſterio fuerat ejectus, & per judicium de ſupraſcripti Miſſi inibi fuerat vocatus, paruit nobis ut juſta ſtatuta ipſius, quod Gaidualdo Medico*, dum ipſe heredes reliquid, qui hoſtem facerent, *ut Abbas ipſius Monaſterii hoſtes faceret nondum bene, nec nulla paratam ád Miſſos Dominico, nec conjecto, nec aliqua dationem per conditione ad Palatio. Ideoque ego, cui*

ſupra Adalardus Miſſus Domni Imperatoris comendavi, & ipſius Domni noſtri auctoritate, & de ſua juſſione, *ut admodo liceat ipſo Abbate vel poſteris ejus ad ipſum Monaſterium cum ſupra ſcripta Congregatione ſervorum Dei ibi degentibus, Domino famulari, & pro ſalute Domnis noſtris Domini miſericordiam exorare*, & ab hoſte, & paratâ, ſeo conjecta, aut dationes per contradictionem à Palatio ſolutos manerent, ante poſito, ſi aliter fuerit, juſſio Regalis. *Unde quale actum eſt pro ſecuritatem ipſius Ildiperti Abbati, & ad ejus Succeſſores fieri juſſimus.*

Quidem & ego Paulus Notarius ex dictato Bonifridi ſcripſi, Anno Regni Domni Caroli in Italia Triceſimo octavo, Menſe Martio, Indictio Quinta.

Ego Adalardus.

Signum ✠ *manum ſupraſcripto* Bonifatius Ducx *in is actis interfui.*

Ego Willerado Epiſcopo *in is actis interfui.*

✠ *Leo Vaſſo Domni Regi concordans ſubſcripſi.*

✠ *Ego Poto Cauſindo Regi in is actis interfui.*

✠ *Bonifridus Notarius in is actis interfuit.*

Quidem ego Petrus Notarius autenticum illud vidi & legi & hoc exemplar exemplavi & manu mea ſcripſi.

Adalhardus, qui judicio huic praefuit, celeberrimus ille eſt Corbejae Abbas, ſanctitate vitae, rerumque geſtarum famâ notus in Annalibus Ordinis Sancti Benedicti, & non ſemel Italici Regni adminiſter. In Chronico Farfenſi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag 361. alterum ejus Placitum habes, ubi is appellatur *Adalhard Abbas, Miſſus Domni Imperatoris Caroli*. Heic raro, aut etiam inuſi- A tato exemplo dicitur *Abbas, Vaſſus Domni Caroli Imperatoris*. Num fortè antiqui Librarii culpâ *Vaſſus* pro *Miſſus* ſcriptum fuerit? Vide tamen, quae de Vaſſis Regum alibi diſſerui, atque infra Privilegium conceſſum Abbati Sancti Galli à Ludovico Auguſto. *Willeradus Epiſcopus* heic memoratus Piſtorienſem Eccleſiam rexit. B Eum corrupte Ughellius Tom. III. Ital. Sacr. *Wiltretradum* appellat. Interfuit eidem quoque Placito *Bonifacius Dux*. Hic ille ipſe eſt, qui ſupra ſe nobis obtulit in Charta Lucenſi Anni DCCCXIII. appellatus ibi *Bonifacius Inluſtriſſimus Comes noſter*, ſcilicet Lucenſis Urbis Comes. Coſmus de Arena in ſerie Ducum & C Marchionum Tuſciae pag. 90. *Bonifacium* hunc in regimine Tuſciae Wicheramo Duci ſucceſſiſſe Anno DCCCXIII. arbitratus eſt. Neque ſecus ſenſerat Florentinius in Vita Mathildis Comitiſſae Lib. III. Uterque verò in ea opinione fuit, Bonifacium uno *Comitis* titulo inſignitum fuiſſe. En ut ille Anno e- D tiam DCCCXII. ſpectandum ſe praebet, *Duciſque* praeterea appellationem ac dignitatem retinet: quo nomine diſputari poteſt, fuerit ne ille Dux univerſae Tuſciae, an Comes tantùm Civitatis Lucenſis. Tempore autem *Pippini Regis* Piſtorienſe Monaſterium dicitur beneficii loco traditum *Nebulungo genere Baviario*. Haec mihi in E memoriam revocant *Nebulungum Comitem*, eâdem tempeſtate florentem, de quo multa habent Bouchetus in Lib. de vera origine Regiae Familiae Francicae, & Johannes Jacobus Chifletius in Lumin. Genealog. ad Vindic. Hiſpan. & Blondellus in Genealog. Francic. pleniori Aſſert. Tom. II. contendentibus nonnullis, negantibus aliis, ex ipſo *Nobulungo* deſcen-

ſcendere glorioſiſſimos Francorum Reges tertiae regnantis adhuc ſtirpis. Neſcio, annon Comiti illi quidquam rei ſit cum Bavaro iſto. Titulus *Comitis* heic certe non legitur; ſed neque ullo titulo donatur *Rotchildus* in hac ipſa Charta memoratus, quamquam tantae auctoritatis vir, ut Ildepertum Abbatem *in exſilium* egerit. Moris nempe tunc erat Magnatum Secularium, venari ejuſmodi Abbatias, ut infra in Diſſertatione LXXIII. *de Monaſteriis in beneficium datis* monebo. Mentio heic eſt alterius Placiti, longe antea habiti, cui praefuere *Paulinus Patriarcha*, (ſcilicet Aquilejenſis, qui circiter Annum DCCCII. vitâ ceſſiſſe putatur) *Arno Archiepiſcopus*, videlicet Saltzburgenſis, *Fardulfus Abbas* Sancti Dionyſii Pariſienſis, qui Anno DCCCVI. aut inſequenti diem poſtremum obiit, & *Echerigus Comes Palatii*, Miſſi Caroli Magni.

Interruptum iter nunc repeto. Adalhardo in hoc Placito Ildepertus Abbas obtulit *ad relegendum Monimen & Miſſum ab ipſo quondam Gaidualdo Medico*. Vocabulo *Muniminis* ſaepe in aliis Chartis Diplomata ac Privilegia Principum deſignantur: verùm heic nulla Regis mentio eſt, & Inſtrumentum ſive Chartam duntaxat offendimus à fundatore Monaſterii confectam. Immo ſi quidquam video, ſcribendum heic eſt *Monimen emiſſum ab ipſo quondam Gaidualdo Medico*. Haec autem dicendi formula in uſu fuit. Attamen vel nullo Privilegio educto, atque unâ Chartâ fundationis inſpectâ, decernunt Imperatoris Legati, ut nullum publicum onus Monaſterio Piſtorienſi imponatur. Qua ex re ſublucere videtur, etiamſi Coenobio illi Privilegia Regalia, ſive Caeſarea nondum collata fuiſſent, nihilominus, ex quo ſacer is Locus erat, & ſacratorum hominum coetus ibi alebatur, in poſterum fore immunem Imperiales Miſſos ſtatuiſſe. Verùm haec dubitantis ſpecie ajo. Si enim intime rem perſpiciamus, ideo deprehenditur Piſtorienſis Abbas ereptus incommodis *hoſtis*, *paratae*, *conjecti*, & *donationis*, quia Gaiudualdus Monaſterii fundator, *heredes reliquit*, *qui hoſtem faciebant*, & reliqua ut puto, onera ſubibant. Conſequens igitur eſt, Monaſterio nullam indulgentiam fuiſſe futuram, ſi nemo relictus fuiſſet, qui Abbatis loco ea ſervitia praeſtitiſſet. Accedit, quod Adalhardus ait, ſe judicium illud aſſumſiſſe *auctoritate & juſſione Domni Imperatoris*, à quo juſtitiam imploraſſe Abbas exiſtimandus eſt. Tum ſubdit, ſe in eam ſententiam deſcendere *antepoſito* (ideſt excepto) *ſi aliter fuerit juſſio Regalis*: quibus verbis prodit fieri poſſe, ut Imperatori aliter decernendum videatur, atque adeo ab arbitrio Caeſaris, non à Lege quapiam ſtatâ, pendere Coenobii illius Immunitatem. Atque haec, quando aliud non evincant, illud mehercle perſuadere poſſunt, quod primo ſtatuebam: videlicet non adeo plenam abſolutamque Immunitatem ſacris hominibus ac locis conlatam fuiſſe, ut omni onere, & functione publicâ levarentur. Jam *hoſtem facere*, ut vidimus, Abbates ipſi cogebantur, hoc eſt, in militiam proficiſci, quoties opus erat: de quo incommodo egi ſupra in Diſſertatione XXVI. *de Militia*. Quum verò ibi commemorata à me fuerit Caroli Magni Lex, quae finem facere viſa eſt impiae huic conſuetudini, heic addendum eſt Baluzio promulgatam videri eam Legem Anno DCCCIII. Sed, ecce Piſtorienſem Chartam teſtantem, Ilde-

Ildebertum Abbatem uſque ad Annum DCCCXII. ad expeditiones bellicas, non ſecus ac Laici, accitum atque adactum fuiſſe. Addo nunc alteram, quam authenticam vidi in Tabulario Capituli Canonicorum Mutinenſium.

Ghiſo Epiſcopus Mutinenſis terras quaſdam in emphyteuſim concedit Scholaſtico, ejuſque fratribus, Anno 811.

IN *nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Regnante* Domno Karolo *viro excellentiſſimo* Rex Francorum & Longobardorum *in Italia, anni pietatis Regni ejus in Dei nomine Tregiſimo octavo, die prima menſis Novembris, Indictione V. Petimus à vobis* Domno Ghiſone Epiſcopo *ſancte* Motinenſis Ecclefie, *ſeo & à cuncto Presbiterio ejuſdem Eccleſie, uti nobis Scolaſtici, Johanni, & Petroni germanis, filiis quondam Faroaldi, nec non Stavelini filio quondam Aſteri, & Urſuni filio quondam Armati, & univerſorum heredum noſtrorum maſculini tantumodo, per enfiteotecario jure concedere dignetis de caſa Florentiaca, & de fundo Adventiaticus, ſorte nobis conpitente in integro, quas nobis de inter fratres & conſortes noſtros pertinent, una cum locis, terris, campis, pratis, vineis, ſilvis, ſalectis, ſtalariis, vel cum omni jure ſuper ſe abente; ſimul etiam & concedere nobis dignetis in fundo Macinario de uncias octo, ſorte nobis compitente in integro, quas nobis de inter fratres & conſortes noſtros pertinent, una cum caſis, terris, campis, pratis, vineis, ſilvis, ſalectis, ſtalariis, vel cum omnibus ſuper ſe habente. Quas conſtitutas caſalias in Salicto Maſſa Salarienſi terreturio Motinenſis jure ſupraſcripte ſancte veſtre Motinenſis Eccleſie, quod eſt inter adfinis ab uno latere dè Caſa Florentiatica, & de fundo Aventiatico da mane parte caſalium Meleto, & da ſera caſali Quinquagenario, da meridie, & de ſubtus Palude Cuſſente, & inter adfines de fundo Macinario ad duobus lateribus caſale Capriliano & Tientolas, & à tertio latere loco, qui dicitur Salario, ad quarto verò latere ad fine fluvio Muclena, ut ſupra diximus, inter iſtas deſignatas fines, ſortes nobis compitente in integro, dum nos ſupraſcriptis Scolaſtico, Johanni, & Petro germanis, Stavelis, & Urſo, & univerſorum heredum noſtrorum maſculini tantumodo divina gratia in hac luce juſſerit conſervare vita, concedere nobis dignetis abendum, tenendum, cultandum, paſtenandum, & fines defenſandum, & in omnibus meliorandum ex noſtris propriis expenſis ſeo laboribus, & nichil nobis, actoribuſque ſancte veſtre Motinenſis Eccleſie inferius adfixa penſione reportare debeamus, preſtante quoque nobis ſupraſcriptis indeſinenter ſecundum pagina petitionis noſtre, penſione omni Martio Menſe inferre debeamus in Archivo ſancte veſtre Motinenſis Eccleſie pro ſupraſcripta portiones in integro, qualiter ſuperius legitur in auro vel argento, Mancuſo uno tantùm, nullamque tardietate aut neclectum tam ad inferenda ſupraſcripta penſione, quàmque & meliorare & fines defenſare ſuperius dictas portiones, facere debeamus; ſed & nec aliquando adverſus ſanctam veſtram benefactricem noſtram Motinenſem Eccleſiam, contra juſtitia tractare aut agere, niſi cauſa noſtra contigerit pro*

juſti tia

juſtitia tantumodo ventilare debeamus. Et vobis Domno Ghiſoni Epiſcopo, tuiſque Succeſſoribus, ſi Regalis juſſio advenerit de oſte, vel de ponte, nos vobiſcum, vel cum Miſſis veſtris ad ejus ſervitio faciendo parati eſſe debeamus. Et ſi menime fecerimus tam nos ſupraſcriptis, vel univerſis heredibus noſtris de hec omnia, qualiter ſuperius legitur, tunc licentia ſit vobis Domno Ghiſoni Epiſcopo, tuiſque Succeſſoribus, adque Miſſis veſtris, per vos ipſos nos diſtringere & pignerare ſine publica auctoritate. *Quod ſi in aliqua tardietate aut neclectu vel controverſia inventi fuerimus extra agere de ea, que ſuperius adfixis conditionibus, tunc non ſolum de hoc Preceptum recadere, verùm etiam exacta à nobis pena, que in noſtra petitione adfixa eſt. Et ſi non perſolverimus multotiens dicta pena infra biennium, ut Leges cenſeunt, tunc licentia ſit actoribus ſancte veſtre Motinenſis Eccleſie, nos exinde expellere, & qualiter previderit, ordinare. Set & poſt tranſitum noſtrum, cui ſupra Scholaſtici, Johannis, Petroni germanis, ſeo & Staveleni & Urſuni, & univerſorum heredum noſtrorum maſculini, quando Domino placuerit, ipſas noſtras portiones cum omnibus ad ſe pertinentibus cultas, defenſatas, reſtauratas, melioratas, & quidquid in ibidem ad nos addetum, melioratumque fuerit, ad jus dominiumque ſancte veſtre Motinenſis Eccleſie revertatur, cujus eſt proprietas. Promittens preterea, nullis temporibus vite noſtre ſupraſcriptis Scolaſtici, Johanni, Petroni germanis, ſeo Stavelini & Urſuni, vel univerſorum heredum noſtrorum, textis hujus Cartule petitionis noſtre violare, ſet inviolabiliter modis omnibus conſervare nos in hujus convenientie petitionis noſtre Cartula, ut ſuperius promiſimus, minus * nemdaturi nos promitimus pene nomine in auro uncias duas: ſet & poſt pene ſolutionis manente in hanc cartula petitionis in ſua nihilominus firmitate, ſicut ſuperius legitur, abſque ullum dolum, vim, metum, circumſcriptionem cenſante. Raginaldus Clericus & Notarius ſancte Motinenſis Eccleſie ſcrivere rogavimus, in qua & nos ſupraſcripti Scolaſtico, Johanne, & Petro germanis, ſeo Stavile & Urſo ſubter manibus noſtris ſubſcripſimus, & ſignum ſancte Crucis fecimus, & teſtibus ad nos rogitis obtulimus roboranda.*

Acto Die, Regni, & Indictione ſupraſcripta feliciter.

Signum ✠ manus Scolaſtici, qui hanc Cartula petitionis fieri rogavit.

Ego qui ſupra Johannes in ach Cartula peticionis ad me facta manus mea ſubſcripſit.

Signum ✠ manus Petroni germano ſupraſcripti Scolaſtici & Johannis, qui hanc Cartula petitionis fieri rogavit.

Signum ✠ manus ſupraſcripti Stavelini, qui hanc cartulam petitionis fieri rogavit.

Signum ✠ manus Urſuni, qui hanc cartulam petitionis fieri rogavit.

Animadverte, Carolum Magnum Auguſtum titulo Imperatoris minime donari: quod & in aliis nonnullis tabulis factum invenies. En igitur quid Anno Chriſti DCCCXI. polliciti ſint ii Emphyteutae: *Si Regalis juſſio advenerit de oſte, vel de ponte, nos vobiſcum* (ergo Epiſcopus, niſi juſtâ excuſatione ſeſe ſubtrahebat, cogebatur & ipſe exercitum ſequi) *vel cum Miſſis veſtris, ad ejus ſervitio faciendo parati eſſe debeamus.* Reliquum ergo eſt, ut aut Lex illa Caroli inter commenta ſit referenda, aut paucos dies viguerit. Et praecipue quum ejuſmodi immunitatem à militia

militia Clero minime obſervatam fuiſſe, in eadem Diſſertatione XXVI. animadverterim. Praeterea, uti erudite Thomaſſinus jamdiu oſtendit, Part. III. Lib. prim. Cap. 38. de Beneficiis, Epiſcopi & Abbates fere omnes, immo & Clerici reliqui *Dona annualia*, ac praeſertim neceſſitatibus Regni poſcentibus, Regi offerebant. *Dona*, inquies: at ego adjicio *Dona* imperata, & quae omittere piaculum fuit, & quae Hincmarus *tributis* ac *vectigalibus* comparare non dubitat. Eorumque uſus ex Gallia nunquam poſtea excidit. Vide etiam Du-Cangium ad vocem *Donum*. Ejuſmodi verò Dona duplicis, ut arbitror, generis fuere. Reges enim, prout temporum felicitas aut infelicitas exigebat, majora minorave tributa ſub *Doni* appellatione à Clero quoque extorquebant. Rurſus & alia fuere, quae quotannis obſequii cauſsâ Regi offerebantur. Voluntaria videbantur, ſed ita tamen, ut ab eis offerendis abſtinere nemo ſibi liberum tutumque duceret. Haec praecipue peragebantur oblatione unius aut plurium *Equorum*, *Lanceae*, *Scuti &c.* atque annis ſingulis eadem praeſtare conſuetudo fuit; quare *Dona annualia* appellata ſunt. Ludovicus II. Auguſtus in Capitulari à me addito Legibus Langobardicis Part. I. Tomi I. pag. 159. Rer. Italicarum, inquirendum jubet, unde, *vel quae Dona annualia, aut Tributa publica exigi debeant*. In Capitulari V. Caroli Magni Anni DCCCIII. Cap. 20. apud Baluzium legimus: Ut quicumque *in Dona Regia Caballos praeſentaverit, in unumquemque ſuum nomen ſcriptum habeat*. Ita in Privilegio Aldrici Archiepiſcopi Senonenſis pro Cella Sancti Remigii, ut eſt apud Du-Cangium, haec habentur: *Epiſcopus quoque exigendis muneribus Abbatem ejuſdem loci non gravet. Sed ſufficiat ei ad annua Dona Equus unus, & Scutum cum Lancea*. Non Regi, ſed Archiepiſcopo *Dona* illa *annua* erant offerenda. Regibus tamen ab ipſo Clero perſolutum fuiſſe ejuſmodi tributarium Donum, Diploma oſtendet, quod ad me miſit nobilis olim vir Octavius Angelus de Abramo, Primatialis Piſanae Canonicus. An editum hactenus fuerit, nondum deprehendere potui. Spectat ad celeberrimum Sancti Galli Monaſterium in Alamannia ſitum. Mabillonius ſane Privilegii hujus nullam mentionem reliquit in Annalibus Benedictinis.

Privilegium immunitatis & libertatis à Ludovico I. Germaniae Rege conceſſum Monaſterio Sancti Galli, ejuſque Abbati Grimaldo, Archicapellano ſuo, Anno Chriſti 854.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis*. Ludovicus *divina favente gratia* Rex. *Si erga loca divinis cultibus mancipata, propter amorem Dei, eorumque in eiſdem locis ſibi famulantibus, beneficia opportuna largimur, propter ea nos apud Deum in eterna beatitudine pervenire confidimus. Quapropter utilitas atque induſtria comperiat omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum, quia vir venerabilis* Grimaldus Archicapellanus noſter, ac Abba Monaſterii Sancti Galli *Confeſſoris Chriſti, quod eſt ſitum in Pago Turgange ſuper fluvium, qui dicitur Stamath, detulit excellentie noſtre*

ſtre quoddam Preceptum preſtantiſſimi Imperatoris & genitoris noſtri Ludovici, *in quo continebatur inſertum, quod idem Genitor cum predictum Monaſterium beati Galli cum Monachis ibidem Deo militantibus, & cum rebus atque hominibus ad ſe juſte & legaliter aſpicientibus vel pertinentibus, ſub ſua conſtituiſſet defenſione*, atque immunitatis tuitione; *& quando divina vocatione Abbas ipſius Monaſterii ab hac luce migraſſet, licentiam haberent, ſecundùm Regulam Sancti Benedicti, inter ſe eligere Abbatem, ſicut ſupra nominata conſtitutio & confirmatio predicti Auguſti & genitoris noſtri Ludovici perpetuis temporibus inconvulſa manet: prefatus Abbas precibus, quibus valuit, noſtram obſecravit clementiam, ut ſuper eamdem confirmationem, noſtram etiam jungeremus auctoritatem. Idcirco pro Dei amore, communi conſilio cum noſtris fidelibus, Epiſcopis ſcilicet, Abbatibus, atque Comitibus habito, comperimus, quod ibidem ſtatus Monachorum ſit Deo omnipotenti famulantium, Regulamque Sancti Benedicti cuſtodientium. Ideoque ejuſdem Abbatis atque Archicapellani noſtri Grimaldi petitionibus aurem accommodavimus, & hanc auctoritatem confirmationis noſtre circa ipſum Monaſterium ejuſque Rectores fieri juſſimus. Quapropter decernimus atque jubemus, ut deinceps omni tempore abſque alicujus infeſtatione aut contrarietate, Domino annuente, perpetuo inconvulſum permaneat.* Et ut nullus Judex publicus aut quilibet ſuperioris aut inferioris Reipublice Procurator, *in Eccleſias aut loca, Villas vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Monaſterii, quas moderno tempore infra Regnum divinitus nobis collatum juſte & rationabiliter poſſidet, vel que deinceps divina pietas ibidem augere voluerit*, ad cauſas judiciario A more agendas, vel Freda exigenda, aut Manſiones vel Paratas faciendas, aut Fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam Ingenuos quàm & Servos, ſuper terram ipſius commanentes, irrationabiliter diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi B audeat, vel ea quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere preſumat. *Et liceat memorato Abbati, ſuiſque Succeſſoribus, res predicti Monaſterii cum omnibus ſibi ſubjectis, & rebus vel hominibus ad ſe juſte aſpicientibus vel pertinentibus*, ſub tuitionis atque immunitatis noſtre defenſione, *remotâ totius judiciarie poteſtatis inquietudine,* C *quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter obedire imperio: Et quandoquidem divina vocatione ſupradictus Abbas, vel Succeſſores ejus obierunt, quandiu ipſi Monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui in ipſam Congregationem, ſecundùm Regulam Sancti Benedicti regere valeant, per hanc noſtram auctoritatem atque conſenſum, &* D *ſecundùm quod in auctoritate Genitoris noſtri continetur, licentiam habeant eligendi Abbatem, quatenus Monachi ibidem Deo famulantes, pro nobis & ſtabilitate Regni noſtri, Domini miſericordiam jugiter exorare valeant.* Statuimus etiam, ut annuatim inde Dona noſtre Serenitati veniant, ſicut de ceteris Monaſteriis; ideſt Caballi E duo cum Scutis & Lanceis. *Hec verò auctoritas ut per diuturna tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.*

Actum XI. Kalendas Auguſti, Anno Chriſto propitio XXI. Regni Domini Ludovici glorioſiſſimi Regis in Orientali Francia, Indictione II.

Actum Ulmæ, Palatio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Animadverte verba illa : *Statuimus etiam, ut annuatim inde Dona noſtrae Serenitati veniant, Sicut de Ceteris Monaſteriis*, *ideſt Caballi duo cum Scutis & Lanceis*. Inquit ille : *ſicut de ceteris Monaſteriis*. Ergo uſitatum fuit, ut quiſque Abbas quotannis Re-
A gi *Dona* offerret, eaque erant *Equi duo cum Scutis, & Lanceis*. Adtexere heic juvat alia duo Diplomata ad idem nobiliſſimum Monaſterium Sancti Galli pertinentia, ut ſi forte luce careant (quod mihi ignotum eſt) eam curâ meâ accipiant. Ne horum quidem veſtigium deprehendi in Annalib. Benedictinis Mabillonii, neque apud Goldaſtum.

Privilegium Immunitatis & Libertatis conceſſum Monaſterio Sancti Galli à Ludovico Imperatore, Anno........

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni* Ludovicus *gratia Dei* Imperator Auguſtus. *Omnibus fidelibus Sancte Dei Eccleſie, noſtris, preſentibus ſcilicet & futuris, notum ſit, quia* Salamanus *dilectus* Vaſſus noſter, Abbas Monaſterii Sancti Galli, *quod eſt conſtructum in honore Sancte Marie Dei Genitricis, petiit clementiam noſtram, quatenus eamdem Abbatiam pro amore Dei omnipotentis cum omnibus pertinentiis ſuis & adjacentiis*, ſub noſtre emunitatis defenſione *dignaremur ſuſcipere. Cui petitioni libenter aſſenſum prebuimus, & noſtre auctoritatis Preceptum erga prefatam Abbatiam ejuſque Rectores fieri decrevimus. Per quod precipimus atque jubemus*, ut nullus Judex Publicus, vel quelibet ex judiciaria poteſtate in Eccleſias, aut Villas, Loca, vel agros, & in reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in ditione Imperii noſtri juſte & legaliter poſſidet, vel que deinceps in jure ipſius Eccleſie voluerit divina pietas augeri, ad cauſas agendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſie diſtrigendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones re-
B quirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, que memorata ſunt, penitus exigere preſumat. *Sed liceat memorato Abbati, ſuiſque Succeſſoribus vel predicte Eccleſie*, cum omnibus fredis conceſſis, *ſicut in Precepto Domini & Genitoris noſtri continetur, quieto ordine poſſidere, & noſtro ſervitio fideliter parere in perpe-
C tuo*. Et quidquid exinde Fiſcus noſter eximere poterit, totum in utilitatem ipſius Eccleſie ut ſubſidium pauperum & ſtipendia ſuorum, ibidem Deo famulantium conceſſimus, ut in perpetuum ibidem proficiat in aucmentum. *Cunctos verò Ebutarios vel Conſules, qui res ſuas tradiderunt eidem Eccleſie, vel antea traditari ſunt
D in perpetuo ſuo defenſione ejuſdem Eccleſie per hanc noſtram auctoritatem conſiſtant. Sanctimonie Comes, vel juniores ſui nullam habeant poteſtatem, qua diſtringere ſe liceat predicto Abbati, quatenus predictus Abbas cum Congregatione, de rebus vel hominibus Eccleſie ſue ſubjectis, quiete vitam degens una cum Clero & Populo ſibi ſubjecto, preſens
E vel............ conjuge.......... noſtra vel pro ſtabilitate totius Imperii a Deo nobis collati, & ejus clementiſſimâ miſeratione perimmenſâ conſervandi, jugiter*

giter Domini miſericordiam exorare delectat. Si quis autem hanc noſtram auctoritatem violare preſumpſerit, noverit ſe pena damnandum ad partem predicte Eccleſie immunitatem, quam ceteris Eccleſiis conceſſam habemus: *hoc eſt triginta Libris argenti. Ut autem hec noſtra auctoritas ab omnibus verius credatur, de annulo noſtro ſubtus juſſimus ſigillari.*

Datum Pridie Nonas Martii, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Ludovici ſereniſſimi Auguſti XI. Indictione XIV.

Actum Mantua Civitate, Palatio Regio, in Dei nomine. Amen.

Multa huc ex Librariorum incuriâ irrepſerunt, quae mihi tenebras nimias offundunt. Cui ex Ludovicis Auguſtis tribuendum ſit Diploma, equidem decernere non auſim. In antiquis Sangallenſis Monaſterii Hiſtoriis a Goldaſto editis, unus *Salomon* ejus Coenobii *Abbas* mihi occurrit, qui poſtea Epiſcopatum Conſtantiae cum Abbatia cunjunxit. Quamquam heic *Salamanus* dicatur, non alium tamen, quam *Salomonem* illum, deſignatum cenſeo. At ille poſt Ludovicum Pium, & Ludovicum Lotharii filium Auguſtos floruit. Neque Ludovico III. Arelatenſi Regi & Auguſto locus eſſe poſſe videtur: neque enim in ejus ditione Coenobium Sancti Galli ſitum fuiſſe puto. Ad haec *Mantuae actum* Diploma perſpicue dicitur. Ludovicus Pius,

A poſtquam Imperiali dignitate ornatus eſt, in Italiam minime deſcendit; atque is, uti & Secundus, formulâ uſus eſt: *Ludovicus divinâ ordinante providentiâ Imperator*, non autem *Dei gratiâ*. Ludovicus quidem II. Imperator, Mantuae Diploma dediſſe potuit, utpote qui fere ſemper in Italia verſatus eſt. Sed iſti Auguſto neB
ſcio an jus unquam fuerit in Monaſterium Sancti Galli, niſi Privilegium reſpiciat bona, quae fortaſſis & in Italia fuerint Sangallenſibus. Ac praeterea nullus eo vivente Salomon eidem Coenobio praefuit. Rurſus Ludovico III. Imperatori, recurrente Indictione XIV. & ejus imperii Anno XI. nulla in Italia neque
C mora, neq; dominatio fuit. Pro *Mantuâ* erit fortaſſe legendum *Nantuâ*. Sed quocumque ex latere volvam & revolvam monumentum iſtud, aut de ejus veritate dubitare, aut illius tenebras, quas ſuperare mihi non licet, aliorum feliciori examini dimittere cogor. Id unum animadverte, *Salamanum* Abbatem heic dici
D *Vaſſum Imperatoris:* quae verba Laicum hominem forſitan indicant, cui loco Beneficii Abbatia Sangallenſis tradita fuerit. Ille tamen non diu tantâ praedâ gaviſus eſt; quae cauſſa videri poſſit, cur is inter Abbates ſacri ejus loci non recenſeatur; & tot ambages in Diplomate iſto occurrant. Vide infra Diſſertationem
E LXXIII. *de Monaſteriis in beneficium datis*. Accedat nunc tertium Diploma

Privilegium confimationis Immunitatis & Libertatis conceſſum Monaſterio Sancti Galli à Carolo Craſſo Rege Alamanniae, Anno 878. ſeu potius 877.

I*N nomine Sancte & individue Trinitatis:* Karolus *divina favente clementia* Rex. *Si Cenobiorum Monaſteriis & Juis, & in eiſdem divine*

cultu integra mente famulantibus, anteceſſorum noſtrorum, Regum videlicet ſive Imperatorum conceſſa Privilegia noſtrâ auctoritate roboramus, nobis ad eternam remunerationem, Regnique noſtri ſtabilitatem prodeſſe confidimus. Ideoque noverit omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quod venerabilis vir Karmottus Abbas Monaſterii Sancti Galli, *detulit obtutibus noſtris anteceſſorum noſtrorum Precepta*, Avi *videlicet* noſtri Ludovici Imperatoris, *nec non & glorioſiſſimi* Genitoris noſtri Ludovici Regis, *in quibus continebatur, qualiter iidem ſupradicti Francorum Principes eidem Monaſterio Sancti Galli, Fratribuſque ibidem Domino famulantibus, auctoritatis illorum largitate conceſſerant*, ut nullus publicus Judex, aut quelibet ſuperioris aut inferioris ordinis perſona, in Eccleſiis, ſive Villis, aut locis, vel agris ejuſdem Monaſterii, ad cauſas audiendas, vel Freda exigenda, aut manſiones, ſive paratas faciendas, exigere preſumat: nec homines tam ingenuos quàm & ſervos, ſuper terra ejuſdem Monaſterii commanentes per vim diſtringere, aut irrationabiliter audeant inquietare. *Et quicumque Abbas illius Monaſterii divina vocatione ex hac luce migrarit, habeant poteſtatem inter ſe eligendi Abbatem, quandiu inter illos tunc inveniri poterit, qui illud propoſitum ſecundùm Regulam Sancti Benedicti bene regere & ordinare prevaleat. Nos quoque ejuſdem Abbatis poſtulatione provocati, hec omnia noſtrâ auctoritate firmiſſime roboramus, ut deinceps quidquid huic comprehenſum eſt noſtro firmitatis Precepto, quod propria manu firmavimus, & anulo noſtro conſtat eſſe ſigillatum, firmum & ſtabile permaneat, noſtrâ firmiſſimâ auctoritate abſolutum.*

Datum XII. Kalendas Septembris, Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXVIII. Indictione X. Anno verò Regis Caroli I. Regni illius.............

Et heic quidem errores aliquot offendimus, ſed facile detergendos. Qui *Karmottus* in Charta appellatur, *Harmotus* ab aliis dicitur, ac revera floruit iiſdem temporibus. Corrigendus quoque Annus, & ſcribendum *Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXVII.*, quo *Annus Primus* Caroli Craſſi Regis numerabatur; uti & *Indictio Decima*. Verùm è diverticulo tandem in viam regrediamur. Praeter onera, quae hactenus memoravi, Epiſcopi, & Abbates, Regibus, eorumque Miſſis, atque Officialibus hoſpitium & victum conferre jubebantur, quoties ad eorum aedes ac Monaſteria divertebant. Ejuſmodi onus *paratam* nuper vidimus appellari. *Manſionem* quoque *Manſionaticum*, & *Metatum &c.* vocare mos fuit. Propterea diligentiſſime in Italia curabant Epiſcopi & Abbates, ut quum Privilegia expoſcebant, graviſſimo iſto incommodo exonerarentur, diſertiſque verbis immunitatem ab eo Diplomata Regum atque Auguſtorum ſonarent. Innumera ſunt, quae ejuſmodi Immunitatis mentionem faciunt. Ego duo tantùm adferam. Primum ex antiquiſſimo Ticinenſi Coenobio ſacrarum Virginum Senatoris, ubi pervetuſtum apographum oculis meis oblatum eſt. Alterum in inſigni Tabulario Capituli Canonicorum Regienſium archetypum adſervatur.

Beren-

Berengarii II. & Adelberti Italiae Regum Dioloma, quo omnia jura ac Privilegia confirmantur Monaſterio Monialium Ticinenſium Sanctae Mariae, cui cognomentum Senatoris, Anno 951.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni.* Berengarius & Adalbertus *gratiâ Dei* Reges. *Regali convenit excellentiae, ut Eccleſia Sanctimonialium feminarum utilitatibus benignitatis noſtrae munere fruatur, quia ſi talibus ſemper ſtudeat negotiis, procul dubio & temporalem exigit mercedem, & aeternam vitam felicius obtinebit. Idcirco omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet & futurorum providentia noverit, quod* Mengarda *venerabilis* Abbatiſſa de Cenobio Senatoris, *quod eſt conſtitutum in honore beatiſſimae Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariae, una cum ipſa Congregatione ibidem Deo famulante, per Legatos ſuos obtutibus noſtris obtulerit recolendae memoriae* Lotharii Auguſti, Ludovici *quoque* .... Imperatoris, *ſeu &* Caroli Magni Regis, & Berengarii *excellentiſſimi* Imperatoris, Hugonis *quoque atque* Lotharii *ſacratiſſimorum* Regum *Praecepta, in quibus continebatur, qualiter praedictum Monaſterium conſtructum infra moenia Civitatis Papiae, cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, ac familiis ibidem pertinentibus,* ſub ſua receperunt immunitatis tuitione, *atque omni remotâ inquietudine ſemper ſecure manere conceſſerunt, petentes humili prece, ut quod ipſi à longe poſiti pie fecerunt, nos praeſentialiter pro aeterna remuneratione ad ipſum Coenobium augmentare ſtuderemus. Quorum precibus ob divini cultus amorem, & virtutem Congregationis, ſanctimoniae augmentum & quietudinem, libentiſſime annuentes,* A *praedictum Monaſterium cum omnibus hominibus & rebus ad ſe pertinentibus vel aſpicientibus, ſub noſtra ſuſcepimus defenſione, &* immunitatis tuitione. *Praecipientes ergo jubemus, ut nullus Judex publicus, vel quipiam ex judiciaria poteſtate, vel alia quaelibet perſona in praefato Monaſterio, ſeu in rebus vel poſſeſſionibus, quas moderno* B *vel priſco tempore tam per donationes Regum Reginarumque, vel ceterorum ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, quamque per judicia legaliter advindicata, in quolibet territorio infra ditionem Regni noſtri poſſideat, vel etiam deinceps in jure ipſius Sancti Loci voluerit divina pietas augeri,* ad cauſas audiendas, vel freda exigenda. aut in Manſiones C ejuſdem Monaſterii introëundum, vel Paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, vel alia volentes, aut ripaticum exigendum, ſeu homines ipſius Coenobii tam ingenuos quàm ſervos diſtrahendos, vel ullas publicas querimonias aut compoſitiones ullatenus requirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel D ea, quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere preſumat. *Sed liceat jam dictae Dei famulae Mengardae Abbatiſſae una cum ſuis ſucceſſoribus praefatum Monaſterium cum omnibus rebus ibidem aſpicientibus,* ſub tuitionis atque immunitatis noſtrae defenſione, *remota totius poteſtatis inquietudine, convicto ordine poſſidere; ſimul-* E *que Romanae Urbis Pontificum Privilegia inconcuſſo jure perſiſtere: ſcilicet ut in praedicto Coenobio nullus quoquam tempore Praeſul nec Miſſarum celebrare*

ſolemnia, nec quaelibet ſibi in eo vendicare, niſi ab ejuſdem Loci Abbatiſſa invitatus advenerit, temere audeat, nunc & futuris temporibus dictione Regia ſancimus.

Inſuper etiam confirmamus eidem ſancto Loco, quietiſſimo jure poſſidere ſub eadem immunitate *in primis Eccleſias & caſas & hortos infra Ticinenſem Civitatem, & de foris; reliquas quoque res inde pertinentes, infra Regnum noſtrum conjacentes, videlicet Curtem, quae vocatur Prolectia cum Alpedella Muſca, & cum omni reliqua integritate ſua cum Piſcheria & Portu; Curtem .... neſci, quae eſt ſuper Lacum Cumacinum cum omni ſua integritate: Curtem Madina cum omni ſua integritate & ſuo obſequio, quod numquam ad partem publicam facere conſuevit, vel ibi facere viſa eſt: Curtem Canaveſe cum Caſtro, quod dicitur Ripa Rupata, & cum omni ſua pertinentia, ita ut de ipſo Caſtro teloneum nullus exigat, nec diſticam aliqua publica poteſtas ibi faciat, ſed tantùm Miniſtrialis, vel Miſſi ipſius Abbatiſſae, quae ibi modò eſt, vel pro tempore fuerit: Curtes Caſale & Sale cum Sanctuario & Caſtro, quod dicitur Viqueria, cum omnibus illarùm pertinentiis, teloneis etiam vel diſtrictis: Curtem Sarmundas cum Semenia & Puteoſalſo, & cum omnibus eorum integritatibus: Cortem Romeli, quae dicitur Maſſa Damiani, cum omnibus ſuis pertinentiis: Curtem Villae, quae dicitur Pampaniana, cum omni ſua pertinentia, aldionibus & aldiabus: Curtem Cadenna in finibus Veronenſis cum omni ſua pertinentia; adeo ut praeſcriptas res cum omnibus ſuis integritatibus & pertinentiis praeſcripta Abbatiſſa, Succeſſoreſque ejus, quae per tempora fuerint, teneant, & ſecundùm loci utilitatem ſpectet, & ſpecialiter*

A *naves & porta & quae neceſſaria ſunt, per Lacum Luanas p.aeſtative, & abſque ulla inquietudine vel detentione vel ulla publica exactione vel nabullo, diſcurrere vel exigere liceat, & ubicumque utilitas dictaverit in Portu Cumacio, vel ipſius Laci ripariis, ubicumque neceſſitas fuerit, figere abſque abdictu ac conſiſtere quopiam tempore.*

B *Confirmamus etiam & concedimus in praedicto Coenobio* ſub eadem noſtrae immunitatis tuitione, *ad incidendum omnia ligna in Silva noſtra Carbonaria, & in Gajo noſtro ſimiliter ad tollendas arbores, ubicumque illis aliqua opportunitas aut neceſſitas fuerit. Nec non etiam confirmamus ad ipſum Monaſterium duo Vada ad piſcandum in*

C *flumine Padi, unum ibi dicitur Acceri de fine Caputlactis uſque in fluvium Corionae, ſimul cum ripariis, alterum verò in Callendaſce de fine Caput-ſtaridis, uſque in Caput-homines de ſubtus, una cum ripariis, ex quibus pars ejuſdem Monaſterii Anteceſſorum noſtrorum firmitatem habere videtur. Si quis verò noſtris aut futuris temporibus con-*

D *tra hoc noſtrae firmitatis Praeceptum ire, & in rebus jam dicti Monaſterii aliquas violentias quolibet modo inferre preſumpſerit, noverit, ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ad partem jam dicti Monaſterii. De eligendis quoque in eodem Monaſterio Abbatiſſis juxta normam ſanctae Regulae,*

E *vel quemadmodum à Praedeceſſoribus noſtris inibi conceſſum eſt, ita ſancimus, ut omni tempore abſque ullius controverſia ex proprio ſuae Congregationis ſinu, cum neceſſitas poſtulaverit, eam quam dignam repererint, licentiam eligendi ac ordinandi habeant Abbatiſſam. Et ut haec noſtrae largitatis conceſſio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem hoc idem Praeceptum propriis*

priis

priis manibus confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Signum Domnorum..... (*)..... Berengarii & Adalberti ſereniſſimorum Regum.

Hubertus Cancellarius ad vicem Brunici Epiſcopi & Archicancellarii cognovi.

Data X. Kalendas Octobris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLI. Regni verò Domnorum Berengarii & Adalberti Regum Primo, Indictione X.


Actum Papiae feliciter in Dei nomine. Amen.

Ottonis I. Imperatoris Diploma, quo Canonicis Regienſis Eccleſiae omnia illorum jura ac bona confirmat, Anno *963*.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Otto *divina favente clementia* Imperator Auguſtus. *Omnibus fidelibus, ſanctae Dei Eccleſiae, noſtriſque, preſentibus ſcilicet ac futuris, notum fiat, qualiter* Hermenaldus *venerabilis ſanctae* Regienſis Eccleſiae Epiſcopus *optulit nobis Precepta divae memoriae noſtrorum Anteceſſorum Regum ſeu Imperatorum, in quibus continebatur, qualiter illorum roboratione Canonicam ejuſdem Eccleſiae, quam* Sigefredus *loci* Antiſtes *ad uſum Canonicorum ibidem Deo militantium divina inſpiratione reformaſſet; poſtulans, ut & nos pro divinae remunerationis premio, plenius id confirmaremus. Cujus petitioni libenter adſencientes, per hoc noſtrae renovationis Preceptum fieri juſſimus, per quod decernimus atque ſancimus, ut omnes res, quas prefatus Sigefredus de ſuis uſibus ad utiliorem ſervorum Dei uſum tranſtulit, & parti Canonicae, quam ipſe a fundamentis conſtruxit cum pleniſſima integritate; nec non & reliquas ab* Azone, Petro, & Adalardo ipſius *ſanctae* Sedis Epiſcopis, *a ceteriſque Preſulibus per aliquam conſcriptionis paginam eidem Canonicae jure conceſſa eſſe videntur; verùm etiam ceteras res, quas a bonis hominibus prenominatae Canonicae inlata fore noſcuntur. Haec ſunt Prinianum, Maſſa, Campilia, Villa cum ſuis pertinentiis, Octabiano, Caſalicto, Caſale qui vocatur Auguſti, Verniano, & Cadriniano, Ripalta quoque, & Plebe Nuvelare, & Canole, Mandrie, in ipſoque loco campum, qui dicitur Centum Juges cum ſuis pertinentiis: in Argene Manſos duos, Rivum Frigidum; & omnes res, quas a* Bertoldo Comite, *& a Ratberto filio ejus, & a Bertila genitrice ipſius, & ab Amemperto Presbitero, ideſt Petrum unum, qui dicitur Foſſato, cum theloneo & piſcacionibus: in Corviatico Maſſariciam unam: in Nuvelare Maſſariciam unam: in Canole modia tres: in Villa Fontana Maſſariciam unam: in loco, qui dicitur Sancti Dalmacii Maſſariciam unam: in Suſtiliore Maſſariciam unam: in Villa, quae dicitur Fazano, Maſſariciam unam: in Villa Sableta modia tres: in Campo, qui nominatur Galliani, juges ſexaginta: Pradetidulo, ſeu in Magreda, & in Montirone Caſtellum unum cum aliquanta terra, & in Toſſedunde, vel ubicumque per loca; ſeu illas res, quas a* Litgarda Comitiſſa, *& a* Wifredo Comite *filio ejus, ideſt domno* (**) *cultille & Maſſariciis in Comitatu Motinenſis, in locis, qui nuncupatur Inſula, Pulianello, Serra Apuliana,*

(*) Monogrammata Regia in apographo deſiderantur.
(**) *ſcribendum* domo cultile.

A *liana, Monte Paſarario, altero Monte, qui dicitur Calvo, & in loco, qui dicitur Sancta Maria, ſeu Buida & in Foliano eidem Canonice admiſſae ſunt. Et cuncta, quaecumque a devotis largitoribus inibi Deo favente oblata fuerint per hanc noſtram Imperialem inſtitutionem, & inviolabilem corroborationem in eadem Canonica abſque* B *alicujus retractione ſtabilita permaneant, ſed juſte & legaliter ſecundùm hoc noſtrum Preceptum & renovationis edictum, atque predicti venerabilis* **Pontificis Ermenaldi**, *Succeſſorumque ſuorum ordinationem, ab ipſis Canonicis poteſtative ſint poſſeſſa, perpetuiſque temporibus maneant inconvulſa. Nulluſque .... Comes, aut Vicecomes,* C *vel Vicarius, aut Sculdaſſio, vel Miſſus diſcurrens, neque Miniſter Reipublicae, aut quislibet homo, magna parvaque perſona in Clericis ejuſdem Canonicae, aut in ipſa Canonica, vel rebus ipſius Canonicae, ſeu in proprietatibus vel domibus aut familiis utriuſque ſexus, ſeu commenditis, vel ſedaneis ipſorum Canonicorum, aliquam violenciam,* D *aut contrarietatem, aut rerum diminutionem, vel rerum invaſionem, aut familiarum ſubtractionem inferre preſumat; nulluſque eos eorumque homines liberos, aut ſervos per publica Placita ventilet.* Et nullus ab eis, aut ab eorum hominibus liberis aut ſervis teloneum, neque ripaticum, aut Donaria, aut ullas publicas redibitiones exquirat, aut Manſionatica in omnibus eorum terminis accipiat.............. publicâ exactione immunes tam ipſi, quàm omnes eorum homines liberi & ſervi libellarii atque felcarii: *ſed liceat jam dictis Canonicis, eorumque Succeſſoribus imperpetuum.............. maſſariciis omni tempore ſub tuicionis noſtrae munimine quietè & pacifice, remotâ tocius poteſtatis inquietudine, permanere ac pro nobis, noſtriſque.............. jugiter deprecare. Si quis autem temerarius contra hoc noſtrae confirmationis, conceſſionis, ac tuicionis Preceptum quandoque inſurgere temptaverit............ ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem parti ejuſdem Canonice. Et ut haec noſtrae auctoritatis.............. credatur, diligentiuſque obſervetur, manu propria ſubter confirmavimus, & de anulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum Domini Ottonis Magni  *& invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Liutgerius Cancellarius ad vicem Domni Widonis Epiſcopi & Archicancellarii ſubſcripſi.

Data V. Kalendas Julii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXIII. Indictione VI. Anno verò Imperii Magni Ottonis Imperatoris Auguſti II.

Actum in Monte Feretri ad Petram Sancti Leonis.

Ad haec vulgatiſſimum eſt in ve- E tuſtis Imperatorum & Regum tabulis, interdictum fuiſſe Comitibus, & aliis Reipublicae Miniſtris, ditionem ſuam

ſuam exercere in Cleri utriuſque agros & homines. Exemplo tamen erit hoc in loco Charta, ad antiquiſſimum Novalicienſe Monaſterium ſpectans, A cujus me compotem fecit Excellentiſſimus Taurinenſis Senatus Praeſes Comes Ludovicus Caiſſottus.

Immunitatum confirmatio facta Frodoëno Abbati Novalicienſi à Carolo Magno Francorum Rege, Anno Chr. 773.

CArolus *gratia Dei* Rex Francorum, *Vir illuſtris, hominibus fidelibus noſtris. Cognoſcatis: maximum Regni noſtri augere credimus monumentum, ſi beneficia opportuna locis ſanctorum ad quietem Monachorum benivola deliberatione concedimus, ac Domino protegente ſtabilitatem noſtri in Dei nomen pertinere confidimus. Igitur noverit ſolertia veſtra, quia venerabilis vir* Frodcënus Abba *nobis ſuggeſſit, eo quod* Monaſteriolo *in honore beatorum germanorum Apoſtolorum Petri & Andrei, vel ceterorum Sanctorum, quem* Abbo *quondam viſus fuit edificaſſe in loco nuncupante* Novalicis in Valle Sigoſina, *& ibidem congregatione Monachorum ſub ſancta Regula Sancti Benedicti, ſeu ceterorum Sanctorum Patrum degentibus ſub Cinobitali ordine conlocaſſet, ubi preſenti tempore venerabilis vir* Frodcënus Abba *praeeſſe videtur: & nos totidem pro aeternam retributionem beneficium ad ipſo ſancto loco viſi fuimus indulſiſſe, ut in loca vel Curtis ipſius Monaſterii, quem jam dictus Abbo quondam, vel à quibuslibet hominibus Deo timentibus ibidem fuit conlatum, aut in antea ad ipſum ſanctum locum voluerit pietas divina amplificare, nullus Judex publicus ad cauſas audiendum, aut freda undique exactandum, quoquo tempore non praeſumat ingredere: ſed hoc Abba de ipſo Monaſterio una cum Congregatione propter nomen Domini & reverentia Sanctorum ſub integra emunitate valeat dominare. Statuentes ergo,* B *ut neque vos, neque Juniores, aut Succeſſoreſque veſtri, nec nulla publica Judiciaria Poteſtas quoquo tempore in loco vel Curtis tam in ipſa Valle Siguſina, quàm Brientina, Aquenſe, ſeu Aquinari, Manuate, uti in Burgundia, aut ubicumque in Regno noſtro ipſius Monaſterii, aut noſtris, ſeu & privatorum largitatis munere, aut quod in* C *antea de cujuſcumque hominibus fuerit additum vel conlatum, ad audiendas altercationes ingredere, aut freda de quacumque libet cauſa vel hominibus, qui ad ipſa Caſa aſpicere videtur, exigere, nec manſiones, aut paratas, nec fidejuſſores tollendum, ſed quidquid exinde aut de ingenuis vel de ſervitutibus publicis, ceteriſquecumque rationibus,* D *quae ſunt infra locis, vel Curtis, ſeu terminis ipſorum praedicti Monachi commanentes, vel ibidem aſpicientes, vel in antea, auxiliante Domino, augumentare, aut atrahere potuerat Fiſcus, aut de freda, vel functionibus undiquecumque potuerat ſperare, ex noſtra indulgentia pro futura ſalute in luminaribus ipſius Monaſterii per manus agentium* E *ipſorum proficiat in perpetuum: & quod nos propter ſanctum nomen Domini, & reverentiâ ipſius ſancti loci, vel pro animae noſtrae remedium, ſeu noſtra ſubſequenti progenie, plenâ devotione indulſiſſe, nec Regalis ſublimitas, nec cujuslibet Judicibus cupiditas refragare tenet. Et ut praeſens auctoritas tam praeſentibus quàm futuris temporibus inviolata, adjuvante Domino, permaneat,*

maneat, manus noſtrae propriae ſignavimus, & de annulo noſtro ſigillavimus.

Signum (✠) *Caroli glorioſiſſimi Regis.*

Teſius recognovi & ſubſcripſi.

Data VIII. Kalendas Aprilis, Anno Quinto Regni noſtri.

Actum Cariſiaco, Palatio publico, in Dei nomine.

Attamen praetereundum non eſt, ut ut in Diplomatis ſaepenumero eximantur Deo militantes, immo & eorum Servi & Coloni, à jurisdictione Comitum, aliorumque Reipublicae Miniſtrorum, attamen à judicio Regiorum Miſſorum, ipſorumque Regum & Auguſtorum non fuiſſe reipſa immunes. Quum tot tabulas hujus moris teſtes in hoc ipſo opere evulgarim, & res confirmatione indigere neutiquam videatur, id unum oſtendam, diu perduraſſe ejuſmodi conſuetudinem. Doctiſſimus vir Hubertus Benvoglientus Senenſis, quum vivebat, ad me miſit Diploma Henrici VI. Regis & inter Imperatores Quincti, in quo praecipitur, ne quis Monachos Sancti Salvatoris de Inſula, *praeſumat ad Placita trahere, vel diſtringere, aut judicare, niſi in noſtra Imperiali praeſentia.* En Diploma ipſum.

Henricus VI. Rex, Imperator V. Monaſterio Sancti Salvatoris de Inſula, ejuſque Abbati Hugoni Privilegia confirmat, Anno 1191.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus Sextus Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. *Noverit omnium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum fidelium ſagacitatis induſtria, qualiter nos pro Dei amore & remedio anime noſtre, noſtrique Imperii ſtabilitate,* Abbatiam Sancti Salvatoris *in loco, qui vocatur* Inſula, *&* Abbatem illius loci, qui vocatur Hugo, *cum Fratribus ibi Deo ſervientibus, tam preſentibus, quàm futuris, cum omnibus ſuis pertinentiis & rebus, quas nunc legitime poſſident, vel in antea juſte acquirere potuerint, ſub noſtra Imperiali munitione ſuſcepimus. Et noſtra Imperiali auctoritate quecumque Divi Predeceſſores noſtri prefatae Abbatiae contulerunt, ſive in Caſtellis, ſive in Villis, mancipiis, terris cultis & incultis, mobilibus, & immobilibus confirmamus. Precipientes,* ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Epiſcopus, nullus Conſul alicujus Civitatis vel loci, aut aliqua perſona noſtri Imperii magna vel parva, prenominatam Abbatiam & Monachos, qui ibidem ſunt, vel fuerint, cum omnibus ſuis fidelibus hominibus, ſervis vel ancillis praeſumat ad Placita trahere, vel diſtringere, aut judicare, niſi in noſtra Imperiali preſentia. *Concedimus etiam prefato Abbati & Succeſſoribus ſuis & confirmamus Paludem, que nuncupatur Cannetum; Podium de Monte Magio, & Podium de Monte Caſtello, cum omnibus pertinentiis, appenditiis & confinibus predictorum locorum. Si quis verò hoc noſtrum ſtatutum Privilegii &c. Ad cujus rei memoriam infraſcriptos teſtes fecimus annotari,* Bonifacium Novarienſem Epiſcopum, *& Comitem Bono de Wenthem, Robertum de Durne, Arnoldum de Honenbec, Manentem de Sartiano, & alios quamplures.*

Signum

Signum manus Domni Henrici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Henricus Imperialis Aulae Protonotarius, precepto Domini Imperatoris recognovi, & ejus ſigno ſignavi.

Datum Senis in Palatio Epiſcopi Anno MCXCI. Indictione Decima, Regnante Domino Henrico glorioſo Romanorum Imperatore & ſemper Auguſto, Anno Regni ejus XXII. Imperii verò Primo.

A Ita ejus filius & ſucceſſor Fridericus II. Privilegia confirmans Monaſterio Vangadicienſi ad Atheſim parvum ſito, Monachis indulget, *ut nulli inde reſpondere teneantur, niſi nobis aut certo Miſſo noſtro, ad hoc ſpecialiter deſtinato*. Accipe Diploma ex ejus Coenobii Chartario deſcriptum.


Friderici II. Romanorum Regis tabulae, quibus omnia bona & jura confirmat Monaſterio Sanctae Mariae de Vangadicia, ejuſque Abbati Johanni Ordinis Camaldulenſis, Anno 1219.

I*N nomine Sancte & individue Trinitatis*. Fredericus *divina favente clementia* Romanorum Rex Auguſtus, & Rex Siciliae. *Regie majeſtatis a Deo nobis creditum poſtulat & recquirit officium, ut unicuique quod ſuum eſt, equitatis jure conſervemus, precipue autem Eccleſiis & Monaſteriis ad ſerviendum Deo continua devotione deputatis, favorem & opem gratiae noſtre eo magis familiaribus ſtudiis impendimus, quo certius ad remiſſionem peccatorum in eterna bonorum retributione nobis quidem id profuturum eſſe ſperamus. Eapropter cognoſcat tam preſens etas, quàm ſucceſſura poſteritas, quod nos ob remedium anime noſtre piam & pronam aurem gratanter accommodantes rationabilibus & juſtis petitionibus* Johannis *venerabilis* Abbatis de Vangaditia Camaldulenſis Ordinis, *religioſi quidem & ſanae opinionis viri, clementer annuentes, & felicis memorie glorioſiſſimi* Federici Avi noſtri Romanorum Imperatoris *veſtigiis inherentes, ſicut in ejus Privilegio continetur, Monaſterium Sancte Dei Genitricis Marie Ordinis Camaldulenſis conſtructum ſuper Atheſis fluminis ripam ad locum, qui quondam Pe-* B *tra dicebatur, nunc autem Vangadicia vocatur, una cum Abbate, Fratribus divino inibi obſequio mancipatis, & cum omnibus poſſeſſionibus & rebus mobilibus & immobilibus, & ea que hactenus poſſedit, & in futurum Deo favente juſtae acquiſitionis titulo poſſidebit, ſub noſtra Regali tuitione ac defſenſione gratanter ſuſcipimus, omneſque* C *res & poſſeſſiones ejus mobiles & immobiles, ſeſeque moventes, quas Abbas & Fratres ejuſdem Monaſterii vel ipſi vel per alios poſſident, vel de cetero acquiſierint, eidem Eccleſiae perpetua ſtabilitate per noſtre auctoritatis robur & munimen confirmamus. E quibus quedam duximus exprimenda vocabulis, videlicet poſſeſſiones, quas habent in pre-* D *dicto loco qui Vangadicia dicitur, & in Abbatia, & in aliis quibuſcumque locis, in Epiſcopatu Verone infra Civitatem Eccleſiam Sancti Salvatoris cum omnibus ſuis pertinentiis. & in Bardulino, in Illaſio, in Albareto, in Porto, in Curia Leniaci, terram ſcilicet arabilem, prata, ſilvas, ſaliceta, ſatio-* E *nes, venationes, paludes, piſcationes, cum omnibus ſuis pertinentiis & adjacentiis, que ad Curiam Leniaci pertinent: cujus terminum cernit Ca-*

pud Silice ipſius Monaſterii uſque in Tartarum, que Silva vocatur Gazolo, & eſt ea alia parte Atheſis Salvaterra, Ramo de Pallo, Braxeda, Turicla, Incontra, in Arquada, in Rudigo, in Pontiano, in Cento, in Squinacio, in Donnico, Boniſago, in Martegio, in Sarzano, in Mardimago, Veneze, cum omnibus ſuis pertinentiis, in Longula, Cluſurella, Cavazano, Saguedo, in Merlaria, in Scudaſia, in Palſo, in Vigizolo, in Corrigia, in Villa, in Eſte, Vallis Amalrici, in Monte Silicis, in Padua, in Curte de Provio, in Villa Cornede, in Davanedo. Hec igitur ſupraſcripta, & cetera omnia, que in aliquo Regni noſtri loco prefata poſſidet Eccleſia in Caſtris, Capellis, Decimis, Placitis, Mercatis, Theloneis, ripis, ripaticis, molendinis, collectis, viis & inviis, vineis, agris, terris cultis & incultis, Sylvis, paſcuis, montibus, planitiebus, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, ſtalariis, paludibus, piſcationibus, Aremannis, tanſis, bannis, & olivetis, univerſis exhibitionibus, atque cujuslibet functionibus cum omni honore & diſtrictu (ſalva tamen Regali juſtitiâ) *confirmamus. Tamen id Abbati, & Eccleſie & ſuis ſucceſſoribus, & eorum hominibus indulgemus,* ut nulli inde reſpondere teneantur,

A niſi Nobis, aut certo Miſſo noſtro, ad hoc ſpecialiter deſtinato. *Precipientes igitur Regalis noſtre auctoritatis edicto, quatenus nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Conſul, vel Poteſtas, vel ullum Commune alicujus vel loci, nec ulla omnino perſona magna, vel parva, ſecularis, vel Eccle-*
B *ſiaſtica, ſupradictum Monaſterium, & ejus Abbatem, & Fratres, & homines in cunctis predictis, vel in ullis rebus, aut functionibus ſibi pertinentibus inquietare, diſveſtire, vel quocumque modo moleſtare preſumat. Quod ſi quis contra hec precepta noſtra venire preſumſerit, centum Libris auri penâ feriatur, quarum medietas Phyſco no-*
C *ſtro, reſidua Abbati praefactae Eccleſiae perſolvatur. Pro quorum omnium certa & inviolabili obſervatione & memoria preſentem paginam Majeſtatis noſtre ſigillo communivimus, teſtibus ſubſcriptis, qui ſunt* Girardus Archiepiſcopus, Enricus Baſilienſis Epiſcopus, Rodigerius . . . . . . Epiſcopus . . . . *ad . . . . . . Marchio Montisferrati,*
D *Hermannus Marchio de Baden, Egno Comes de Ura, Ebberardus & Ulricus fratres ejus Comites de Eſſten, Anſelmus Curie noſtre Mareſchalcus, Fridericus Camerarius, Eberardus Dapifer, & alii quamplures.*

Signum Domini Friderici Romanorum Regis invictiſſimi & ſemper Auguſti, & Regis Siciliae.



Ego Chunradus Metenſis Epiſcopus, Imperialis Aule Cancellarius, vice Domini Sifridi Magontini Archiepiſcopi, & totius Alemanie Archicancellarii, recognovi.

Datum apud Agno, Anno Dominice Incarnationis Milleſimo, Ducenteſimo Decimo Nono, V. Kalendas Aprilis, Indictione VII. Regnante Domino Federico Romanorum Rege glorioſo ſemper Auguſto, & Rex Sicilie, Anno VII. feliciter. Amen.

Fuerunt etiam tempora, quibus Imperatores & Reges cauſas criminales ſibi reſervarunt in ſacrorum hominum Caſtellis & agris. Teſtem accipe Diploma Lotharii I. Auguſti, a praelaudato Praeſide Senatus Taurinenſis ad me miſſum. A

Confirmatio immunitatum, & jurium, facta Monaſterio Novalicienſi, ejuſque Abbati Commendatario Joſepho Epiſcopo Eporedienſi à Lothario I. Auguſto, Anno Chr. 845.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Lotharius *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Conſtat nos divina diſpenſante gratia caeteris mortalibus ſuper eminere, unde oportet, ut cujus praecellimus munere, ejus ſtudeamus modis omnibus parere voluntati, ut videlicet noſtro fideliter parentes obſequio, noſtram ſibi ſentiant uſquequaque ſuffragari clementiam. Proinde comperiat omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quàm & futurorum induſtria, quia vir venerabilis* Joſeph Heporediae Urbis Epiſcopus & Abbas ex Monaſterio Sancti Petri, & Sancti Andreae, *quod eſt ſitum in loco, qui dicitur* Novalicius, *adiens praeſentiam culminis noſtri, detulit nobis quaſdam auctoritates beatae memoriae* Caroli Avi noſtri, *ſeu &* Domini Genitoris noſtri Ludovici Auguſti; *in quibus continebatur inſertum, qualiter illi Vallem Bardiniſcam cum Caſtello ibidem ſito, cujus vocabulum eſt Diobia, ſive cuncta, quae ibi juſto tramite pertinebant tam de intus, quàm & de foris, ſuiſque apendiciis Diobiaſca, & Armeaſca, ſive Alonica, ſicut in publicum, vel ad Palatium priſcis temporibus viſum eſt pertinuiſſe; ſic tamen ut homines libe-*

B *ri, qui in ipſa Valle commanere videbantur, in eorum libertate permanerent, ſicut in eorum continetur Precepto: Cenſa etiam & tributa, vel omni Datione, ſicut anteactis temporibus ipſi, vel anteceſſores eorum perſolvere viſi fuerunt, hoc cum omni integritate in elemoſina ſua ad jam dictum Monaſterium venire debuiſſet: Homines verò*
C *in eadem Valle ac locis commanentes, ſicut ipſi ſtatuerunt, in propria libertate reſideant, & itinera exercitalia cum Comite illius loci, quando neceſſitas exegerit, peragerent: pro criminalibus culpis, de quibus Sacerdotibus & Monachis non eſt licitum judicare, ante Comitem illius loci & juſtitias reddant, & ab aliis recipiant: Cenſa*
D *verò & tributa quemadmodum à longo tempore ad Publicum, vel ad Palatium pertinebant, ita omnibus modis in ipſum Monaſterium in ſua elemoſina contulerunt. Inſuper etiam ad Excellentiam noſtram detulit emunitates à Domino Carolo Avo, atque à Genitore noſtro prolatas, per quas inſtituerunt, ut nullus quislibet ex Judiciaria Pote-*
E *ſtate in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones predicti Monaſterii, quas juſte & rationabiliter poſſidet, ingredi audeat, aut aliquid exigere*

xigere, quod inde ſperare Fiſci jus poterat. Pro firmitatis namque ſtudio deprecatus eſt celſitudinem culminis noſtri, ut Avi noſtri Caroli, & paternae auctoritati, noſtram quoque ſuperadderemus auctoritatem.

Nos itaque inſpectis eiſdem auctoritatibus, hanc praeceptionem noſtram fieri juſſimus, per quam praecipimus atque jubemus, ut nullus quiſlibet ex Judiciaria poteſtate praefatum Joſeph Epiſcopum, vel Succeſſores ſuos, de ſupraſcripta Valle vel locis reliquis inquietare, aut aliquam calumniam generare, vel inde abſtrahere aliquid, aut minuere, ullo unquam tempore praeſumat, nec homines commanentes in praefatis Vallibus, quae à Deceſſoribus noſtris eidem Monaſterio per Praecepta delegatae ſunt, & ſub emunitate confirmatae, ſub aliqua occaſione Miſſus Rei publicae, vel Comitis, inquietare vel diſtringere infra ipſas Valles praeſumat; ſed omnem diſtrictionem vel judicium praefato venerabili Epiſcopo Joſeph, ejuſque Succeſſoribus concedimus providendum & ordinandum, exceptis illis culpis criminalibus, de quibus Sacerdotibus & Monachis non eſt dijudicandum. Unde volumus, ut praeſentata omni occaſione de Vallibus ſupradictis, ac ſicuti in Praeceptis Praedeceſſorum noſtrorum continetur, veniant ante Comitem in Civitate Taurinis, acti videlicet atque compulſi per Abbates atque Monachos ipſius Monaſterii, & juſtitiam faciant, & ab aliis recipiant: reliquae verò cauſae in ipſis locis per Miniſtros & Ordines ipſius Monaſterii deliberatae & difinite fiant abſque impedimento, vel ſolatii occaſione cujuſlibet Comitis, aut Reipublicae Miſſi: ſalvâ illorum hominum libertate, qui ibidem commanent. Eundem namque locum cum omnibus ſuis pertinentiis ſub noſtra tuitione ac immunitatis defenſione perenniter manſurum conſtituimus, ita ut nemo fidelium noſtrorum quidpiam contrarietatis inſerre praeſumat, ſed quidquid ibidem pars Fiſci noſtri ſperare poterat, more Praedeceſſorum noſtrorum ſequentes, in utilitates inibi Deo famulantium perenniter conferimus poſſidendum, quatenus ſervos Dei, in eodem Monaſterio degentes, pro nobis, & prole noſtra, vel ſtabilitate totius Imperii noſtri à Deo nobis collati atque conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectetur. Et ut haec auctoritas Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.

Signum (✠) Lotharii ſereniſſimi Imperatoris.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Remigius Notarius ad vicem Vicgarii ſignavi.

Actum VI. Idus Octobris, Anno Chriſto propitio, Imperii Domini Lotharii pii Imperatoris in Italia Vigeſimo ſexto, in Francia Sexto, Indictione Sexta. (ſeu potius Octava, aut Nona)

Actum Aquis Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Attamen non deerant olim, qui nihil ſibi religioni ducebant, Privilegia ſacris Ordinibus tandiu ante, atque a tot Regibus conceſſa infringere, atque in alienam meſſem manum mittere, contemto etiam anathemate, quòd in violatores ejuſmodi Privilegiorum non ſemel Sedes Apoſtolica promulgarat. Anathema inquam, ejuſque rei luculentum teſtem (ut monumenta jam nota praeteream) habeo literas authenticas Stephani IX. Papae, quas vidi ac deſcripſi e Tabulario inſignis Capituli Canonicorum Lucenſium.

Ste-

Stephani IX. Papae Bulla, per quam confirmat Cleri Secularis immunitatem à Secularium poteſtatum judiciis & oneribus, Anno 1058.

STephanus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimis in Chriſto filiis omnibus Sacerdotibus, Levitis, univerſiſque ſacris Ordinibus, Luce commorantibus, ſeu de omnibus Plebibus, Clericis, Acolithis, Subdiaconibus, Diaconibus, Presbiteris ſuburbanis Lucenſis Epiſcopatus, & omnibus ſucceſſoribus eorum in perpetuum. Si erga fidelium Laicorum ordinem, legalem conſuetudinem & decreta pietatis ſervare nobis convenit, multo amplius circa Clericorum gradus, qui Eccleſie Dei fideliter miniſtrant & ſerviunt viſa equitatis obſervare, & obſervanda confirmare debemus. Quapropter ob interventum dilectiſſimi* Coëpiſcopi noſtri Anſelmi Lucenſis Epiſcopi, *ſimulque* Benedicti Belletrinenſis Epiſcopi, *&* Bonifacii Albanenſis Epiſcopi, *&* Domni Humberti ſancte Rufine Sedis Epiſcopi, *nec non* Petri Lavicanenſis Epiſcopi, *ſimulque* Johannis Portuenſis Epiſcopi, *nec non &* Domni Hildebrandi ſancte Romane Eccleſie Subdiaconi, *aliorumque noſtrorum fidelium, per hujus noſtre preceptionis paginam conſtituimus & confirmamus, ſicut ſacrorum Canonum demonſtrat auctoritas, & humane precipiunt Leges, ſicut etiam illis ab* Ottone Imperatore Auguſto, *& reliquis Imperatoribus per Precepti paginam conceſſum & confirmatum eſſe videtur,* ut deinceps a nulla magna parvaque perſona hominum ad ſecularia judicia pro qualicumque controverſia pertraantur, vel ante Seculares Judices examinentur vel diſtringantur, niſi tantùm ab eorum Preſule. Et ut nullus in domibus eorum aliquam invaſionem face-

A re audeat, vel moleſtiam preſumat inferre, vel tributum, ſive redditum, ſeu etiam ſuperimpoſitum eiſdem Sacerdotibus, & cunctis ſacris Ordinibus, a quacumque perſona minime imponatur, vel requiratur. Et ne aliquis audeat ſe intromittere ſine legali judicio de aliquibus ſuppellectilibus eorum, ſive Servis utriuſque

B ſexus, vel familiis, ſeu etiam de univerſis eorum colonis, nec non mobilibus & immobilibus, arvis, cultilibus, vineis, olibetis, ſilvis, pratis paſcualibus, ſeu univerſis hereditatibus eorum, ſive acquiſitis, nec non eorum bonis, vel quicquid illis juſte & legaliter pertinere perſpicitur. *Inſuper concedimus per hoc noſtrum Apo-*

C *ſtolicum Privilegium omnibus Sacerdotibus, Levitis, cunctiſque ſacris Ordinibus jam dicti Epiſcopatus, ut eorum Advocatus non aliter, niſi ſolus, juret ſine ulla contradictione, ſicut in ſancta Romana Eccleſia agitur. Et liceat eis ſecundùm Eccleſiaſticos gradus quiete & pacifice vivere, & Deo ſervire, & ſub hujus noſtri Privilegii defenſione*


D *conſiſtere. Ita ſane juvemus, ut nullus Dux, ſive Marchio, Comes, Vicecomes, Gaſtaldus, Curialis, Exactor, Decanus, Vocemiſſarius, vel etiam ulla perſona hominum audeat interdicere vel conſtringere hoc, quod a nobis conſtitutum & confirmatum eſt. Si quis autem (quod non credimus) temerario auſu huic noſtro Apoſtolico Privilegio contra-*


E *rius extiterit, ſciat ſe, niſi reſipuerit, & dampnum, quod fecerit, emendaverit, auctoritate Dei omnipotentis, & beati Petri Apoſtolorum Principis, ac noſtrâ, anathematis vinculo innoda-*

tum,

tum, & a Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore ſociatum. Inſuper compoſiturus exiſtat auri obtimi Libras decem, medietatem ſacro noſtro Palatio, medictatem illis, quibus injuria illata fuerit. Qui verò pro intuitu cuſtos & obſervator hujus noſtri Apoſtolici Precepti exſtiterit, benedictionis A *Apoſtolice gratiam, vitamque beternam a Domino Deo noſtro conſequi mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.*

Signum per manus Gregorii Notarii & Scriniarii ſancte Romanae Eccleſiae in Menſe Octubrio, & Indictione Undecima.





Datum Romae per manus Humberti ſanctae Eccleſiae Silve Candide Epiſcopi, & Bibliothecarii ſanctae Romanae & Apoſtolicae Sedis, Anno Pontificatus Domni Stephani Noni Papae Primo, XV. Kalendas Novembris Indictione Undecima.

Sigillum plumbeum appenſum.



Pleriſque etiam Eccleſiis contigit, ut onerum ac tributorum remiſſio non ſolùm ſacrorum hominum per- B ſonas, earumque fundos afficeret, ſed etiam ad illarum Servos, Colonos, Emphyteutas, ſive Libellarios protende


tenderetur. Attamen omnia haec tam ſpecioſa in membranis, facile evaneſcebant, culpâ ſaepe Miniſtrorum Reipublicae, & praeſertim difficillimis bellorum temporibus, quibus non jus, & aequitas, ſed vis & impietas primas ſemper tenere conſueverunt. Immo in ipſis Privilegiis interdum ejuſmodi temporum neceſſitas excipiebatur. Ampliſſimis certe immunitatibus fruebatur Aquilejenſis Eccleſia Patriarchalis, atque in illius homines effuſa fuerat Imperatorum munificentia. Attamen *Manſionatico* & *Fodro* obnoxii erant, quoties Auguſti, eorumve filii ad Aquilejenſem Civitatem accedebant, aut praeſidium militum adversùs hoſtes finitimos, Avares ſcilicet aut Hunnos, ſtatuendum erat. Id perſpicies è tabulis, quas ex Archivo Monaſterii Veronenſis Sanctae Mariae ad Organum deſcripſi, ubi vetuſtiſſimum apographum ad inſtar archetypi exaratum conſpexi.

Praeceptum Lotharii I. Imperatoris, per quod Maxentio Patriarchae Aquilejenſi, atque ejus Eccleſiae immunitates & privilegia confirmat, Anno 833.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Hlotharius Auguſtus *inviĉtiſſimi* Domini Imperatoris Hlodowici filius. *Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejuſque in eiſdem locis famulantibus beneficia oportuna largimur, praemium nobis apud Dominum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſiae, & noſtris, praeſentibus ſcilicet & futuris, quia adiens ſerenitatem noſtram vir veneravilis* Maxentius Aquiligenſis Eccleſiae Patriarcha, *que eſt ſancte Dei genitricis Mariae, & ſancti Petri Principis Apoſtolorum, ſeu & ſancti Marci conſtructa, detulit nobis quaſdam Praeceptiones auctoritatum* Domni *& genitoris noſtri* Hlodowici *preſtantiſſimi Imperatoris, in quibus continebatur, eo quod bonae memoriae* Karolus *piiſſimus* Auguſtus, *idemque Domnus & Genitor noſter, praefatam Eccleſiam cum Cellulis & rebus ſibi ſubjectis*, ſub immunitatis ſuae defenſione conſiſtere feciſſent, *& quod licentiam dediſſent ejuſdem Civitatis Clero & Populo ſecundùm canonicam inſtitutionem de Pontifice ſibi eligendo, & in prefata Sede ſubſtituendo. Continebatur etiam in eiſdem ab eis ſancitum*, ut nec homines ejuſdem Eccleſiae de anona & peculio ſuo decimam in partem Fiſci darent, nec de peculio ipſius Eccleſiae, quod ad partes Hiſtrienſes in paſcuis mittebantur, ullum ſolverent herbaticum; & quod à praefatae Eccleſiae hominibus Manſionatici, vel Fodorus nullatenus acciperetur vel exigeretur, niſi quando eorum, aut filiis ſuis, adventus ad eandem fierent Civitatem, vel quando praeſidium illic propter inimicorum inſidias arcendas poneretur. *Pro firmitatis namque ſtudio poſtulavit nobis idem venerabilis Patriarcha, ut morem Praedeceſſorum ſequentes, noſtram etiam auctoritatem circa ipſum ſanctum Locum fieri decerneremus. Cujus petitioni ob amorem Dei & animae noſtrae ſalutem libenter annuimus, & hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum circa ipſum Sanctum Locum fieri cenſuimus. Per quod conſtituimus atque perenniter fir-*

mum fore volumus, ut memoratae Civitatis Clerus & Populus licentiam habeant ſecundùm inſtitutionem canonicam eligendi ſibi Pontificem. Precipimus etiam atque jubemus, ut nemo fidelium noſtrorum, vel quislibet exactor, aut aliquis ex judiciaria poteſtate, nec de peculio praefatae Eccleſiae herbaticum, nec de anona & peculio hominum ipſius Eccleſiae Decimam, nec ab eis Manſionaticus aut Fodorus penitus accipere, vel exigere preſumant: niſi fortè quando noſter, aut alicujus filii noſtri, illic fuerit adventus, vel quando illic praeſidium poſitum fuerit ad inimicorum infeſtationem propellendam. *Sed & nullus quilibet ex fidelibus noſtris, vel Judex publicus in Monaſteria praefatae Eccleſiae ſubjecta, & Xenodochia & Eccleſias Parochiales, ac titulos earum, vel ceterorum poſſeſſiones, quas moderno juſte & rationabiliter in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditionem Imperii noſtri memorata tenet vel poſſidet Eccleſia, tam ex munere Regum vel Ducum, quamque ex conlatione ceterorum fidelium, nec non & ex oblationibus, emptionibus, & commutationibus, vel in eas res, quas deinceps à catholicis viris conlatae fuerint Eccleſiae*, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut manſiones vel

A paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, nec homines ipſius Eccleſiae tam ingenuos, quàm ſervos ſuper terram ejuſdem commanentes diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut inlicitas occaſiones requirendas, ullo umquam tempore ingredi audeat, vel ea, quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere preſumat. *Sed*
B *liceat praefato Pontifici, ſuiſque ſucceſſoribus res predictae Eccleſiae* ſub inmunitatis noſtrae tuitione, *quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere Imperio, atque pro incolomitate noſtra, Conjugis, ac prolis, vel totius Imperii a Deo nobis conlati, atque per immenſum conſervandi ſtabilitate una cum Clero & Populo ſibi ſubjecto, Dei*
C *miſericordiam jugiter exorare, & quicquid de rebus praefatae Eccleſiae Fiſcus exigere poterat. in integrum praedictae conceſſimus Eccleſiae; ut noſtris futuriſque temporibus in eodem Loco ibidem Deo famulantibus, ad Dei ſervitium peragendum, augmentum & ſupplementum fiat. Hanc verò auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, & à fidelibus ſanctae*
D *Dei Eccleſiae & noſtris verius certiuſque credatur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.*

Signum  *Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti.*

Liuthardus ad vicem Ermenfridi recognovi.

Data II. Kalendas Decembris, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Hlodowici ſereniſſimi Imperatoris XX. Regnique Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti in Italia XIII. Indictione XI.

Actum Papia Civitate, Palatio publico, in Dei nomine feliciter. Amen.

Habemus heic *Maxentium Patriarcham Aquilejenſem* Anno DCCCXXXIII. Privilegio donatum: quare uſui alicui erit monumentum hoc ad reſtituendam aut firmandam Chronologiam Praeſulum Aquilejenſium. Solebant, inquam, & loca ſacra *Fodrum*, & *Paratam* praeſtare Imperatoribus, eorumque Miſſis, quotieſcumque illuc proficiſcebantur: quod alterius Chartae, bene perpenſae beneficio ediſcere licebit. Eam debeo ſolertiae praelaudati Huberti Benvoglienti Senenſis Patricii, qui, dum inter vivos erat, ex Patriae ſuae monumentis excerptam ad me miſit.

Immunitas à Fodro & Paratâ pro Monaſterio Roſellenſi Sancti Bartholomaei vindicata ab Andreâ Abbate in Placito coram Altohomo Miſſo Conradi Auguſti, Anno 1038.

IN Chriſti nomine. Breve pro futuris temporibus à memoria abenda vel retinenda. In preſentia Ildibrandi Comitis, *& Rolandi filii bone memorie Teuderichi, & Tarberti, qui Corbulino vocatur, filii bone memorie Petri, & Tegrini filii Anſelmi Roine filii bone memorie, & Rolandi, filii bone memorie Ildibrandi, & Arduini, & Signorello filii bone memorie Mili, & Alberti filii bone memorie........... & Sapurello filio Segnurelli, & Rodulfo de Caldanelle, & Bonini, qui......... vocatur, & Widi filii Rodulfi, & reliquis plures. Ibique in eorum preſentia veniens* Andreas Abbas *cum Petro Avocato ſuo filio bone memorie Racteri, cum ſancta Dei Euangelia in manibus ſuis, ſic jurare voluit de ipſa Abatia Sancti Bartolomei Apoſtoli, que eſt infra Comitatu Roſelle, & eſt conſtructa in loco, qui dicitur Seſtinghe prope Fluvi Brama, in preſentia* Althomo Miſſo Donni Imperatoris. Quod de predicto Monaſterio conſuetudo non fui, neque Fodero, neque Parrata ab Imperatore, neque à ſuo Miſſo non dediſſe, neque dedi. *Qui jam dicto Monaſterio fuit edificato à tempore* Henrici Imperatoris. *Cum prefato Altohomo Miſſu Donni Imperatoris taliter vidiſſe, & audiſſe, quod prefato Petro Avocato de prefato Monaſterio in preſentia de prefatis hominibus paratus abveni cum ſancta Dei Euangelia, quod jurare volebat hoc, ſupra legitur: tunc prenominato Miſſo propter Deum, & anime* Donni Corradi Imperatoris & Ghisle uxore ſua, & Henrici filii ejus, & Cuniunda nurua ſua, *ipſum ſacramentum perdunavit, quia non ei rectum comparuiſſet, propterea pius non fui.*

Hoc factum eſt in Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti, Anni ab Incarnatione ejus Milleſimo Triceſimo Octavo, Regnante Donno noſtro Conrado gratiâ Dei Imperatore Auguſtus, Anni Imperii ejus, Dei propitio, in Italia Undecimo, VIII. Idus Martii, Indictione Sexta.

Factum eſt hoc in loco, qui dicitur Corduliano, territorio Roſellenſe.

Walfredus Judex ſacri Palatii ibi fuit.

Gherardus Judex Donni Imperatoris ibi fuit.

Petrus Notarius ibi fuit, & hunc Breve ſcripſi.

Obtulit ſe Andreas Abbas ad firmandam jurejurando conſuetudinem ſui Monaſterii, ſcilicet nullum unquam ei onus *Fodri* ac *Paratae* impoſi-

poſitum fuiſſe, quum Imperator, ejuſque Legati illuc adveniebant. Ergo hinc inferendum eſt, non defuiſſe alia Monaſteria, ejuſmodi ſarcinam deferre ſolita. Et compertum quidem habemus, Imperatores ac Reges eorumque Miſſos per Italiam peregrinantes, plerumque hoſpitium ſibi delegiſſe in aedibus Epiſcoporum, atque in Monaſteriis. Nulla autem Privilegia obſtitiſſe puto, quin quieti & marſupio illorum, qui hoſpitium vel volentes vel inviti exhibebant, incommodum non leve crearetur. Proinde apud Radevicum Lib. 2. Cap. 33. de Reb. geſt. Friderici Primi, Hadrianus IV. Papa praeter alia contendebat, *Nuntios Imperatoris in Palatiis Epiſcoporum minime recipiendos*. Contra ad haec Fridericus regerebat: *Nuntios noſtros non eſſe recipiendos in Palatiis Epiſcoporum aſſerit. Concedo, ſi fortè aliquis Epiſcoporum habet in ſuo proprio ſolo, & non in noſtro, Palatium. Si autem in noſtro ſolo & allodio ſunt Palatia Epiſcoporum, quum profectò omne, quod aedificatur, ſolo cedat; noſtra ſunt & Palatia. Injuria ergo eſſet, ſi quis Nuntios noſtros à Regiis Palatiis prohiberet*. Dialecticam hanc Friderici nimiâ ſubtilitate laborantem, ſi locus poſceret, difficile ſane non foret retundere. Sed mihi ad alia properandum eſt.

Alterum genus Immunitatis, quod Monachi, & reliqui Ordines Religioſi, adhuc ſervant, mihi recenſendum eſt, nempe eorum Libertas, per quam ſoluti ab Epiſcoporum imperio, ſubjectique ſunt uni Apoſtolicae Sedi. Hac de re nuper egi in Diſſertatione praecedenti *de Cenſibus Romanae Eccleſiae*, atque in Diſſertatione LXIV. *de vario ſtatu Dioeceſum*. Sed nunc mihi dicenda ſunt, quae ſupererant. Illud primo ſtatuendum,

A Monachos olim, vel ſedente Gregorio Magno Pontifice maximo, multis donatos fuiſſe privilegiis, atque immunitatibus; fere tamen omnes non aliter, quàm Clerus Secularis, Epiſcopo loci, ubi condita illorum Monaſteria fuere, ſecundùm Canonem & regulam Eccleſiaſticae Hierarchiae, fuiſſe ſuppoſitos, atque ab
B ejus regimine in ſpiritualibus pependiſſe. Id pluribus perſequitur & confirmat Thomaſſinus eruditiſſimus Scriptor in Libris de Eccleſiaſtic. Diſciplinâ, poſt Bignonium, Petrum de Marca, & alios in eodem argumento verſatos. Quo verò tempore eximi à ditione Epiſcoporum Monaſteria coepta fuerint, & an plena im-
C munitas antiquiſſimis etiam Saeculis fuerit nonnullis indulta per Privilegia Epiſcoporum, aut Conciliorum, aut Metropolitarum, aut Apoſtolicae Sedis: non ita exploratum eſt, ut omnes inde difficultates ſint ſublatae. Multa ſane Privilegia tum edita, tum in Tabulariis adſervata habentur, quibus edocemur, jam ab
D ipſis vetuſtiſſimis Seculis exquiſiiſſe Monachos atque impetraſſe hujuſmodi Libertatem. Petendae autem cauſſa (liceat dicere) ea potiſſimum fuiſſe mihi videtur, quod Epiſcopi nonnulli (nam praeter probos Seculum quodvis improbos etiam genuit, poſteriorum verò copiam non levem dedere Saecula barbarica) dominan-
E tes in Cleris, & ambitionis, aut philargyriae facibus ſuccenſi, quieti & patrimonio Monachorum Deo famulantium non unam creabant moleſtiam. Quamobrem Coenobiorum conditores, ut incommodo huic in poſterum proſpicerent, Monaſteriis ipſis ab exordio privilegium Immunitatis procurabant; aut Abbates procedente tempore, jugum Epiſcoporum

rum excutiendum curabant, atque ut hujuſmodi Libertate tutius fruerentur, in poteſtatem ſanctae Romanae Eccleſiae ſe ſe transferebant. Tanta quippe ſemper fuit Apoſtolicae Sedis dignitas atque auctoritas, ut ejus patrocinium ac tutelam cuncti revererentur, pauci verò contemnerent. Sed & ipſi Reges atque Imperatores Monaſteriis quibuſdam, ſibi inter cetera caris, Privilegia ejuſmodi conquirebant; aut etiam (quâ auctoritate non quaero) conferebant; eaque ſub ſuâ tantùm protectione conlocata volebant. *Monaſteria ſub defenſione Sacri Palatii poſita* memorantur etiam in Synodo Ticinenſi habitâ Anno Chriſti DCCCL. Haec autem defenſio poteſtatem quamdam ac dominationem Regum in eadem ſacra Loca importabat. Immo fuerunt & Epiſcopi ſumme pii, qui impotentiam Succeſſorum ſuorum veriti, ditione ſuâ abſolvebant Monachos ſibi ſubjectos, aut nullo negotio conſenſum praebebant impetraturis Romanae Sedis Privilegium. Potiſſimùm vide Formulas geminas Saeculi Noni vel Decimi, editas à Baluzio Tom. 2. Capitularium, pag. 579. & 581. Simul verò negandum non eſt, quin & Monachi quidam Libertatem hanc venari anxie potuerint, nihilque intentatum reliquerint, quo tam Regem quàm Epiſcopum conſentientes in ejuſmodi exemtionem haberent. Neque enim ante Saeculum Undecimum ſine conſenſu Epiſcopi excutere jugum Monachi conſueviſſe videntur, ut ſe traderent immediate regendos Apoſtolicae Sedi, uti praeter alia exempla Peruſinum Coenobium Sancti Petri evincit, cujus Abbas in Romana Synodo Anni MII. coram Silveſtro II. Papâ, eductâ Epiſtolâ Epiſcopi Peruſini, *in qua & conſenſus erat, & precibus, ut hoc fieret, Epiſcopus obnixe poſtulabat*, legitime ſibi à Romano Pontifice Libertatis Privilegia conceſſa fuiſſe oſtendit, & in controverſia victor fuit. Vide Tomum Nonum Italiae Sacrae pag. 918. & Bullarium Caſinenſe Tom. 2. Conſtitution. 72. Atque haec diſciplina diu etiam obſervata eſt poſt Annum Chriſti Milleſimum. Sed poſtea ſenſim cuncta aliam accepere faciem, & vix unum denique ſuperfuit Monaſterium Monachorum & Canonicorum Regularium, quod ex Epiſcoporum ordinaria poteſtate ſubductum non fuerit. Quod etiam mirere, cavebant interdum ſibi Praeſules, ne ſui juris quidquam in poſterum deperiret in Eccleſiis & bonis, quae eiſdem Monachis aut Canonicis per ipſos conferebantur; ſed ne illa quidem cautio obſtitit, quo minus illius Succeſſoribus elaberetur è manibus gens Privilegiorum & Libertatis avidiſſima. Exemplum ſi petis, habeo. Nobile Beneficium nunc eſt in agro Mutinenſi Prioratus Sancti Jacobi de Columbario, a poteſtate Mutinenſis Epiſcopi avulſum. Quibus olim pactis Eccleſiam hanc Dodo Praeſul Mutinenſis tradiderit Monachis, aut Canonicis Regularibus de Marola, explicabit ſequens Charta, cujus archetypon adſervatur in Archivo Eſtenſe.

Johan-

Johannes Prior Monaſterii de Marola obedientiam Dodoni Epiſcopo Mutinenſi promittit pro Eccleſia conſecranda in honorem Sancti Jacobi in Columbario, Anno 1132.

IN *nomine Domini Iheſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem MCXXXII. Quarto Kalendas Februarii, Indictione Decima. Dum eſſet in Dei nomine* Domnus Walterius *venerabilis* Archiepiſcopus Ravennatis Eccleſie *in Urbe Mutine, ibique cum eo* Donnus Dodo *religioſiſſimus* Epiſcopus *ſancte* Mutinenſis Eccleſie, *Cencius Capellanus Sancte Romane Eccleſie, & Petrus Presbyter, & Belitus Diaconus ejuſdem Ravennatis Eccleſie Cardinales, & Mazolinus Subdiaconus & Cantor ejuſdem Eccleſie, & Johannes Subdiaconus, nepos Feſulani Epiſcopi, & Capellanus ejuſdem Archiepiſcopi, & Donnus Fredulfus Prepoſitus prefate Mutinenſis Eccleſie, unacum ſuis confratribus*, Johannes *venerabilis* Prior Monaſterii de Marola, *& Geminianus Archipresbiter Eccleſie Sancti Felicis, nec non & Presbiter Vitalis Canonicus Sancti Ceſarei, & Lanfrancus de Gandaceto, & Capitaneus ejuſdem Mutinenſis Eccleſie, & Vavaſſores ejuſdem Eccleſie, videlicet Ubertus, qui dicitur Buccabadata, & Rolandus de Tetelmo, & Albertus de Bolonia, Boamundus & Johannes Cauſidicus, & Geminianus de Tado, & Johannes Pizolus, & alii quamplures. In preſentia ſiquidem omnium ſupradictorum* pactus eſt prefatus Prior ejuſdem Monaſterii de Marola, cum communi conſenſu ſuorum Fratrum cum Domno Dodone Epiſcopo ejuſdem Mutinenſis Eccleſie, hanc obedientiam & reverentiam videlicet, & Sinodum, ordinem Clericorum & Monachorum ibidem commorantium, & conſecrationem Abbatis ejuſdem A loci, ipſe & ſui Succeſſores prefato Dodoni Mutinenſi Epiſcopo, ſuiſque Catholicis Succeſſoribus exibere de Eccleſia, *que debet conſecrari in honorem Sancti Jacobi in loco, qui dicitur Columbario*. Nec debet ipſe neque Succeſſores adquirere Privilegia neque Precepta a Domno Papa, aut Imperatore Romano, neque a Ravennati B Archiepiſcopo, per que preſumat ſupradictam obedientiam diminuere. *Et predictus Epiſcopus neque Succeſſores ejus aliquam oppoſitionem facere debet, niſi quod ſuperius legitur. Et ſi alter eorum in alteram ſupradictam pactionem violare preſumpſerit, banno Eccleſie ſubjaceat, & inſuper gladio anathematis perpetuò feriatur, niſi reſipuerit. Un-* C *de due Carte uno tenore ſcripte.*

Actum in Urbe Mutina feliciter.

Ego Gualterius *ſancte* Ravennatis Eccleſie Archiepiſcopus *interfui & ſubſcripſi.*

Ego Cencius Capellanus Domni Pape Innocentii *interfui & ſubſcripſi.*

Ego Petrus Presbiter ſancte Ravennatis Eccleſie interfui & ſubſcripſi.

D *Ego Belittus Diaconus Cardinalis ſancte Ravennatis Eccleſie interfui & ſubſcripſi.*

Ego Johannes Subdiaconus, Domni Gualterii Archiepiſcopi Capellanus ſubſcripſi.

Ego Dodo *Dei gratiâ* Mutinenſis Epiſcopus *manu mea ſubſcripſi.*

Ego Fredulfus propria manu ſub- E *ſcripſi.*

Ego Sigizo Magiſter Scolarum manu mea ſubſcripſi.

Ego

Ego Preſbiter Madelbertus manu mea ſubſcripſi.

Ego Ugo Diaconus & Canonicus ſancte Mutinenſis Eccleſie manũ mea ſubſcripſi.

Ego Azo Sacri Palatii Notarius ſcripſi.

Attamen ſive Dodonis Succeſſores ſuo jure libenter ceſſerint, ſive aliae interceſſerint rationes, obligatio hujuſmodi tandem in auras abiit. Id factum de aliis multis Monaſteriis opinari licet. Quod ſupra innui de moleſtiis per Epiſcopos interdum inrogatis Monachorum coetui, id & ex Gregorii Magni Epiſtolis elucere poteſt: ſed potiſſimùm illud diſcas ex Gregorii VII. Epiſtolâ 69. Lib. 2. ſcripta Anno MLXXV. ubi Cunibertum Epiſcopum Taurinenſem multis arguit, quod Monaſterium Sancti Michaëlis, immediate Apoſtolicae Sedi ſubjectum, vexaret atque opprimeret, haec addens: *An ignoras, quod Sancti Patres plerumque religioſa Monaſteria de ſubjectione Epiſcoporum, & Epiſcopatus de Parochia Metropolitanae Sedis, propter infeſtationem praeſidentium diviſerunt, & perpetuâ Libertate donantes, Apoſtolicae Sedi, velut principalia capiti ſuo membra, adhaerere ſanxerunt?* Sed & ego rem ipſam non uno exemplo confirmatum eo. Monaſterium Sancti Laurentii extra Urbem Cremonae ad Portam, quae adhuc *Moſa* appellatur, fundaverat *Odelricus* illius Civitatis *Epiſcopus* ſub finem Seculi a Chriſto nato Decimi. Quod ſacri loci fundos dilapidare diceretur *Lambertus* ejuſmodi *Monaſterii Abbas*, *Landulphus Epiſcopus* Odelrici ſucceſſor Diploma impetravit ab Henrico Auguſto Primo Anno MIX. quod apud Ughellium Tom. 4. Ital. ſacr. legitur. Simile Henrici III. Regis infra dabo ego in Diſſertatione LXXII. *de cauſſis imminutae Eccleſiaſticorum potentiae*. Ibi ſancitum eſt, non licere in poſterùm Abbati qualemcumque contractum de bonis Monaſterii facere *ſine licentia Epiſcopi*. Verùm *Landulphus* ipſe Epiſcopus pejora deinde molitus eſt: nam, ut ait Sicardus Cremonenſis Epiſcopus in Chronico a me edito Tomo VII. Rer. Italicar. pag. 584. *Monaſterii Sancti Laurentii, & Cremonenſis Populi fuit acerrimus perſequutor. Quo circa Populus ipſum de Civitate ejecit, & Palatium turribus & duplici muro munitum deſtruxit.* Addit Cavitellius in Annalib. Cremonenſ. Landulphum, quum alios induiſſet mores, a Civibus receptum fuiſſe, *& ob damna per eum illata Abbati & Monachis Divi Laurentii, conſtrui feciſſe Eccleſiam in honorem S. ncti Victoris*. Quam (ſubdo ego) eidem Coenobio dono dedit, uti apographum pervetuſtum in Archivo Capituli Canonicorum Cremonenſium a me inſpectum fidem faciet, cujus ſunt verba.

Landulphus Epiſcopus Cremonae Monaſterio Cremonenſi Sancti Laurentii concedit ſub quibuſdam conditionibus Eccleſiam Sancti Victoris, Anno 1021.

ANni Dominice Incarnationis Milleſimo Vigeſimo Primo. Henricus verò Imperator *Anno ejus Octavo*, *X. Kalendas Madias, Indictione Quarta*. Monaſterio Sancti Laurentii Martyris, *quod eſt conſtructum & edifica-*

ficatum foris in ſuburbio Cremonenſis Civitatis ſuper Moſſam ab Domno Odelrico ejuſdem Sedis *bone memorie* Epiſcopo, *&* quod eſt de ſub regimine & poteſtate Epiſcopii *ipſius ſancte* Cremonenſis Eccleſie, *ubi nunc* Domnus Lampertus *venerabilis* Abbas *ordinatus eſſe videtur. Ego in Dei nomine* Landulfus *jam dicte ſancte* Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, *preſens preſentibus dixi. Dominus ac Redemptor noſter animas, quas condidit, ad ſtudium ſalutis ſemper invitat; & melius eſt cuiquam ſub metu mortis vivere, quàm ſpem vivendi morte ſubitaneâ preveniri. Et ideo qui ſupra Landulfus Epiſcopus volo & judico, ſeu per iſta mee ordinacionis pagina pro mercedem & remedio anime, qualiter hic ſubter ſtatuero & judicavero, preſenti die & ora abendum confirmo Eccleſiam Sancti Victoris, conſtructa foris non multum longe a jam dicta Civitate Cremona, juſta rivolum Rodanum, cum omni edificia ſibi aderente, a me edificata, & cum omnibus rebus, quas ipſa Eccleſia tenebat, quando eam reedificavit, & cum omnibus rebus illis, que fuerunt juris mei, quam ego eidem Eccleſie aqueſivi & dedi, ut dixi, abendum concedo ad partem jam dicti Monaſterii Sancti Laurencii, quod eſt, ſicut ſuperius dixi,* de ſub regimine & poteſtate Eccleſie prelibati Epiſcopi. *Et ſunt res ipſe, que fuerunt juris mei, poſite in locis & fundis juſta Pipia prope Villa Sancti Thome, & in Bagalino juſta locum qui dicitur Runcoatelli, & in Caſanova, vel in circuitu in locis jacentibus, ſive in Squaredo, & in Ulmeneto. Prima pecia de terra in ſupraſcripto loco Pipia eſt per menſura juſta juges octo: coëret &c. Que autem iſtis rebus juris mei ſuperius nominatis, cum ſuperioribus & inferioribus, ſeu cum finibus, ſunt ſupra menſura & coërencias legitur in integrum, ea videlicet racione, ut Domnus Lampertus prenominati Monaſterii Abbas in eadem Eccleſiam cellulam in eo diſponat, & ſex Monachos ibi ordinet, qui perpetualiter ibi Deo deſerviant, & Regulam Sancti Benedicti firmiter & religioſe teneant: prefatus Lampertus Abbas* ejuſque ſucceſſores, qui ab me, meiſque Succeſſoribus in eo Monaſterio ordinati & conſecrati fuerint, *cellulam illam & Monacho paterna afeccione perpetualiter regant & gubernent. Et volo & ſtatuo, ut jam dicti Lampertus ejuſque ſucceſſores anualiter in feſtivitate Sancti Victoris & Sancti Naboris, Cantorem & Setimanarios reficiant, qui in matrice Eccleſia in is feſtivitatibus ebdomadam tenent, & die jam dictarum feſtivitatum illuc adeunt ad divinum officium peragendum: Presbyterum ſcilicet, & Diaconum, Subdiaconum, & Clericum, ac Cuſtodem, pro mercede & remedio anime mee; nulla alia ſuperinpoſicio eis fiat. Si quis verò (quod futurum eſſe non credo) hanc meam ordinacionem inrumpere voluerit, ſit orrendum annathema a trecentis decem, & octo Patribus, & Jude, Ananieque adequetur flammis, & a Patre, Filio, Sanctoque Spiritu maledictus in preſens & futurum reus crimine aſtrictus ſemper maneat &c.*

Actum in prenominata Civitate feliciter.

Ego Landulfus *voce tantùm* Epiſcopus *in hoc judicato a me facto ſubſcripſi.*

Ribaldus Miſſus, rogatus ſubſcripſi.

Lanfrancus Judex ſacri Palacii rogatus ſubſcripſi.

Adam, qui & Amizo, Judex ſacri Palacii rogatus ſubſcripſi.

Laurencius Judex ſacri Palacii rogatus ſubſcripſi.

Gan-

Gauſelmus Notarius ſacri Palacii rogatus ſubſcripſi.

Urſo rogatus ſubſcripſi.

Adam Notarius vivente Lege Romana rogatus ſubſcripſi.

Signum manibus Ildeprandi & Teuzoni Legem viventes Romana teſtes.

Ego Petrus Notarius ſcripſi, poſt tradita complevi, & dedi.

Ego Gerardus Notarius autenticum hujus exempli vidi & legi, & ſic inibi continebatur, ſicut in iſto legitur exemplo, ni litera plus minuſve ſit, manibus meis exemplum hoc exemplavi.

Quantopere etiam graves moleſtique interdum Epiſcopi forent erga Monachos, facile colligere poſſumus ex tabulis Ramperti Epiſcopi Brixiani editis Part. 2. Conſtitut. 30. Bullarii Caſinenſis. Fundaverat pius Praeſul Coenobium Sanctorum Fauſtini & Jovitae, Monachis illuc invectis, atque ditaverat. Quumque illud cuperet immune ab omni *inquietudine & oppreſſione*, anxie obteſtatur *unumquemque Succeſſorum ſuorum, coram Deo & Chriſto Jeſu, ut nullam ipſis inquietudinem Fratribus ingerat. Quod ſi quis diabolica fraude deceptus, vel avaritiae peſte corruptus perturbationem intulerit, ſciat, ſe in diſtricto Dei judicio cauſas habiturum, poenaſque perpetuas luiturum; & meritò, quia ſanctam Sanctorum devotionem, decuſque Eccleſiae pervertere minime timuit*. Sed in iis tabulis verba quaedam deſiderantur, profectò digna, quae a Margarino minime omitterentur. Reſtituam ego ex membranâ accuratius deſcripta. Scilicet poſt illa verba *illuſtrati eſſe noſcuntur*, haec alia ſubſequuntur: *Praedictis itaque viris hujus operis curam, cum noſtrorum Sacerdotum etiam conſenſu, commiſimus, eâ utique ratione, ut pro ſui defenſione ipſa Congregatio, quo quietè atque tranquillè ſuum Deo perſolvere valeat votum, Libram argenti Epiſcopo iſtius perſolvat Eccleſiae, in beatiſſimorum Fauſtini atque Jovitae Martyrum feſtivitate. Habeantque nihilominus ex ſeipſis ſecundum ſuae normam profeſſionis licentiam Abbatem ſemper creandi. Decernimus etiam, ut ſi aliquis Succeſſorum noſtrorum (quod minime credimus) aliquid ab ipſa Congregatione, vel quamlibet inquietudinem facere ipſi temptaverit, quicquid ab hac die ipſi loco &c.* Infra quoque poſt ea verba *ideſt campum*, haec ſunt interferenda: *Maleſi, & tabernacula cum torculari, & Sablonaria cum Maſſariis & familiâ, & omnia ſicut Vaſſallus noſter Liuthfredus uſque nunc in beneficio habuit. Et Monaſteriolum Sancti Martini, quod eſt in Vico, qui dicitur Tabulas &c.* Mentio illa cenſus *Librae argenti perſolvendae* quotannis Epiſcopo Brixiano, fortaſſe viſa eſt aliena moribus noſtrorum temporum, ac propterea minime ab Ughellio edita, ac ſuis tenebris relicta. Sed ejuſdem penſionis onus nobis ſervarunt literae Angelberti Archiepiſcopi Mediolanenſis, quas ad me olim miſit Julius Galleardus Juriſconſultus Brixianus, Pauli Canonici, viri Clariſſimi frater, ego verò huc inferendas duxi.

Decretum Synodale Agelberti Archiepiſcopi Mediolanenſis, & Comprovincialium Epiſcoporum, per quod confirmant Immunitatem Monaſterii Brixiani Sanctorum Fauſtini & Jovitae a Ramberto Epiſcopo aedificati, Anno 842.

✠ Angelbertus *humilis beatae* Mediolanenſis Eccleſiae Antiſtes. *Notum eſſe cupimus cunctis Chriſti Dei noſtri cultoribus, quod confrater, atque* Coëpiſcopus *noſter* Rambertus *cum ſuorum Sacerdotum, aliorumque fidelium conſenſu, in loco ubi Sanctorum Fauſtini & Jovitae Martyrum Corpora quieſcunt, Monachorum aedificavit Cenobium. Super cujus perpetuo ſtatu inſtitutionem facere, ipſamque nobis, ut noſtro roboraretur Precepto, curavit offerre. Et quia officii noſtri eſt, non extinguere bonorum, ſed magis magiſque accendere ſtudia, alacri devotione inſtitutionem, quam jam predictus Deo gratus Epiſcopus, nobis verò cariſſimus, ideo edidit, ut ſalva maneret intentio res ſuas Deo dicantium, & in Eccleſia nobili omnibus canonicis horis divinum perſolveretur officium, & ut nullam quis pateretur tarditatem ad Dominum convertendi: firmare ac roborare hoc noſtrae auctoritatis Precepto curavimus. Et videlicet modo*, ut nil amplius ab ipſa Congregatione quàm Libra requiratur argenti. Liceatque ei abſque ſuperimpoſitione ſuſceptum Deo perſolvere votum: *habeantque nihilominus licentiam de ſe ipſis ſemper Abbatem creandi. Eo ſi umquam aliqua inquietudo eis illata fuerit, quicquid ab hac die ipſis datum fuerit, vel adquirere quolibet modo vel arte potuerint, in ipſorum ſit poteſtate, quatenus his libere utendo, & quem voluerint defenſorem habendo, quietius Deo valeant militare. Ut igitur inſtitutio ſancti Coëpiſcopi noſtri praedicti Ramberti a nullo Succeſſorum ejus poſſit aliquo modo corrumpi, ſed firma & inconcuſſa atque inviolata permaneat, per hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum eam firmare curavimus, canonice proclamantes, ut ſi quis eam violare temptaverit anathema ſit.*

Quod etiam Andream Eccleſiae noſtrae Notarium ſcribere juſſimus, propriaque manu ſubſcripſimus Anno Dominice Incarnationis DCCCXLII. Anno etiam Imperii chriſtianiſſimi Lotharii Imperatoris Viceſimo Tertio, Indictione Quinta.

Angelbertus *indignus* Epiſcopus *confirmans ſubſcripſi.*

Ego Aldigiſius Epiſcopus *conſenſi & ſubſcripſi.*

gratia Dei Hagamo Epiſcopus *huic ſacre Sinodali pragmatice manu mea ſubſcripſi.*

✠ Pancoardus Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ermenfredus Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Walfericus Epiſcopus *ſubſcripſi.*

✠ Ercanbertus Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Verendarius Curienſis Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi.*

En ut majorem firmitatem inſtitutionibus ſuis compararent Epiſcopi, confirmationem a Metropolitano, atque a Comprovincialibus Epiſcopis quaerebant, quibus rationem reddituri erant Succeſſores, quoties a tramite juſtitiae deflexiſſent. Heic autem ſubſcribunt *Hagamo* (quem *Haganonem* Ughellius appellat) Bergomenſis Antiſtes: *Pancoardus* Cremonenſis: *Ercambertus*, quem Laudenſem Epiſcopum arbi-

arbitror. Is Ughellio eſt *Eribertus:* *Verendarius* Curienſis: *Ermenfredus* quoque & *Walfericus*, quorum Sedem divinare neſcio. Hiſce adde egregiam alteram Chartam, quam adſervat nobile Tabularium Monachorum Ciſtercienſium Sancti Ambroſii Majoris A Mediolani. Ibi verò luculentius intueare, quàm graviter olim Epiſcopi quidam Monachorum Eccleſias ac fortunas infeſtarent, ut propterea cogerentur iſti quaerere ſibi a potentioribus opem atque patrocinium.

In Placito Mediolanenſi coram Anſperto Archiepiſcopo, & Boſone Comite, Miſſis Ludovici II. Imperatoris, Petrus Abbas Monaſterii Mediolanenſis S. Ambroſii, cauſſam obtinet contra Helibertum Comenſem Epiſcopum, qui juriſdictionem injuſte exercuerat in quibuſdam Eccleſiis Campilioni & Travennae, ſupraſcripto Monaſterio ſubjectis, Anno 874.

D*Um in Dei nomine*, *Civitate Mediolani in Epiſcopio ſancte Mediolanenſis Eccleſie*, *in judicium reſidentes venerabilis* Domnus Anſpertus *ejuſdem ſancte* Mediolanenſis Eccleſie Archiepiſcopus, & Boſo Comes, Miſſi Domni Imperatoris, *una ſimul cum* Albericus Comes ipſius Civitatis, *ſingulorum hominum cauſas audiendas & deliberandas*, *reſidentes cum eis* Umboldo & Helibertus Epiſcopis, Amelricus Vicecomes, *Adelbertus*, *Tutulfus*, *Simpertus*, *Petrus*, *Riſpertus*, & *Fulpertus*, *Judices Imperatoris*: *Ambroſius*, *Ropertus*, & *item Ambroſius*, *Judices ipſius Civitatis*; *ubi cum eis aderant Atto de Canimalo*, *Aldegado*, & *Petrus de Caſterno*, *Wido*, *Rachinfredus*, *Deuſdedit*, & *Arnulfus*, *Vaſſalli ejuſdem Anſperti Archiepiſcopus*: *Conceſſus*, *Leo Argentario*, & *Rotpertus de Mediolano*, *Teoderus*, *Hilderatus Notarius*, *Boniprandus da Caputvici*, & *reliqui*. *Ibique in judicium veniens preſentia* Petrus Abbas beati *Chriſti Confeſſoris* Ambroſii, *in qua ejus ſanctum Corpus humatum quieſcit*, *fundatum prope ipſa Civitate Mediola-* B *ni*, *una cum Adelbertus de Lanpuniano Avocatus ipſius Monaſterii*; *nec non ex alia parte ſupraſcripto* Helibertus *ſancte* Comenſis Eccleſie Epiſcopus, *una cum Andreas de Bulgaro*, & *Gundoaldus Notarius de Vicoamni*, *Advocatores da parte ipſius Epiſcopati Comenſis*, *in Placitum*, *quas ambe partes dicebat inter ſe poſitus*, & *per* C *guadiam firmatum aberent*, *altercationis inter ſe abentes*. *Dicebant ipſi Petrus Abbas cum ſupraſcripto Adelbertus Advocatus de parte predicti Monaſterii Sancti Ambroſii*, *contra eodem Helibertus Epiſcopus*, & *predicti Andreas & Gundoaldo Advocatores*, *eo quod homines liberis*, & *pertinentes etiam Sacerdotes da parte ſupraſcripti Epiſcopa-* D *ti*, multas contra partes ipſius Monaſterii Sancti Ambroſii inlicitas facerent; *quia inter reliqua introiſſent malo ordine in Curte*, & *Baſilicas illas*, *quas in Vico Campilioni una edificata in onore Sancti Zenoni*, *alia edificata in onore Sanctorum Nazarii & Victoris*, *tercia edificata in onore Sancte Marie*, *locus*, *qui vocatur Willari*: *quas quondam Todo de Vico Campallio-*

pallioni, cujus proprietas fuit, per ſuum judicatum in ipſum contulit Monaſterium pro anima ſua: ſimulque malo ordine . . . . . . Marie, & Baſilica ipſius Monaſterii in Vico Travenna, edificata in onore Sanctorum Protaſii & Gervaſii; & exinde malo ordine cauſas & movilias ipſius Monaſterii tuliſſent, & ſingulas ibi forcias feciſſent; etiam Monachi ipſius Monaſterii, qui ibi offitiabant, foris ipſas Baſilicas expelliſſent. Quod facere non debuerunt, unde juſticiam abere quererent. Reſpondens ipſis Helibertus Epiſcopus cum predicti Andreas & Gundoalde Advocatores: Verum eſt; ibi noſtri homines pignorarunt; non per aliut ibi venerunt, aut pignorarunt, niſi quod pars Epiſcopati noſtri conſuetudinem fuit, per ipſas feſtivitates veniendi ad ipſas Baſilicas Offitium & Miſſas canendi; & quando ibi veniebant ad ipſum Offitium fatiendum, parte ipſius Monaſterii eos recipiebat, & ibi eos per conditionem paſſebat, & ſi non fatiebant, poteſtative eos pignorabant. Obiens ipſis Petrus Abbas cum Adelberto Advocato: Nos faciat Deus, quod aliquando pars Monaſterii noſtri, aut pars ipſius Baſilice noſtre, ullum veſtrum Sacerdotem aut Tonſum, da parte ipſius Eccleſie vel Epiſcopati Comenſis ibi recepiſſent, aut eos paviſſent, aut aliquid da noſtras Curtes & Baſilicas, vel de rebus ad eas pertinentes a parte Eccleſie vel Epiſcopati veſtri pertinere, aut ullam conditionem ad veſtram partem abere debent. Hoc dictum tunc interrogaverunt ſupraſcriptis Auditores predictum Helibertum cum predicti Andreas & Gundoaldus Advocatores, quid ex hac cauſa dicere volerent, ut ſi forſitans aut per monimen, aut per inquiſitionem, aut per teſtimonia, aut per ullam aliam rationem oſtendere aut

A provare poterunt, quod da ſupraſcriptas Curtes & Baſilicas in Campillioni & Travana, vel de rebus ad eas pertinen . . . . Eccleſie & Epiſcopati Comenſis pertinere deberent, aut ullam conditionem a parte ipſius Eccleſie & Epiſcopati Comenſis, exinde exire aut pertinere, vel perſolvere, aut exinde ullum pactum daxe aut etiam B perſolvere deberent, annon. Qui ipſis Helibertus Epiſcopus, Andreas, Gundoaldus Advocatores dixerunt & manifeſtaverunt, quod exinde nihil provare poterunt, eo quod Curtes & Baſilicas ipſas in fundo Campillioni & Travana, cum rebus ad ea pertinentes, proprietas eſſent & pertinerent a parte ipſius Monaſterii Sancti Ambroſii, & nullam C conditionem exinde parte ipſius Monaſterii . . . . conditionem a parte predicte Eccleſie & Epiſcopati Comenſis facere nec perſolvere non deberent. Ideo exinde contra partem ſupraſcripti Monaſterii nihil . . . . . ne contradicere non querunt, nec poterunt. Poſt hec omnia peractum, & ſupraſcripta manifeſtationis & profeſſionis facta D pertractantes ſupraſcriptis Auditoribus eorum exinde paruit, & judicaverunt juſta eorum intentionis, & ſupraſcriptorum Heliberti Epiſcopi, Andrei & Gundoaldi Advocatores profeſſione . . . . Sancti Ambroſii de predicta conditione, & juſtum, quas exinde abere quebat, ſolutus maneret, & aberet parte ſupraſcripti Moneſterii Sancti Ambroſii E predictas res & Baſilicas in fundo Campallioni & Travana, cum rebus omnibus ad eas pertinentes in integrum ſine ulla contradictione, aut qualibet conditione . . . . . . Eccleſie & Epiſcopati Comenſis. In eo moti finita eſt inter eos hac cauſa, & preſente noticia daliberationis ſupraſcriptis Auditoribus manu Achinaldi Notarii ſcrivere tractaverunt, admonuerunt, & eorum relectum eſt. Actum

Actum Mediolani Anno Imperii Domni Hludowici Imperatoris *Vigeſimo Quinto, bone memorie* Domni Imperatoris Hlotarii *filius*, *Quinto Kalendas Januarias*, *Indictione Octaba*.

Anſpertus Archiepiſcopus *ſubſcripſi*.

Ego Boſo Comes *ſubſcripſi*.

Signum manus ſupraſcripti Amelrici Vicecomes, *qui interfuit*.

Signum manus ſupraſcripto Alberici Comitis, *qui interfuit*.

Adelpertus Notarius Domni Imperatoris interfuit.

Theutulfus Judex Domni Imperatoris interfui.

Simpertus Judex Domni Imperatoris interfui.

Ripertus Judex interfui.

Petrus Judex Domni Imperatoris interfui.

Oldefredus interfui.

Fulbertus Judex Domni Imperatoris interfui.

Leo Notarius interfui.

Arimundus interfui.

Ego Guifredus, qui dicor de Vineaſe, Miſſus Domni Regis, autenticum hujus exempli vidi & legi, & ſic in eo continebatur, ut in iſto exemplo, preter literas plus minuſve, & dictiones, que legi non poſſunt.

Ego Rogerius Salarius, ſacri Palatii Notarius; hujus exempli autenticum vidi & legi, in quo continebatur, ſicut in iſto exemplo extat, literas plus minuſve, & Dictiones, que legi non poſſunt.

Atque heic animadverte non tantùm, quibus injuriis & incommodis Monachi ab hominibus *Heliberti* (quem *Egilbertum* Ughellius appellat) *Epiſcopi Novocomenſis* afficerentur, ſed etiam eiſdem hominibus licuiſſe pignora auferre Monachis: quem ritum non facile alibi offendes. Haec certe in cauſſa ſaepe fue- A runt, cur aut Monachi, aut Monaſteriorum conditores protectionem Apoſtolicae Sedis conquirerent, ipſave Coenobia ab initio obtulerint Romano Pontifici, atque ab unâ illius poteſtate pendere voluerint. Et quod fortaſſis aliquis miretur, Capitula ipſa Canonicorum a ditione Epiſcopi ſui avulſa, ab uno interdum Metro- B polita ſuo pendere coeperunt eâ ipsâ de cauſsâ, ut ſibi caverent ab impotentia Paſtorum, quibus multum fortè cupiditatis, parum religionis ineſſet. Illuſtre nobis hujus rei exemplum ſe offert in eximio Collegio Canonicorum Veronenſium. Eorum inſtitutor *Rotaldus Epiſcopus*, vir ſumme pius (uti ex illius tabulis con- C ſtat, apud Ughellium legendis Tom. quincto Ital. Sacrae) Anno Chriſti DCCCXIII. ſtatuit, *ut Canonici ſanctae Veronenſis Eccleſiae ſint liberi, ſub jure & dominio Domini Patriarchae, praecavens, ne in futurum per deceſſum meum Succeſſores mei aliquam moleſtiam tam in Officiis quàm in Beneficiis, illis inferre poſſint*. Cur verò conſilium iſtud D Rataldus inierit, explicare ipſe videtur, quum ante mentionem fecerit, *inſtigante Diabolo, a meo Anteceſſore, ſcilicet ab Aldone, omnes res, quae ad ipſam ſanctam Dei Eccleſiam, bonorum devotione hominum, collatae fuerunt, deſtructos fuiſſe*. Quod tamen inſuetum in iis Rataldi literis occurrit, Libertas illa conceditur *per conſenſum* E *voluntatemque non ſolùm Domini Maxentii venerabilis Patriarchae*, ſcilicet Aquilejenſis (quod aequum erat) ſed etiam *Guidonis Cardinalis ſanctae Romanae Eccleſiae*, ac deinde Epiſcoporum aliquot Comprovincialium. Subſcribit idem *Guido* poſt Patriarcham, atque ante Epiſcopos, *rogatus a Rataldo Epiſcopo*. Quaerent alii, cur contra illius aevi mores praeceſſerit

in

in ſubſcribendo Cardinalis ſanctae Romanae Eccleſiae, Epiſcopis, quando is minime erat Apoſtolicae Sedis Legatus. Sunt & paucula alia, quae praetereo. Verùm turbidiſſimis iis Saeculis, & perditis moribus ubique diffuſis, ne ipſa quidem interdum protectio Apoſtolicae Sedis ſatis erat ad avertendam a ſacris Locis ſibi ſubjectis improborum violentiam. Unum exemplum proferam. Nobile ſacrarum Virginum Aſceterium, mihi ſupra memoratum, Ticini habetur, a *Senatoris* nomine adhuc appellatum, qui, uti referunt rerum Ticinenſium Scriptores, Liutprando Rege regnante circiter Annum DCCXV. illud excitavit. Hoc autem, aut in ejus fundatione, aut procedente tempore, uni Romano Pontifici ſubjectum fuit. Privilegium ſacro loco a Berengario II. atque Adelberto Regibus conceſſum ſupra attuli, ubi de eadem ſubjectione fit mentio. Rem tamen dilucidiorem facient tabulae Silveſtri II. Papae, quas autographas vidi in Archivo Parthenonis ejuſdem, ſed ita vetuſtate deformatas, ut multa in iis aciem meam oculorum fugerent. Rarum autem monumentum viſum eſt mihi, tum ex inſcripto Monogrammate Pontificis, ſimulque Ottonis III. Auguſti, tum ex plumbeâ Bullâ adhuc pendente e pergamena: nam paucas incolumes deprehendas in antiquorum Pontificum Chartis.

Literae Silveſtri II. Papae ad Ottonem III. Imperatorem, quibus ſignificat, ſe Epiſcopo Ticinenſi commendaſſe Monaſterium Monialium Ticinenſium, quod Senatoris appellatur, ipſumque rogat, ut hujuſmodi Conſtitutionem confirmet, Anno 1001.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Silveſter *ſervus ſervorum Dei* Apoſtolicae Sedis *humilis Epiſcopus* Ottoni Imperatori. *Paſtorali curâ ſemper vigilare ac laborare debitâ pro gregis ſalute decet, ut veſtro fulta preſidio noſtras Eccleſias protegere, tueri atque defendere noſtra ſtudeat providentia, ne iniquorum effrenata ſervicia, omnique timore libera, Deo famulantes ſua peragere officia impediat. Veſtris quippe Anteceſſoribus, veſtreque Imperiali majeſtati notum eſſe ſcimus*, Monaſterium, quod Senator pro remedio animae ſuae & cunctorum fidelium, in honorem Sancte Dei genitricis ſemperque Virginis Mariae Papiae conſtruxit, noſtre dicioni deditum eo tenore *ut pro tempore Abbatiſſam, ex eadem Congregatione electam ibi, que Sanctas Moniales regeret, conſecraremus*, & ab omni malorum hominum locum illum moleſtatione defenderemus. *Nunc verò . . . . . . Abbatiſſam & Sanctas Moniales Deo ſervientes, peſſimorum opprimente calumniâ, dum longe poſiti, ut decebat, defendere non potuimus: per interventum* Widonis noſtri Vicarii, ejuſdem loci Epiſcopi, *veſtrâ quoque Imperiali ſuggerente majeſtate*, illud Monaſterium Eccleſiae Sancti Syri conceſſimus, non ad dominium per ſubjectionem, neque per extra . . . . . dominationem, nec per aliquam conditionem, ſed ad ſolam conſecrationem & defenſionem, ut Paſtor Epiſcopus illius loci preſentem Abbatiſſam & Sanctas Moniales ab omni inquietudine defendant, *ita ut prefatus Epiſcopus, vel aliquis de Succeſſoribus alicui meorum Succeſſorum, aut Imperatorum, per ſcrip-*

tum


tum vel per aliquod ingenium . . . . . conſtituere fecerit, ſtatim Monaſterium noſtrae conſecrationis & veſtrae defenſionis revertatur. Quia nec nos, nec aliquis aliter, quàm bonae memoriae Senator cum de eo conſtituerit, audemus . . . . veſtram Imperialem deprecamur clementiam, ut noſtram Conſtitutionem veſtro corroboretis Precepto, & hanc firmetis rogo. *Si quis verò Epiſcopus, aut aliqua magna vel parva perſona bona ipſius Eccleſie diminuere aut devaſtare, vel aliquod tributum exigere preſumpſerit, anathematis vinculo ex parte S. Mariae, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium electorum Dei & noſtrâ, niſi reſipuerit, alligatum ſe ſciat, & cum Juda proditore Domini in eternum damnatum. Hoc quoque ut firmius habeatur, manu noſtra ſubter firmavimus, & noſtro ſigillo ſignavimus.*

Silveſter . . . . . . Epiſcopus *Virginis Dei Genitricis*  . . . . *& Sanctae Mariae manu propria corroboravimus.*

Imperatoris Ottonis . . . .  . . . . *ſignum*

Scriptum per manus Petri Scriptoris ſanctae Romanae Eccleſiae.
Confirmatum per manus Gregorii Cartarii ſanctae Apoſtolicae Sedis.
Actum hoc Romae, Anno Dominicae Incarnacionis Milleſimo Primo, Indictione Tertiadecima, Anno verò Pontificatus Silveſtri univerſalis Papae Quarto.

Sigillum plumbeum appenſum.



Vides vel ipſius Romani Pontificis auctoritatem, ut ut permaxima ſemper fuerit, non obſtitiſſe, quominus impii Aſceterium nobile Senatoris infeſtarent. Quare ſatius duxit Silveſter Papa Sanctimonialibus viciniorem

rem ac promtiorem quaerere protectorem, nihil tamen de jure Sanctae Sedis imminutum volens, quum Parthenonem Praeſuli Ticinenſi commendet. *Non ad dominum*, *inquit*, *per ſubjectionem, neque per extra ..... dominationem, nec per aliquam conditio-* A *nem, ſed ad ſolam conſecrationem & defenſionem*. Cum his cohaeret & altera Bulla ad idem Aſceterium ſpectans, quam omnibus communem volo, ex earumdem Monialium Archivo depromtam.

Alexandri II. Bulla confirmatoria omnium Privilegiorum & jurium Monaſterio ſacrarum Virginum Ticinenſium, quod appellatur Senatoris, Anno 1061.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Alexander *univerſalis* Papa. *Quoniam univerſae Eccleſiae toto Orbe diffuſae ſtudium, curam ac regimen divina diſpoſitione nobis habendum, etſi indigno, commiſſum videtur, pro quiete & pace Eccleſiarum in Dei peragendis laudibus, & noſtrum officium peragendo congauderemus, earumque calamitates & lapſus omni conamine ſuppoſitis humeris ſublevaremus, ſolerti ſtudio regere, gubernare, tueri, atque defendere eas, competenti labore inceſſanter noſtra paterna ſatagere debet cura, quatenus Dei opitulante clementiâ a luporum faucibus, quanto plus aliquam noſtrarum ovium repere indagant, tanto magis ſolerti cuſtodiâ eas protegamus, ut ad caulas veri Paſtoris illaeſas perducere poſſimus. Eapropter precibus* Luciae *venerabilis* Abbatiſſae, Romanae Sedis filiae, *ceterorumque Sororum ejus* Monaſterii Senatoris, *in honore beatiſſimae Dei genitricis Mariae conſtructi, aures noſtras accommodare non diſtulimus. Ut Senator conſtituit, multorumque noſtrorum Praedeceſſorum, & Regum auctoritate firmatum eſt, nulla Abbatiſſa illic ordinetur, niſi quam ſecundùm Regulam beati Benedicti univerſa ex eadem Congregatione Congregatio elegerit. Et res, quas Senator pro mercede animae ſuae ad a-* B *lendum Sanctimoniales, vel quidquid ibi Monachae ordinatae acquiſiverint, vel Dei miſericordiâ acquirere potuerunt, ut multorum Regum Praeceptis ſtatutum eſt, noſtrâ tuitione, protectione, atque curâ, omni moleſtiâ, Apoſtolicae Sedis auctoritate, immunes conſervare diſpoſuimus*, ut nec Ticinenſis praeſens Epiſcopus, *aut qui in antea ejus* C *vice ordinatus fuerit*, aliquam moleſtiam inferat, nec ullum dominium, nec aliquam ſubjectionem inde habeat, nec etiam celebrandi aliqua Officia intra teneatur Monaſterium, niſi causâ conſilii vel conſecrationis, cum invitatus fuerit. *Et ſi Ticinenſis preſens Epiſcopus, aut aliquis ex Succeſſoribus ſuis causâ ſuae auctoritatis vel* D *potentiae, aliter diſponere vel ordinare voluerit*, ſtatim Monaſterium per debitam obedientiam *noſtrae ditioni dimittat, quia nec nos, nec aliquis aliter quàm Senator bonae memoriae, cum Deo conſtituere valemus. Et res ſuas* in Dertonenſi Epiſcopatu *poſitas, ad utilitatem Sororum, videlicet Viqueria cum Capella Sancti Hilarii, Caſſellas,* E *& Fauratundum cum Capellis Sanctae Margharitae, cum integritate ſui honoris ſine omni moleſtia teneant. In* Parmenſi *territorio Rivum Nigrum & Coſticellam. In* Veronenſi Epiſcopatu *Curtem Codena & Ambariana, & terram,*

ram, quae Carcer appellatur, & terram, quae ad Arca-rupta dicitur, & terram, quae eſt ad Pontem juxta portam Civitatis. In Brixiano Epiſcopatu fictum olei, & terram, quae Acarſerria dicitur. In Laudenſi Epiſcopatu Villam Pulpignianam cum Capella Sancti Michaëlis, & Criſpiadem cum Sancti Andreae, & terram, quae ad Beccanellum & Bagnolum habetur. In Placentino Epiſcopatu Sarmitum cum Capella Sanctae Mariae, & terras, quae eſſe ad Cantuariam dicuntur, & Manſos tres ad Sanctum Georgium. In Cumano Epiſcopatu terram etiam cum portu & Curtem, quae eſt ſupra Lacum Cumanum, cum omni ſua integritate, Villam Neſſii in Valle Volterinae, cum Eccleſia Sanctae Aghatae de Vedeo, cum piſcharia, & cum Monte de Veterano, & aliis Eccleſiis, ſcilicet Sancta Maria de Maſſemanego, & Sanctus Julianus, qui eſt in Monte de Maſſemanego, & Sanctus Quiricus eſt juxta illum Montem, & confinis iſtarum Eccleſiarum eſt a mane Curtis de Rubino in monte & in plano eſt Epiſcopus de Laude, & a ſero de Coregho, & iſtae Terrae iſtarum Eccleſiarum tenentur ab omnibus partibus uſque in culmis, & a nullo hora tenent per totum uſque in Lacum: cohaeret de Monte Veterano a monte Vallis grandis, quae dicitur Vallis Major, & aqua, quae dicitur Bidus, a ſero per totum Vallis Malla a fundo Aquaegrandae uſque ad culmen, & uſque in cimam culminis. In Mediolanenſi Archiepiſcopatu Purlicia cum Capellis octo, & Alpes in Camuſſia, & Lagum Lugnaſcum cum piſcaria & nave quocumque velit ire, & flumen Cuſin cum piſcaria. In Taurinenſi territorio terram de Vanglo, & quae in Sanctadona habentur. In Monarchia adhuc Regia viginti quinque manſos cum Capella San-

A cti Johannis. In Ticinenſi ſuburbio Eccleſiam Sancti Georgi & Sancti Patritii, in Roncalia tres Maſſaritias ex parte Regia. In Pado piſcheria, quae dicitur Collateralii. Vel quidquid habere videntur tam intra Civitatem Papiae, quamque & foris, vel ubicumque per loca infra Italicum Regnum habent, vel Deo annuente juſte acquirere potue- B rint, omni remota moleſtia, cum integritate ſui honoris teneant atque poſſideant, nec ulla magna vel parva perſona eas moleſtare praeſumat. Si quis hujus noſtrae inſtitutionis paginam aliquo ingenio violare praeſumpſerit, ex parte Dei omnipotentis, & beatae Virginis Mariae, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium San- C ctorum, nec non & Apoſtolicae Sedis & noſtra, ſciat ſe anathematis vinculo alligatum eſſe, atque cum Juda proditore, & cum omnibus reprobis, niſi reſipuerit, in futuro Judicio ante tribunal Domini Maledicionis ſententiam percipiat, & poenae nomine centum Libras auri componat, medietatem Papae Apoſtolicae Sedis, & medietatem Mona- D chabus, quae inibi ordinatae fuerint. Hoc verò ut habeatur firmius, nos propria manu ſubter firmavimus, ac noſtri ſigilli notatione inſigniri fecimus.

Ego Alexander humilis Apoſtolicae Sedis Epiſcopus hoc Privilegium Beatae Mariae & beati Aureliani manu propria confirmavi.

Scriptum per manus Johannis Scri- E ptoris dictae Romanae Eccleſiae.

Confirmatum per manus Gregorii Epiſcopi & Cardinalis ſanctae Apoſtolicae Sedis.

Ego Johannes, quamvis indignus Epiſcopus & Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Stephanus Diaconus & Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Benedictus Diaconus & Capellanus ſubſcripſi.

✠ *Ego Petrus Subdiaconus Romanae Eccleſiae ſubſcripſi.*

Datum Laterani VI. Calendas Maji, Anno Pontificatus antedicti Alexandri Papae XII. Anno Dominicae Incarnationis MLXI. Indictione XIII.

A Immo & ipſi Imperatores agnovere, nullum Ticinenſi Epiſcopo jus fuiſſe in Monaſterium Senatoris, uti ſubſequens Diploma palam faciet, cujus apographum Sanctimoniales illae oculis meis ſubjecere.

Confirmatio Privilegiorum & jurium facta ab Henrico Rege III. Imperatore II. Monaſterio Monialium Ticinenſium, quod appellatur Senatoris, Anno 1054.

I*N nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Si locis divinis cultibus mancipatis aliquod ex noſtrae liberalitatis munificentia praeſidium vel beneficium impendimus, & ad Imperii noſtri dignitatem, & utriuſque vitae felicitatem nobis profuturum confidimus. Quapropter omnium Chriſti noſtrorumque fidelium tam futurorum quàm preſentium ſolers induſtria noverit, qualiter* Monaſterium, *quod dicitur* Senatoris, *infra Ticinenſem Urbem conſtructum, & Deo dicatum in honorem beatae Dei Genitricis ſemper Virginis Mariae, interveniente noſtro Cancellario Hercilone, & obtutibus noſtris offerente Praecepta Praedeceſſorum noſtrorum Imperatorum ac Regum,* noſtrae libertati & dominio, ſicuti ſemper Regale fuit, reſtituimus. *Inter haec juſſimus cernere Praeceptum ſanctae memoriae anteceſſoris noſtri* Ottonis Imperatoris, *quatenus eidem almae Congregationi ſecundùm haec confirmationis & tuitionis fieri juberemus Praeceptum. Quod e veſtigio ſcribere juſſimus, videlicet animae noſtrae remedium conſiderantes, & ſtatum Imperii noſtri ſublimare cupientes, eo ordine, ut ipſa* Lucia Abbatiſſa, *ceteraeque, quas Deus ibi ordinaverit, cum omni Congregatione inte-* B *gram teneant Abbatiam cum omnibus adjacentiis & pertinentiis ſuis infra Regnum Italicum, cum omnibus mobilibus & immobilibus rebus, quae dici vel nominari poſſint, liberis, ſervis utriuſque ſexus, aldionibus & aldianis, ejuſdem Senatoris Coenobii terram habitantibus,* & ut nulla magna vel parva perſona noſtri Regni eoſdem C homines liberos & ſervos legem facere, aut diſtringere pro aliquo minus (*) facto compellat, *niſi Advocatus, cui ipſa Abbatiſſa junxerit officium. Ipſe autem ex noſtro Praecepto habeat poteſtatem, omnem rationem hominum ſaepe dicto Coenobio ſubjectorum definiendi, ſicut ante noſtram praeſentiam, aut noſtri Comitis Palatii, vel noſtri* D *Miſſi........... Caſtellis, Capellis, & Caſis tam infra Civitatem quàm extra, ubique locorum poſitis:* in quas nullus praeſumat noſtri Regni incola ingredi ad hoſpitandum, aut paratas, ſeu parafredos acquirendos, ſive fidejuſſores tollendos, aut ullum colonaticum exigendum. Nec Papienſis Epiſcopus *praeſens, aut qui in antea ejus vice* E *ordinatus fuerit*, praefatae Luciae Abbatiſſae, aut ſuis ſucceſſoribus aliquam moleſtiam inferat, nec causâ celebrandi aliqua officia ingrediatur Monaſterium, ſeu ſacrationem ejus, verùm etiam aliquam ſubjectionem exqui-

(*) *pro* misfacto, *unde vox Italica* Misfatto.

exquirere, niſi ſupradictae Abbatiſſae, aut ſuarum ſucceſſorum petitione, aliquo modo praeſumat, *ſed ſicut in teſtamento Senatoris diffinitum eſt, inconvulſum permaneat.*

Volumus & jubemus firmiter Caſis, Curtis, hortis, vineis, paſcuis, pratis, cultis & incultis, ſilvis propriis, & a noſtris Anteceſſoribus conceſſis, ut in Carbonaria, & in Gajo, ſecundùm Abbatiſſae libitum ſive caedere ligna annuatim jubeat, omnium hominum remota contradictione, buſcalibus, ſtallareis, viis publicis, ac ſtentas venationibus, piſcationibus fluviorum & lacuum, praeſertim in Pado & Ticino & in Lacu Luanaſco, ſeu in Cumano, tam in Portu Cucio quàm in Portibus antedictorum fluviorum & lacuum, in ripis, aut ubicumque neceſſe fuerit figere naves ac conſiſtere, abſque redditu & teloneo quoque, omni tempore liceat. *Confirmamus etiam eidem Coenobio duo Vada ad piſcandum in fluvio Pado, unum quod nominatur Aceri, de fine Caputlactis uſque in fluvio Corionae, ſimul cum ripariis, alterum verò in Kallendaſco, de fine Caputcariddi uſque in finem Caputhominis deſuper, una cum ripariis, molendinis, aquis, aquarum ductibus, fontaneis, puteis.* Amputandis omnibus hominibus fatigationibus, *confirmamus Curtem in Sala, unde jam multae altercationes contra partem hujus Coenobii non naturali Lege exortae fuerunt, ſed legaliter pars hujus Coenobii victor extitit, ac ita fruatur & potiatur in perpetuum, noſtra Regalis dignitas aſtipulatur,* abſque inquietudine alicujus hominis, aut Epiſcopi Terdonenſis, *aut in circum locis poſitis, videlicet, tam infra Caſtrum Viqueriae quàm extra, in manſionibus, aut in aquarum ductibus ſeu viis publicis. Preterea corroboramus tria Maſſaricia a bonae memo-*

A *riae* majoris Ottonis Imperatoris *dono, &* Aldegeide Imperatrice *huic Monaſterio conceſſa, ſita in loco, qui Roncalia dicitur, integre cum omnibus pertinentibus, & ad ſe reſpicientibus, ut ſecuriter teneat, omnium hominum ſublatâ contradictione, eâ gratiâ,* ut nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, B Sculdaſcius, Gaſtaldius, aut aliquis publicae rei exactor, parva magnaque noſtri Regni perſona inquietare aut moleſtare praeſumat, ſive diſveſtire de ſupradictis rebus illius Senatoris Coenobii praenominatam Abbatiſſam ſive Succeſſores ejus, aut ſibi ſubjectas, liberos, aut ſervos utriuſque ordinis........... *inventus fuerit* C *rit*............... *contra hoc Praeceptum hujus confirmationis & tuitionis facere ſe oſtenderit, ſciat ſe compoſiturum centum Libras auri optimi, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedictae Abbatiſſae & Succeſſoribus ejus. Et ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu noſtra propria ſubter confirmantes,* D *ſigillo noſtro ſignari juſſimus.*

Signum Domni Henrici Tertii Regis invictiſſimi, Secundi Imperatoris Auguſti.

Hercilo Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovi.

Data XI. Kalendarum Maji, Anno Dominicae Incarnationis MLIIII. Indictione VI. Anno autem Domini Henri- E *ci Tertii Regis, Imperatoris autem Secundi, ordinationis ejus XXV. Regni quidem XIII. Imperii verò VII.*

Actum Turego in Dei nomine feliciter. Amen.


Ita videas, Monaſterium Sanctimonialium Sancti Martini de Agello, quod in Lucenſi aut Maſſenſi agro conditum fuiſſe videtur, *ſpecia-*

liter Beati Petri (ideſt Apoſtolicae Sedis) *extitiſſe*. Eſt hoc diſertis verbis expreſſum in literis Eugenii III. quas autographas deprehendi Lucae in inſigni Aſceterio ſacrarum Virginum Sanctae Juſtinae.

Eugenii III. Papae Bulla pro Monaſterio Sanctimonialium Sancti Martini de Agello, Anno 1148.

EUgenius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus* Agneti Abbatiſſe Monaſterii Sancti Martini de Agello, *ejuſque Sororibus tam preſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Prudentibus virginibus, quae accenſis lampadibus per opera ſanctitatis ſe preparant ire obviam Sponſo, Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne fortè cuilibet temeritatis incurſus eis a propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacre religionis infringat. Eapropter, dilecte in Domino filie, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus*, & prefatum Monaſterium Sancti Martini de Agello, quod ſpecialiter beati Petri juris exiſtit, *in quo divino eſtis obſequio mancipate*, ſub beati Petri, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, *& preſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum, & beati Benedicti Regulam, in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, vel in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo Monaſterium veſtrum ſitum eſt, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis: terras, vineas, decimas, & redditus veſtras, & alia omnia, quae ad Monaſterium dictum pertinere noſcuntur apud Maſſam Marchionum: Eccleſiam Sancti Panbratii: & Eccleſiam Sancti Remigii: & omnes res ſeu bona, que Jolicta, relicta quondam Ubaldi & Sigifredi de Bozano, predicto Monaſterio donationis ſeu oblationis titulo tradiderunt, prefato Monaſterio preſenti ſcripto firmamus. Sane terrarum veſtrarum, quas nunc poſſidetis, ſive in antea poſſidebitis, quocumque jure juſte queſitas, & quas de novo excolitis, vel in poſterum excoletis*, ſecundùm conſuetudinem hactenus obſervatam, nullus a vobis decimas preſumat exigere. *Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas e Seculo fugientes ad converſionem recipere, & eas ſine contradictione qualibet retinere. Porro ſepulturam ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum qui ſe illuc ſepelliri deliberaverunt, devotioni & extreme voluntati, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſunt, nullus obſiſtat: ſalvâ tamen illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur in parte teſtamenti canonici portione*. Libertatem & Immunitatem vobis a Dioceſano Epiſcopo indulgemus. *Oleum quoque infirmorum, & ordinationes Clericorum veſtrorum a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & ea gratis & abſque pravitate aliqua vobis volumus exhiberi: alioquin quem malueritis, Catholicum adeatis Antiſtitem, qui noſtrâ*

ſtrâ ſaltus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. In prenominatis etiam Eccleſiis ſit vobis facultas canonice ponendi Presbiteros, quemadmodum legitime uſque ad hec tempora noſcimini tenuiſſe. Precipimus etiam, ut nullus Eccleſias eidem Cenobio pertinentes, quas in preſentiarum juſte & canonice poſſidetis, aut in futurum acquirere contigerit, inquietare, vel in ipſis Domino famulantibus, aut rebus eorum injuriam vel moleſtiam irrogare, ſeu novas & indebitas exactiones ipſis preſumat imponere. Libertates inſuper & immunitates antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſie veſtre conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque futuris temporibus illibatas manere cenſemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia illibata & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salvâ in omnibus Apoſtolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularive perſona &c.



Ego Eugenius Catholicae Eccleſie Epiſcopus *ſubſcripſi*.

Bene valete.

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hubaldus Presbiter Cardinalis titulo Sanctorum Johannis & Pauli ſubſcripſi.
Ego Julius Presbiter Cardinalis titulo Sancti Marcelli ſubſcripſi, &c.
Datum Piſis per manum Guidonis ſanctae Romanae Eccleſiae Diaconi Cardinalis & Cancellarii. XIIII. Kalendas Decembris, Indictione XII. Incarnationis Dominicae Anno MCXLVIII. Pontificatus verò Domni Eugenii Papae Tertii Anno Quarto.

Ampliſſimi quoque Monaſterii Pompoſiani, nunc in Ferrarienſi agro ſiti, alibi facta eſt mihi mentio, illiuſque jura in Eccleſias Parochiales eidem ſubjectas demonſtrata, exclusâ poteſtate Comaclenſis Epiſcopi, ac Ravennatis Archiepiſcopi. Erat enim immediate ſuppoſitum ſanctae Sedi Romanae. Quàm verò antiquum fuerit in eumdem celeberrimum locum Pontificum Romanorum jus atque poteſtas, indicabunt literae Johannis VIII. Papae ad Ludovicum II. Auguſtum datae Anno DCCCLXXIV. atque editae a Baluzio Tomo Quinto Miſcellaneor. pag. 484. *Monaſterium*, inquit, *Sanctae Mariae in Comaculo quod Pompoſia dicitur, & Monaſterium Sancti Salvatoris in Monte Feretri &c. Ravennati Archiepiſcopo non*

non abſtulimus, ſed ea Monaſteria & loca ab Anteceſſoribus noſtris poſſeſſa reperientes poſſedimus, hactenuſque jure proprio retinemus. Verum quidem eſt, ab Ottone III. & reliquis Auguſtis Pomposianum Coenobium, tanquam Imperiale, fuiſſe recognitum. Sed hoc minime obſtitit, quo minus antea ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit. Nullus igitur dubitandi locus eſt, quin etiam antiquis Saeculis, hoc eſt, Nono & Decimo Aerae Vulgaris, Monaſteria numerarentur, quae a juriſdictione Epiſcopi avulſa, aut ſub tuitione tantùm Regum eſſent, aut regimini duntaxat atque auctoritati parerent Archiepiſcopi, ſive Romani Pontificis. Certa hujus ritus exempla & documenta apud Mabillonium exſtant in Annalibus Benedictinis. Verumtamen quicumque ejuſmodi Libertatis Privilegia oſtentant, ab exordio ſuo, & antiquiſſimis ipſis Seculis impetrata, non continuo audiendi ſunt, neque e veſtigio eorum Chartis habenda fides, ſed circumſpecto judicio in earum examine eſt procedendum. Quamvis enim celeberrimus idem hujuſce eruditionis cultor atque Magiſter, Mabillonius Lib. primo de Re Diplomaticâ antiquitatem ejuſmodi Privilegiorum oſtenderit, non is tamen negat, quin & falſa aut ſuſpecta Privilegia supereſſe poſſint, immo ſuperſint. Jam Gregorii Magni Privilegium *Monaſterio Sancti Medardi* conceſſum eruditi viri tanquam ſpurium aut dubium abjecere. In eumdem cenſum illegitimae originis alii rejecere Privilegia, quae *Coenobio Sancti Dionyſii* Pariſiis fundato conceſſa feruntur a Landerico Pariſienſi Epiſcopo, atque a Stephano II. & Hadriano I. Pontificibus Romanis. Ejuſdem praeterea fraudis accuſatur al-

A terum, quod *Monaſterio Turonenſi Sancti Martini* conlatum ab eodem Hadriano I. traditur. Equidem novi, exſtare Ludovici Pii Diploma Anno DCCCXXXI. ſcriptum, atque editum, Tom. primo Veter. Scriptor. P. Martene, pag. 87. ubi Monaſterium illud *per Privilegium Caroli Imperatoris, necnon etiam per Apoſtolica Privi-*

B *legia, a dominatione Epiſcopi Turonicae Urbis uſque nunc fuiſſe liberum* dicitur. Verùm an Privilegium illud plane ſit concors cum altero Caroli Calvi Anni DCCCXLV. ubi decernitur, ut Epiſcopus Turonenſis *non plus dominari in praefato Monaſterio praeſumat, niſi ſicut praedeceſſores ſui fecerunt*, aliis perpendendum relinquo.

C Quei etiam Turonenſes Monachi, ſeu Canonici, priora cuſtodierint Privilegia; quandoquidem Nortmanni & Monaſterium & Chartas uno excidio concremaverunt, itidem Eruditi decernent. Vide Diſſertat. XXXIV. *de Diplomatis Farſenſis* quoque *Monaſterii*. Libertatem primitivam, a Johanne VII. Papa ſtabilitam, nutare animadverti Part. II.

D Tomi II. Rerum Italicarum pag. 331. Neque fortaſſe ſincerior, quae de *Vulturnenſi Coenobio* a me edita fuit Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 355. Quid plura? Vulgata eſt Bulla quaedam Pontificia, cujus ſinceritatem nemo in dubium revocat, & per quam inſigne quoddam Italiae Mo-

E naſterium juri Epiſcopi ſubtrahitur, atque unius Apoſtolicae Sedis ditioni ſubditur. Verùm hanc omnino ſuppoſititiam ego deprehendi: idque nemo non agnoſceret, ſi Privilegium ipſum ita typis fuiſſet traditum, quale in membranis legitur. Eoque evidentius eadem veritas pateret, ſimul prodiiſſet altera Charta, per quam Metropolitanus Coenobium illud ii-

ſdem

ſdem temporibus a ditione Epiſcopi avulſum, uni ſuae in poſterum vult auctoritati ſubjectum.

Quod ubi animadverti, fateor, ingeſta mihi eſt dubitatio de quibuſdam aliis id genus antiquiſſimis Privilegiis. Ughellii Italiam Sacram ſtatue tibi ante oculos Tom. 4. in Catalog. Epiſcopor. Bobienſium, atque intente decretum Sancti Columbani, & Privilegia a Gregorio Magno, ac Theodoro I. Romanis Pontificibus conceſſa ſcrutare, quibus celeberrimum Bobienſe Monaſterium uni Apoſtolicae Sedi obnoxium deinceps fore decernitur. Atqui in eis pugnantia cum Chronologia ac illius Saeculi moribus offendes. Sanctus Columba, ſive Columbanus, Monaſterium illud *ſub defenſione & immunitate ſanctiſſime Sedis Apoſtolicae conſtituit Anno IV. Gregorii ſummi Pontificis, Indictione III.* quum tamen Anno Quarto Pontificatus Gregorii Magni, ideſt Anno DXCIII. decurreret *Indictio IX.* aut *X.* Scripta etiam dicitur Charta *ſub die III. Menſis Novembris*, quaſi tunc in uſu non fuerit per Kalendas, Nonas, & Idus, diſtinguere dies Menſis. Ibi commemoratur Praeceptum ac donatio facta ab *Agilulfo Rege:* ac deinde ipſum Praeceptum additur, quod tamen *Indictione Quincta* emiſſum dicitur, hoc eſt Anno DCII. ac proinde longe poſterius. Ughellius ipſe a ſe impetrare non potuit, quin Privilegium, quod a Theodoro Papa Bobuleno Abbati conceſſum fertur, editumque eſt etiam in Bullar. Caſinenſ. Tom. primo, ſuſpectum, immo vitiatum opinaretur, ac praecipue ob illa verba: *In quo Monaſterio Monachi ſub Regula ſanctae memoriae Benedicti, vel praedicti Reverendiſſimi Columbani fundatoris loci illius, converſari videntur.* Quum enim Bobienſibus Monachis ſuam Regulam Sanctus Columbanus praeſcripſerit a Benedictina diverſam, ac vivere deſierit Anno Chriſti DCXV. vix credibile eſt, ut ii Anno DCXLIII. quo data dicitur eadem Bulla, Sancti Benedicti Regulam adoptarint, priorique etiam antepoſuerint. Attamen quando Clariſs. Mabillonius in Praefatione ad Seculum II. Benedictinum, & in Annalib. Benedictinis ad Annum DCXII. DCXXV. & DCXL. ut hoſce nodos ſolveret, multa attulit: ajo, nihil aliud exigi ad dignoſcendam illius Bullae aut fictum aut interpolatum textum, quàm intueri ibi conſtitutum, *ut liceat Abbati ejuſdem venerabilis Loci Mitrâ & aliis Pontificalibus uti*. Nullus unquam, puto, oſtendet, Seculis iis ornamenta haec Abbati cuiquam in uſu fuiſſe. Ipſe etiam Mabillonius ad Annum DCCCLX. plurimùm de fide dubitat Privilegii a Thadone Mediolanenſi Archiepiſcopo conceſſi Petro Abbati Monaſterii Ambroſiani, & a Puricellio in Monument. Baſilic. Ambroſianae evulgati, ubi eidem indulgetur, ut diebus Dominicis *indutus ſandaliis, ceteriſque Epiſcopalibus ornamentis* divinum officium celebret: *quod*, ait Mabillonius, *novum omnino, & pro tempore inſolitum eſt*. Quae tamen ita a me dicta velim, ut ſimul fatear, nihil iſtâ de cauſsâ detractum iri dignitati ampliſſimi Monaſterii Bobienſis, digni profectò, quod omnes, atque ego in primis, ament ac ſumme venerentur, tum propter illuſtrem ejus originem a ſanctiſſimo viro, cujus ſacrum Corpus ibi requieſcit, tum propter eximiam antiquitatem, & complura in illud Coenobium vel ipſis antiquis Seculis conlata Privilegia. Lubentiſſime

quippe

quippe fateor, ab Honorio I. Papa conceſſum fuiſſe poſtea, Anno Chriſti DCXXVIII. Bertulfo Abbati Privilegium immunitatis ejuſdem Monaſterii. Neque enim de hujuſmodi veritate dubitare nos ſinit Jonas Bobienſis Monachus, & quidem ſynchronus, ipſiuſque Bertulfi comes in itinere ſuſcepto ad Apoſtolorum limina, uti conſtat ex ejuſdem Bertulfi Vitâ, ab ipſo Jonâ literis conſignatâ, atque a Surio & Mabillonio evulgatâ. Bullam Honorii ab Ughellio editam Tom. 4. Ital. Sacr. & in Bullar. Caſinenſi, quanquam multis erroribus ob Librariorum incuriam ſcateat, ego intactam praetereo. At non omnia amplector, quae tanquam vetuſtiſſima monumenta produntur, & ſerius interdum conficta fuere, ſive ut rei verae ante aliquot Saecula factae fidem tabulae poſteriores facerent, ſive ut praeſens decus ad anteriora quoque tempora pertinuiſſe perſuadeatur. Nam Diploma *Adalualdi Langobardorum Regis*, eidem *Bertulfo* datum, quod idem Ughellius, & Margarinus protulere, neſcio, an quiſquam praeſtare poſſit ſincerum antiquitatis foetum, quum *Attala Abbas* eidem Adalualdo Regi ſuperſtes fuerit, uti Mabillonius ipſe fatetur, ac proinde ab eo Rege *Bertulfus* Attalae ſucceſſor Privilegia conſequi non potuerit. Vide tamen, quae Pagius habet ad Annum Chriſti DCXXVI. neque enim his immorari diutius vacat. Inſigni autem Coenobio Bobienſi tunc Immunitatem conceſſam, & negatum Dertonenſi Epiſcopo jus in Congregationem illam, par eſt credere, quod Sanctus Columbanus inhoſpitum locum, ac nulli antea obnoxium, ſibi datum, religione & culturâ ornaſſet, & Coenobia *procul ab Urbibus*, ut Jonas ait, condita, *Epiſcopali non deberent miniſtrare dominio*. Saeculo autem Chriſti Undecimo ita compoſita fuit Dioeceſis Monaſterii Bobienſis, ut novo Epiſcopatui inſtituendo cauſſam dederit.

Supra etiam omnia Italiae Monaſteria obſequium a nobis exigit nobiliſſimum Caſinenſe, eximium caput Ordinis Benedictini, nunquam ſatis laudandi. Attamen quod Baronius, Boſchius, & Gallonius antea fecere, licere puto facere & mihi. Hoc eſt in dubium revocare Bullam Zachariae Papae, Anno, ut ajunt, DCCXLII. eidem Coenobio conceſſam, a Leone Marſicano memoratam, atque a Margarino editam Tom. primo & ſecundo Bullarii Caſinenſis. Quamvis enim Lauretus ſibi viſus ſit a praeſtantium virorum cenſurâ monumentum illud ſatis commode vindicaſſe, nihilo tamen ſecius tanta illic narrationis affectatio ſe prodit, ut neminem in illius ſententiam conceſſurum unquam arbitrer. Mitto Chronologicas notas, quae variae in variis editionibus occurrunt; uti & ibi ſcriptum, *Petronacem a Gregorio III. Papa praedeceſſore, ad reſtaurandum ſacrum locum fuiſſe directum*, quum ex iis, quae Peregrinius habet in Serie Abbatum Caſinenſium Tom. V. Rer. Italicarum, conſtare videatur, id factum ſedente in Romana Sede Gregorio II. Romano Pontifice. Verùm, ut ad alia progrediar, celeberrimus Mabillonius in Annalib. Benedictinis ad Annum DCXLI. Privilegia duo informia commemorat, tum illa in Appendice num. 17. & 18. profert, quae Johannes Papa IV. largitus eſt Parthenoni Sanctae Columbae, & inſigni Monaſterio Luxovienſi. Attamen ibi deprehendas quae ingerant ſuſpi-

ſuſpicionem figmenti, uti ſunt verba illa: *Profectò cuncti & plerique Praeceſſores noſtri per praeterita tempora Apoſtolicae Sedis Praeſules, non ſolùm ſub ditione noſtra conſtitutis, ſed etiam in ceteris regionibus poſitis poſtulata ſemper indulgenda ſanxerunt, praeſertim in regione Francorum, dum profectò cuncta uſque ad fines terrae & Oceani maris terminum ſub beati Petri Principis Apoſtolorum Ditione conſiſtant.* Infra etiam meminit, *haut procul a noſtris temporibus Benedicti Abbatis iſtius Romae hujus Urbis.* Plura non addo; ſimulque aliis perpendenda relinquo Privilegia Apoſtolicae Sedis, quae in Bullario Caſinenſi exhibentur conceſſa Anno Chriſti DCCLXIII. Monaſterio Brixiano Sanctae Juliae, tum Anno DCCCXXXV. Coenobio Peruſino Sancti Petri: quod poſtremum conferendum cum altero edito Part. 2. Conſtitution. 72. & ſupra nobis memorato; nam cum eo pugnare reperies. Haec certe, quae hactenus innui, ita me ancipitem faciunt, ut ne inducar quidem, niſi titubando, ad fidem adjungendam Privilegio, quod celebri Monaſterio Fuldenſi a Zacharia ſummo Pontifice conceſſum traditur Anno Chriſti DCCLI. primumque a Thomaſſino, Floriaco, aliiſque putatur, quod ab Epiſcoporum jure avulſum, uni Apoſtolicae Sedi ſubeſſe coeperit. Pluries illud editum fuit. Quanquam enim Mabillonio viſa ſit illius certa ac legitima origo, eamque pronuntiarit *a nemine in dubium revocari poſſe;* mihi tamen videor ſentire in illo Formularium, non Octavi Saeculi, ſed quidem Undecimi. Notae verò Chronologicae facile aſſui aliunde potuerunt, hoc eſt deſcribendo ejuſdem Zachariae Papae literas, quibus Archiepiſcopatus Moguntini in-

A ſtitutionem confirmavit; ſiquidem & in iis literis notae ſuppoſititiae non ſint: qua de re conſulendus eſt Pagius ad eumdem Annum DCCLI. num. 8. & 9. Pari etiam modo confingi potuit Pippini Regis Diploma, quod ſine *Datâ* circumfertur, quo illud ipſum Zachariae Pontificis Privilegium roboratur. In Actis etiam
B Sanctorum Tom. 6. Maii, Clariſs. P. Henſchenius Vitam Sancti Aldhelmi Schireburnenſis, a Monacho quodam Malmesburienſi ſcriptam, evulgavit ſub finem Seculi a Chriſto nato Undecimi, aut initium ſequentis. Floruit autem Sanctus Aldhelmus in Anglia, ſive in Britannia, circiter Annum Chriſti DCC. atque
C is a Sergio Papa petiit atque impetravit *edictum, ſummi Patris auctoritate ſancitum, quatenus Monaſteria, quae Deo annuente ſolicitâ mente gubernabat, ab omni Saeculari ſervitio redderet abſoluta, Epiſcoporumque cathedris, juſſis, & Synodis. Et ſi quando aliquo Ordine Eccleſiaſtico, vel etiam indigerent Presbytero, a quocum-*
D *que vellent, illum facerent ordinari, Catholico tamen exiſtente Epiſcopo. Si autem religioſum Abbatem obire contingeret, & ad alterius electionem ventum eſſet, illum, quem religioſa Congregatio ſervorum Dei eligeret omnium communi conſilio, hunc e veſtigio promovendum.* Haec profectò Saeculum Undecimum ſapiunt. Ceterum ſi quis
E alia petat ſpuriorum ejuſmodi, aut dubiorum Diplomatum exempla, adeat Hiſtoricas Vindicias pro Conrigii cenſurâ in Diploma Lindavienſe, ubi collectae habentur id genus merces non paucae.

Sed jam longius quàm neceſſe eſt, excurrit oratio. Quod ſi petat aliquis, cur nonnulla antiquiſſima & clariſſima Monaſteria, quibus ad prae-

claram dignitatem tuendam nihil erat opus figmentis, ſerius ſibi conſtruxerint ampliſſima Privilegia, tanquam ipſis remotioribus Seculis conſcripta: ſecum, quaeſo, animo reputet, quinam ſint mores infirmitatis & cupiditatis humanae. Nullo quippe tempore deſiderati ſunt, qui non contenti ſplendore fortunae praeſentis, ac verae antiquitatis ac nobilitatis, fabulas etiam & commenta amarunt, ut ſibi aut aliis perſuaderent, ante plurima Secula non diſparem fuiſſe dignitatis ſuae magnificentiam. Quot fabellae narrentur de origine Urbium, Eccleſiarum, Familiarum nobilium, ipſorumque Ordinum Religioſorum, jam norunt Eruditi viri. Accedit, quod inter Epiſcopos & Abbates controverſiae de libertate aut ſubjectione Monaſteriorum obortae aliquando ſunt; atque ad has tollendas non incongruum cenſuerunt aliqui aut fabricare, aut ab aliis confictas accipere tabulas, quibus ſeſe validius, antiquitatem Privilegiorum ac Libertatis promendo, in pugna tuerentur, aut tutius deſiderata impetrarent. Ceterum uti jam diſertiſſime faſſus ſum, ante Saeculum Undecimum Monaſteria non

A pauca fuere, quae ab Epiſcoporum ditione abſtracta, ſub unius Metropolitae, aut Sanctae Romanae Sedis patrocinio ac jure degebant. Idque etiam confirmari poteſt ex Supplemento Diurni Romanorum Pontificum, quod Mabillonius evulgavit Part. 2. Itinerar. Italic. pag. 33. Ibi legas *Privilegium Apoſtolicae auctoritatis* B pro Monaſterio Plumbariolae ſito in agro Aquinenſi. Vetuſtiſſimum fuiſſe videtur ejuſmodi Privilegium. Nunc autem repeto, Privilegiorum id genus numerum Saeculo Chriſti Undecimo ac ſubſequenti mirum in modum creviſſe, pleriſque curantibus ut in Libertatem aſſurgerent, unumque dominum ac patronum agnoſcerent Romanum Pontificem. C Explorandum tamen adhuc reſtat, an quae Monaſteria & Eccleſiae Immunitate ejuſmodi olim fruebantur, prorſus abſoluta fuerint officio omni erga Epiſcopum, in cujus Dioeceſi exſiſtebant. Profecto non totum jus Epiſcoporum excidiſſe videtur; idque patere poterit perpendenti Chartam, cujus vetuſtiſſimum apographum D Veronae vidi in Archivo Monachorum Montis Oliveti Sanctae Mariae ad Organum.

Johannis Patriarchae Aquilejenſis ſententia in Synodo Veronenſi pro Otberto illius Civitatis Epiſcopo contra Clericos quarumdam Eccleſiarum, Privilegia & exemtionem jactantes, Anno 995.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejus DCCCCXCV. Indictione VIII. die Vigeſimotercio Menſis Novembris. Dum in Dei nomine* Johannes Patriarcha *Sancte* Aquilegenſis Aeccleſiae *in Sinodo reſideret in Eccleſia Beatae Mariae ſitae in Civitate Veronae cum coetu Aepiſcoporum, Sacerdotum, ſeu Levitarum: ſurgens*

E Otbertus Epiſcopus ejuſdem Sedis beatae Mariae, *queri cepit contra eundem Johannem Patriarcham* de Clericis habitantibus in titulis ipſius Monaſterii Sanctae Mariae antiquae, & Sanctae Margaritae, *quia ipſi ſecundùm Canonicam traditionem, & antiquam conſuetudinem ſibi obedire vetarent, ita ut nec ad Sinodum, nec ad Pre-*

Proceſſionem ipſius venire vellent, nec illud obſervare, quod ceteri tituli de eadem Civitate faciunt, ſcilicet & Miſſas publicas precipuis Feſtis interdictis ab Epiſcopo facere non deberent. Ad hec idem Patriarcha reſpondens agebat, quod hic eſſet antiquus mos, ut homines ſui titulari agere deberent. Tunc Lambertus Epiſcopus Vicentinus *ſurgens ait:* Scio, quod me in hac Aecclefia Archidiacono manente, Clerici predictarum Aecclefiarum prelibata ſervitia Epiſcopo hujus noſtrae Aecclefiae exhibebant. *Id ipſum etiam Presbiteri & Diaconi prenominatae Veronenſis Aecclefiae dixerunt. Tunc prefatus Patriarcha videns, quod rectum & canonicum erat, quod ipſe Epiſcopus ſciebat, conſultu omnium Epiſcoporum ac Sacerdotum, qui in eodem Concilio reſidebant, ſtatuit* ut deinceps Clerici de prefatis ſuis titulis parati eſſent obedire Veronenſi Epiſcopo tam in Sinodali advocatione, quàmque & in Proceſſionis honore, ſeu etiam in Miſſarum, cum ab eodem Epiſcopo interdictum ſollemnibus Feſtis noverint, obſervatione. *Verùm ſi aliquid a quoquam objectum fuerit*, vel ſi Epiſcopus ejuſdem Sedis illos ad Placitum ducere voluerit, nulli ſuorum Clericorum poteſtatem illos corrigendi vel diſtringendi tribuat, ſed Advocato Abbate Sanctae Mariae, qui pro tempore fuerit, in Organo, quic quid juſtum & Canonicum eſt, eo definiat. *Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur pro futuris temporibus, idem Patriarcha cum ceteris Epiſcopis, qui in eodem Concilio adfuerunt, propriis manibus ſubſcribentes hanc diffinitionis cartulam roborarunt.*

Ego Johannes Patriarcha *conſenſi & ſubſcripſi.*

Ego Johannes Epiſcopus *interfui.*

A *Ego* Sicardus Epiſcopus *interfui & ſubſcripſi.*

Rozo Tarviſianenſis Eccleſiae Epiſcopus *interfui & ſubſcripſi.*

Rainoardus Tridentinus Epiſcopus *interfuit ac ſubſcripſit.*

Lambertus Vicentinus Epiſcopus *interfui & ſubſcripſi.*

B Si quidem Charta haec referenda revera ſit ad Annum Chriſti DCCCC-XCV. (quod tamen mihi certum non eſt, quum *Indictio VIII.* ſi a Septembri deducta fuiſſet, indicare poſſit Annum praecedentem DCCCCXCIV. qui proinde ab *Incarnatione Dominicâ* exordium ſumſiſſet Martio Menſe) hinc haberemus, Johannem Patriar- C cham Aquilejenſem, antequam Ughellius putarit, in eadem Cathedra ſedere coepiſſe. Et ſane illic fortaſſe ſcripta fuit *Indictio VIIII.* nam ut in altera Charta praecedenti legitur apud eumdem Ughellium, Veronae Indictio Septembri Menſe ſuum curſum incipiebat. Lucem etiam addet Charta iſta Catalogo Vicentinorum D Antiſtitum, cui addendus *Lambertus Epiſcopus* heic memoratus. *Rozo Tarviſianenſis Epiſcopus* Ughellio eſt *Roccius*, uti & *Rainoardus Tridentinus* Antiſtes eidem eſt *Raynaldus*. *Cenetenſem* Eccleſiam tunc regebat *Sicardus*, qui huic Chartae ſubſcribit. *Johannes* autem *Aemonienſis* Eccleſiae Epiſcopus fuiſſe videtur. Itaque per- E ſpicere potuit Lector, etiamſi ſub jure Patriarchae Aquilejenſis recenſeretur *Monaſterium Sanctae Mariae, & Sanctae Margaritae*, cum *Titulis*, hoc eſt Eccleſiis eidem ſubjectis, nihilominus conſtitutum fuiſſe, ut ipſarum Eccleſiarum Clerici ad Synodum Epiſcopi, & publicas Supplicationes convenirent, neque liceret eis diebus Feſtis quibuſdam ſolemnibus, ab E-

 piſco-

piſcopo praeſcriptis, Miſſas publicas celebrare. Monumentum ſane non parvi faciendum, quod veterum Saeculorum ritus aliquot nobis aperit. Praeſertim animadverte, quoties corrigendi erant illarum aedium Clerici, aut propter aliquam controverſiam in judicium vocandi, tunc nulli Miniſtro Epiſcopi facultatem fuiſſe eorum cauſſas cognoſcendi, ſed tantummodo ipſi Epiſcopo, qui cum Advocato Monaſterii Sanctae Mariae ad Organum re communicatâ, quod aequum videretur decerneret.

Ceterum de Monachorum Libertate aut Subjectione agenti, tria obverſari ſemper debent genera Monaſteriorum. Erant enim, quae immediate ſuberant Epiſcopo, nullum aliud Privilegium nacta, niſi quod aut Epiſcopus fundator, aut aliquis ejus Succeſſor, aut Metropolitanus fuerat elargitus. Alia ſub protectione Metropolitani, aut Apoſtolicae Sedis erant, ut eorum bona hujuſmodi patrocinio tuta forent, ſed intacto jure ſpirituali, ſive ut ajunt ſuperioritate Epiſcopi Dioeceſani. Alia denique fuere, quae ad jus plenum atque ditionem Sanctae Sedis, aut Metropolitae ſpectabant, excluſâ penitus Epiſcopi poteſtate. Ad primum genus quod attinet, ita Monachi obnoxii erant Epiſcopo, ut ſine ejus conſenſu & confirmatione Abbatem eis habere minime fas eſſet. Quod nobis prodet Charta, quam in Tabulario Archiepiſcopii Lucenſis authenticam, immo & autographam vidi, tametſi appelletur *Exemplar*, quod nempe idem Tabellio non ſemel eamdem deſcripſit.

Electio Walfredi Abbatis facta a Monachis Monaſterii Sextenſis in Dioeceſi Lucenſi, ejuſque confirmatio & conſecratio peracta a Petro Lucenſi Antiſtite, Anno 918.

Exemplar. *Dum in Dei nomine* Domnus Petrus Lucane Eccleſie *venerabilis* Epiſcopus *veniſſet in* Monaſterio Domini, & Salvatoris, *qui nuncupatur* Sexto, *illico* Monachi ipſius Monaſterii adierunt eum, rogantes, ut eiſdem Abbatem ac Patrem conſtitueret, *quatenus regulariter, ſicut jam olim mos fuerat, edoceret. Quam petitionem eorum venerabilis Petrus Epiſcopus digne conſentiens interrogavit, ſi talem inter ſe Fratrem aberent, qui eumdem opus recte potuiſſet perficere. Tunc omnes pariter pari conſenſu oſtenderunt* Walfredus *Presbiterum ac Monachum, & dixerunt:* Si placet paternitati veſtre, iſtum nobis Abbatem ac Patrem concedite. *Statim idem* Domnus Petrus Epiſcopus *ſimul etiam cum conſilio Sacerdotum ſuorum, nec non & Diaconorum, qui ibidem aderant*, ordinavit *eumdem* Walfredum *Monachum* Abbatem *in eadem Congregatione prefati Monaſterii Domini & Salvatoris, ut ſecundùm Deum & ſanctam Regulam ipſam Congregationem edoceret, gubernaret, adque haberet:* & idcirco tradidit eidem Walfredi Abbati miniſterium per Ferulam & Regulam Sancti Benedicti, *ut imperpetuum cuſtodiret fideliter.*

Factum eſt hoc Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Nongenteſimo Octavo Decimo, Indictione Septima, Quarto Kalendas Octobris.

Ego Petrus *gratiâ Dei humilis* Epiſcopus *in hac exempla, ipſius electioni preſens ſubſcripſi.*

Ego

Ego Daiprandus Archidiaconus ſubſcripſi.

Ego Suntripaldus Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Benedictus Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Roppertus Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Stephanus Presbiter & Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Sichimundo Presbiter & Vicedomino ſubſcripſi.

Ego Ghiſalprando Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Siccardus Presbiter & Cardinalis & Primicerius ſubſcripſi.

Ego Auſridi Monacus & Prepoſitus manu mea ſubſcripſi.

Ego Grimaldo Sacerdos & Monacus manu mea ſubſcripſi.

Ego Joannes Sacerdos & Monacus manu mea ſubſcripſi.

Ego Ardimannus Presbiter & Monacus ſubſcripſi.

Ego Feraldus Sacerdos manu mea ſubſcripſi.

Ego Sigimundo Presbiter manu mea ſubſcripſi.

A *Ego Giſalmari Sacerdos & Monacus manu mea ſubſcripſi, &c.*

Ego Johannes Diaconus Cardinalis & Cantor decretum ſcripſi & juſſione Domni Epiſcopi exemplavi & confirmavi.

Et quanquam occurrat interdum vetuſtis Seculis Monaſteriorum aedificatio, in qua interdicitur Epiſcopo
B imperium in ſacrum locum, ejuſque familiam: veri tamen videtur ſimile, id tantummodo intelligendum de dominatione in temporalia bona Monachorum, aut in eligendis Abbatibus: non autem de ditione ſpirituali, quae non facile putanda eſt Epiſcopis invitis erepta, uti jam Clariſſimus Thomaſſinus animadvertit.
C Argumentum hoc lucem accipiet ab antiquiſſima Charta, cujus exemplum, dum viveret, ſuppeditavit mihi Cl. vir Philippus Bonarota Senator Florentinus. Ibi verò adnotatum legi, apographum e ſchedis Celſi Cittadinii, viri jamdiu inter Senenſes celeberrimi, fuiſſe depromtum, qui autographum invenerat in Civitate Maſſae.

Fundatio Monaſterii Sancti Petri in loco Palatiolo, territorii Lucenſis facta a Gualfredo filio Ratehauſi Piſano Cive, Anno 754.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, atque beate ſemper Virginis Marie, & beatiſſimi Apoſtolorum Principis Sancti Petri. Regnante piiſſimo atque excellentiſſimo pro ſalute totius Catholice gentis noſtre Langobardorum Domno *noſtro* Aiſtulfo Rege, *Anno Regni ejus, Deo protegente, Sexto. Menſe Julio, Indictione Septima.* Walfredus *filio quondam Ratehauſi*, Civis Piſane, *recolente me iſtius Mundi caducam & tranſitoriam vitam, & quot opertet hujus Mundi vana gloria contemnere*
D *per Chriſtum, Dominum ſequi, eiſque ſacra precepta implere, & promiſſione ſuſcipere, & eternam vitam cum ea fovere; & quod peccatoribus aditus Regni Celorum non intercluditur, ſi toto corde ad miſericordiam Dei confugere. Et dum pro mea facinora & ſpatio vite, quam neglegenter duxi, me animi tedio infigere, & non inveni,*
E *per quo me in anguſtis convertere, tunc protectorem queſivi, ut quod non meis meritis ad illa valeo pervenire vita, per qua commiſſa deleantur, illius pretetio,*

tetio, cui ligandi & ſolvendi eſt conceſſa poteſtas, in ovile eis reducatur. Tunc in cujus honore diſpoſui Monaſterio hedificare, in que regulariter vitam ducere, & me una cum filiis & res meas offero, ubi & noſtras & aliorum anime ſalvarentur. Item namque ego qui ſupra Walfredi cum magna devotione & compuntione cordis offero me ipſo & filiis meis, ideſt Ratchiſi, Guliſredi, Jaiſo, & Benedicto, Domino Deo deſervire, & uſque ad virtutem & poſſibilitate, auxiliante pius Deus, ſancte & regulariter vitam peragere in Monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum Principi Sancti Petri, *quas preſenti tempore in proprio territurio meo ob hamore Chriſti, & pro remedio peccatorum meorum hedificare viſus ſum locus, qui vocatur* Palatiolo, in diſcurſu Lucenſe. *In eo verò tenore meus diſpoſuit animus*, ut nullus Epiſcoporum, aut Judicum ibi perveniat imperio, neque aliquis de filiis vel heredum meorum, tipo ſuperbie inflati, quacumque poſſit in fructibus inibi congregatis, vel in res Monaſterii hujus generare ſuperbiam. *Sed ita volo, adque per hujus nomine cartula confirmavi in ſupra memorato Monaſterio Sancti Petri Congregatio Monacorum, ſive de illis Fratribus, quos pius Deus & ipſe ejus Apoſtolus ad ſuum ſervitium vocatus dignare fuere, cum filiis mei una cum ipſis pariter volumus ex omnipotenti Dei miſericordia ſancte & regulariter vitam peregantur, & pro meis peccatis die noctuque ſuis orationibus omnipotenti Deo non ceſſent obſecrare miſericordia. Et tam ordinatione Abbati, quàm & alias ordinationes, quod opportune ſunt in Monaſterio fieri, ita agunt & perficiunt ſecundùm inſtitutum Regula ad Sanctum patrem noſtrum Benedictum. Et ſi aliquo errore pro ordinatione ortus fuerit, aut pravo aliquo vitium repertus inter Fratribus, quod ipſe inter ſe, vel retitudinem aut regule inſtituta corrigere neglexerit*, tunc accedant in ipſo Monaſterio ſancti Patres Quoëpiſcopi, ideſt ſedis Eccleſie ſancte Piſane, & ſedis Eccleſie Populonienſis, ſed & Abbas Monaſterii Domini Salvatoris in loco Pontiano, item & Abbas Monaſterii Sancti Frediani, ubi & ejus Corpus quieſcit umatum Civitate Lucenſe. Hii ſanctiſſimi quattuor hac venerabiles viri in omnibus habeant licentiam malum aut pravum vitium, quod ortus fuerit inſtigante diabolo, ad Domini revocare precepta, ut malum vitium reſecetur, & anime Fratrum corrigat ad ſalute. *Et ſi decedente Abbate, in electione Abbatis aliquo ortus fuerit ſcandolo*, ſicut ſolet fieri *per inſidia oſtis noſtri, ipſi quidem ſupra memorati ſancti Patres una cum Fratribus ipſius Monaſterii previdéant, qui dignus fuerit preeſſe, ita eligant & confirment ſine ullo munere, aut aliquo alio imperio, niſi tantum ut his pravus vitius ſe corrigendus, ut ſancte & regulariter vivant*. Nam ſi ipſi ſe corrigere potuerint, ut ſancte & regulariter agant, ſupra memorati Quoëpiſcopi, vel Abbati nullo cogeant imperio in ipſo Monaſterio aliquo ordinandi aut inducendi: *ſed liceat eos inſtituta Patrum ſervare, & vita peragere. De ſupra memorati fuerit de filiis meis, volo ego, que ſupra Walfredi, ut ſi in aliquis de ipſis erroribus facientibus in aliquo lapſu cecidere, aut aliquo pravum egerit, tunc Abbas, qui ordinatus fuerit, cum penitentiam & diſciplinam corrigant, & intro Monaſterio retineant, ut anima ejus ſalvari poſſint, nam foris Monaſterio nullo modo eos expellant, ut anima ejus depereant: ſet quos fortè voluntarie bene agere neglexerit, faciunt inviti.*

In dotis vero ſupra memorati Monaſterii Sancti Petri una cum prefatis filiis meis Ratchis, Gulifredus, Jaſo, & Benedicto, in primis trado & offero portionem meam de ſupradicto Caſale Palatiolo, ubi & ipſe Monaſterio fundatum eſt, una cum portione mea de Baſilica Sancti Philippi, vel res ad eam pertinentes, cum caſas maſſaricias, familias, vel adjacentias earum, peculias donicatas cum Paſtores, qui eas depaſcunt, cum vineis, olivetis, & territurias perſines, una cum ſilvis, ſicut nobis pertinere videtur in integro. Item & Curte juris mei in Caſtagneto cum edificiis ſuas peculias donicatas & paſtores, qui eam depaſcunt, vineas, olivetas, pratas, territurias, ſilvas, ſeo & caſas maſſaricias cum familias ſuas, que nobis pertinere, quanta exinde libere non dimiſerimus, cum omne adjacentiam ad ipſe, vel Curte pertinenti in integro, habeat ipſe Monaſterio. Item & habeat portionem meam de molino & caſa de Caldana, cum Litiano, ſuo & Dominico pueris noſtris, & omnia adjacentia ad ipſa caſa vel molino partem meam in integro pertenentes. Simili modo & habeat ipſe prefatus Monaſterio portionem meam de Curte Supercornia cum edificias ſuas, vineas, territurias cultas & incultas, ſilvas........ paſcuas, una cum Caſas maſſaricias, cum familias ſuas, & omne adjacentia ad ipſe, vel Curte pertinente in integro, ante poſito portionem meam de Gagio Gatoti & portionem meam, hoc eſt medietatem de Caſa Candidi de Rivo Certurio cum familia, & omne adjacentiam ad ipſe Caſe pertinentes. Item habeat ipſe Monaſterio Sancti Petri portionem meam de Caſale in Ruoſſano cum de Monaſterio, quod inibi eſt ſito, & Caſe Maſſaricie cum adjacentia ad ipſa caſe pertinentes portionem meam in integro. Item volo,

A *ut habeat ipſe Monaſterio medietatem Salinas in loco Vada, & in Pogiolo antea quod emit a quondam Infredo mea portione. Simili modo & offero in ſupradicto Monaſterio portionem meam de Curtis juris mei in loco, qui vocatur Septaris, cum edificias, vineas, olivetas, ſilvas, territurias cultas & incultas una cum caſas maſſaricias vel*
B *omne adjacentia ad ipſe caſe vel Curte pertinente. Et abeat inſimul caſa Muguiacioli, & caſa Teudiperti, & caſa Wipertuli, & caſa, qui fuit Paſquali in fundo Magno, cum omne adjacentia ad ipſe caſe pertinente. Itemque do & offero ad ipſum prefatum Monaſterium portionem meam de Curte mea Caſtello Fuolſi, cum vineas, ulivetas, edificias,*
C *territurias cultas & incultas, ſeo & caſe maſſaricie ad ipſa Curte pertinente cum omni adjacentia & familie, quante exinde libere non dimiſerimus, abeat ipſe Monaſterio Sancti Petri. Simili modo offero in predicto Monaſterio portionem meam de Gagio in Latimano in integro, & caſas Teodure de Agello, & Caſa Bineli de Liſiano, cum*
D *omne adjacentia ad ipſe Caſe pertinentes, & familie eorum. Item habeat ipſe Monaſterio Sancti Petri Caſa Guiſpendi de Maſſiano, & mediante quod Maurus......... uno & de filiis eis, & habeat Caſa Gheduli de Rivo Cairo, & caſa de filii quondam Pincioli in Piſimano, & caſa Prunoli in Piſtule. Item in Civitate caſa Cunundi, &*
E *caſa Gridiperdi, caſa Epdicauſi, caſa Cunperti, caſa Sichimundi. Hec autem caſe cum omne adjacentia ad eas pertinente & familie eorum habeat ipſum ſanctum & venerabile locum. Similiter volo, ut habeat in loco Cotiano caſa Barduli, & caſa Mincioli cum adjacentia ſua & familia eorum, quante exinde libere non admiſerimus. Simul etiam abeat ipſe Monaſterio medietate de mea portio-*

portione de caſa, que habemus in loco, qui vocatur Burghermio, Lupinaria, Glucentiano, cum familie ſue & adjacentia ſua. Et habeat caſa in loco, qui vocatur Sarachamano, quem emimus de Juniperto, cum adjacentia ſua. In tale enim tinore volo ego, qui ſupra Walfredi, res ſuperius comprenſa, omnia habere Monaſterio ſupra memorati Sancti Petri, vel ea perſolvant ad ipſo Monaſterio tam liberi quàm & ſervi vel Aldioni, qui in ipſe caſe reſederunt. Itemque do & offero a ſupraſcripto Monaſterio portionem meam de pecunia noſtra in Inſula Corſica, cum caſas, familias, territurias, & omne adjacientia ad ipſe caſe pertinentes, & res donicata movilia & immovilia, ut dixi, mea portione de quantum in ipſa Inſula Corſica & omnia in integrum. Simul & abeat ipſe Monaſterio portionem meam de Prato ad Padule Actoni, & abeat portione mea ad Urſula, & Orto, que vocatur ad Prato juxta Padule Auctoni, & portione mea de terra in Arna, medietate de mea portione. Simul & abeat portione mea de dicto in Verriana, & portione mea de Caſa Brunuli in ipſo loco Verriana, cum familia, vel omne adjacentia ad ipſe caſe pertinente mea portione. Itemque dono & offero ad prefatum & ipſius nominato Monaſterio beatiſſimi Sancti Petri in Eccleſia & Monaſterio Sancti Petri in Accio, que eſt fundatum & conſtructo in jam predicta Inſula Corſica, cum omnia adjacentia, que ad ipſa Eccleſia & Monaſterio eſt pertinente in integro. Abeat & poſſideat ipſe ſanctiſſimo & venerabile Locu hec omnia ſuperius comprenſa, do & offero ego, qui ſupra Walfredi pro redemptione anime mee in predicto Monaſterio Sancti Petri, & Abbas cum Fratribus inibi congregatis. Peto, ut pro meis peccatis, ſuis orationibus & vigiliis intercedere, ut mihi Dominus ignoſcat, quod negligenter geſſi, & oro pro me peccatore Dominus retribuere mercedem. Ecce meus qualiter complacuit animus, per hujus voluminis cartule confirmo ſic, ita ut ſi aliquis de filiis aut eredes proëredes meos contra dotis meis pagina ire quandoque preſumpſerit, aut aliquid ſubtrahere aut moleſtare per ſe, aut ſuppoſita perſona de omnia, que ſupra legitur, & adprobatum fuerit, componat ad pars ipſius Monaſterii Sancti Petri, vel eis Congregationis aurum ſolidum quingenti, & preſens cartula dotis mee in ſue firmitate & robore. Unde tres cartule pari tenore Aſperto Notario ſcrivere.

Actum Piſa per Indictione ſupraſcripta feliciter.

Una iſta cartule reſervamus in prefato Monaſterio Sancti Petri. Alia verò de iſte cartule dedimus ad conſervandum in Domo ſancte Eccleſie Piſane, ubi Domnus Andreas Epiſcopus *eſſe videtur. Tertia dedimus ad conſervandum Monaſterio Domini Salvatoris, ubi* Abbas Gadiſteo *eſſe videtur.*

Ego Walfredi filio quondam Ratehauſi in hanc cartule dotis mee manu mea propria ſubſcripſi, & teſtibus ubtuli roborandam.

Signum ✠ manus Antiperti filio quondam Arieti teſte.

Signum ✠ manu Pertualdi filio quondam Arioldi teſte.

Signum manu ✠ Beuti Aleſcarco teſte.

Signum ✠ manu Gadualdi.

Ego Maccio Notarius rogatus a Walfredi in hanc cartule me teſtes ſubſcripſi.

Ego Gundiperto filio quondam Burbenſii rogatus ad Walfredi in hanc cartule me teſtes ſubſcripſi.

Signum ✠ manu Guliperti filio quondam Vitaliani teſtes.

Ego Auſperto Notarius rogatus a Walfredi hac cartule ſubſcripſi ſupplevi.

Ego Benedictus Notarius autentico illum vidi & legi.

Ego Goſpertus Notarius autentico vidi & legi, unde uno exemplar factu eſt, & hic ſubſcripſi.

Ego Illo, Notarius Domni Imperatoris autentico illo vidi & legi, & fideliter exemplavi, literis plus minus.

Edidit Cl. V. Johannes Mabillonius in Actis Sanctor. Benedictinor. Secul. III. Part. 2. pag. 196. Vitam Sancti Walfridi Abbatis Palatioli in Tuſcia. Hic ejus Monaſterii fundator, ac primus Abbas. Idem poſtea Mabillonius in Annalib. Benedictin. originem illius Monaſterii retulit ad Annum Chriſti DCCXLVIII. quae tamen ex hiſce tabulis ſpectare deprehenditur ad Annum DCCLIV. Atqui praelaudatae Vitae Auctor Andreas, Abbas ejus loci tertius, memoriae prodidit, Walfridum Seculo renuntiaſſe, atque *Oraculum ad honorem beati Petri* conſtruxiſſe *Anno Regni Haiſtulſi fere plus minus Quarto*. Sententia Sigonii in Libris de Regno Italiae, & Cardinalis Baronii in Annalibus Eccleſiaſticis, fuit, Aiſtulphum Anno Chriſti DCCL. Ratchiſio fratri ſucceſſiſſe in Regno Langobardorum. Contra contendit Pagius in Criticâ Baronianâ, arceſſendum eſſe exordium Regni Aiſtulphi ab Anno DCCXLIX. poſt Kalendas Martias. In quaeſtionem iſtam & ego intentus fui, inveſtigaturus, utri partium ſtet veritas. Et ſane tabulis, quas modò produxi, Pagii ſententia juvatur. Si enim Julio Menſe, atque Indictione VII. hoc eſt Anno DCCLIV. decurrebat *Annus Sextus Aiſtulphi*, neceſſe eſt, eum ſalutatum fuiſſe Regem Anno DCCXLIX. Verùm ne ſic quidem certi ſimus de veritate ſententiae Pagianae. Nam quae Charta a me nuper evulgata eſt, apographum erat recens: ejuſmodi autem apographis, per Librarios imperitos non rarò depravatis, tuto fidere, ſi alia ex adverſo occurrunt, non eſt Critici cauti. Neque eam antiquitatem praefert Auctor Vitae Sancti Anſelmi Nonantulani, uti neque Sigebertus, ut eripere ii dubitationem omnem nobis poſſint Epochae ipſius. Praeterquam quod auctor ejus Vitae Diploma Aiſtulphi adfert, inquo Notae Chronologicae non uno vitio laborant. Itaque proferam ego, quae huic controverſiae dirimendae eſſe poſſint ſatis, hoc eſt quidquid mihi in hanc rem obtulit inſigne Tabularium Archiepiſcopii Lucenſis. Ibi authentica Charta legitur, ſcripta *Regnante Domno noſtro Aiſtulf Rege, Anno Regni ejus Quarto, octavo die infra Calendas Aprilis, Indictione Sexta feliciter. Manifeſtus ſum ego Petrifuns, quia devitor ſum dare tibi Domno Walprand Epiſcopo Soledus propter caſa Auderad, quod mihi per alia cartula vinditionis mihi venundare viſus fuiſti pro vero pretio, quod exinde debitor ſum tibi dare. Modò verò dare tibi viſus ſum caſa, ubi quondam Morentulus reſedere viſus fuet, & modò preſens reſedet germano ejus Alipert &c. Ego Oſprand Subdiaconus poſtradita complevi & dedi.* Animadverte verba illa * *una Torre de auro fabrita*, quae vulgarem noſtrum ſermonem ſapiunt. Nomine autem *Turris fabritae*, ideſt fabricatae, *ex auro*, deſignatur vas ſacrum aureum, ad inſtar Turris efformatum, ad conſervandam ibi, ac in eo defe-

ren-

(*) Verba animadvertenda quae proponuntur, *una Torre de auro fabrita &c.* in fragmento relato a Clariſs. Muratorio minime leguntur. Exciderunt vel Auctori ſibi viſo ea forſan exſcripſiſſe, vel librarii oſcitantiâ praetermiſſa fuere, quae videbantur inſerenda.

rendam Euchariſtiam, aut Reliquias Sanctorum. Gregorius Turonenſis Lib. prim. Cap. 86. de gloria Martyrum, *tempus* (inquit) *ad ſacrificium offerendum advenit, acceptâque Turre Diaconus, in qua myſterium Dominici Corporis, ferre coepit ad oſtium.* In teſtamento Sancti Aredii, quod Clariſs. Ruinartus in Appendice ad Gregor. Turonenſ. edidit, is numerat *Turres, calices, pallas, & coopertoria praedictis Martyrariis* (ideſt Rectoribus Oratorii Martyrum) *ad cuſtodiendum tradidimus.* Evulgavit & idem Ruinartus *Benedictionem calicis, & patenae, & Turris.* Vide quoque Du-Cangium Lib. 3. Conſtantinopolis Chriſtianae pag. 54. Ad Chartam redeo, quae exarata dignoſcitur Anno Chriſti DCCLIII. Et quum eo Anno, *octavo die infra Kalendas Aprilis* (decernant alii, utrum *poſt*, an *ante* ſignificet) decurreret Annus Quartus Aiſtulphi, utramque ſententiam hinc juvari vides, atque id unum inde exculpi poſſe, ſcilicet Aiſtulphum tantummodo poſt Aprilem Anni DCCXLIX. ad Regale ſolium conſcendiſſe. Alteram Chartam, quam in eodem Tabulario Lucenſi autographam vidi, atque deſcripſi, integram exhibere placet, quod ibi mentio fit *Walperti Ducis* ſive Lucae, ſive Tuſciae.

Charta venditionis factae a Perprando filio Walperti Ducis Walprando Epiſcopo Lucenſi, Anno 752.

IN *Dei nomine* regnante Domno *noſtro* Aiſtolfu *viro excellentiſſimo* Rege, Anno Regni ejus Tertio, in Menſe Junio, Inditione Quinta *feliciter. Conſtat, me* Perprandum filio *bone memorie* Domni Walperti Duci *hac die vendediſſe, e vendendi, tradidiſſe, e tradedi tibi* Domno Walprand *gratias Deo* Epiſcopo *parte mea de Sala Sundriale, quem avere viſus ſum in loco, qui dictos Tocciano cum terra & vineas, ſilvis, verzaria, olivis, pumis, arboribus, ſimol e caſas maſſaricia in ipſo loco Tocciano cum territurii movile vel immovile, ſeu ſemmoventibus, cum rebus, vel ancilla quem avere viſum ſum in ipſo loco, omnia & in omnebus mea portione in integras, Etriperto, Teudifridulo cum muliere ſua, & uno filias ſuam nomina Perſonali, alii infantis ſuis: nam alia res in ſupraſcripto loco omnia, e in omnibus, ut dictum, per hujus venditionis tetulo tibi inſenitum tradere viſum ſum; e haccipi ego, qui ſupra Perprandu ad te Domno Walprand Epiſcopo ſupraſcripta caſa, e res, qualiter ſuperius eſt ſcripptum, placitum in deſinito......... adque......... auri Solidos nomero trecenti, in eo tenure inter nos convinet, ut ſi ipſas res amplius adpretiato fuerit ſuper trecentis ſolidis, ego Domno Walprand Epiſcopo tibi Perprand reddi diveam, & ſi minus fuerit adpretiato de trecentis ſolidis, ego Perprand tibi Walprand Epiſcopo adimplire diveam ad ipſi trecenti Solidi, e ſi tanto fuerit........ Unde ſpundeo ego Perprand cum heredi meus tibi Walprand Epiſcopo, ſi ipſa re intentionare, aut in alico moleſtare preſumſerimus, e defenſare non potuerimus da qualive homine per qualive ingenio, e' ad me conſerbatum vel adimpletum non fuerit, qualiter ſuperius compono ego Perprand vel heredis meus tibi Domno Walprand Epiſcopo vel ad tuos heredis, de quod ſuperius legitur in*

duplu

duplu res meliorata, de quod......... in ferquido locum eſtimationem. Deutipert reſcribere rogavi.

Actum Luca, Regnum e Indictione ſupraſcripta feliciter.

Signum ✠ *manus Perprandum venditor & conſerbator.*

Signum ✠ *manus Suintrial Diaconi filio quondam Anſualdi teſtis.*

Signum ✠ *manu Fradeliald filio Alipert teſtis.*

Signum ✠ *manus Ermiauloald filio quondam......... teſtis.*

Ego Deutripert poſt tradita ſupplevi & dedi.

Minores Ducatus & Comitatus, ut alibi monui, ad ſummum Praefecturae fuerunt ad vitam, neque ad heredes, niſi ſingulari munere Regum, tranſmittebantur. En filium *Walperti Ducis* Lucenſis, qui ſine ullo titulo poſt patris mortem ſe prodit. Neque omittendum eſt (quod antea Florentinius in Vita Mathildis animadverterat) ipſum *Walprandum* Epiſcopum, & *Petrifunſum* in praecedenti Charta memoratum, & *Perprandum*, cujus in praeſenti eſt mentio, fratres fuiſſe, hoc eſt ejuſdem *Walperti Ducis* filios. Haſce autem tabulas cum ſententia Sigonii conſonas eſſe unuſquiſque agnoſcet. Denique eidem Lucenſi Chartophylacio acceptam refero pergamenam ſcriptam *Regnante Domno noſtro Aiſtulfu viro excellentiſſimo Rex, Anno Regni ejus Quarto, Menſe Septembrio, Indictione Sexſta, feliciter. Conſtat, me Valleradu Clerico, filii quondam Iſſoni, hac die vendediſſe & vindedit, tradediſſe & tradedit tivi Criſpinulo negotiante duas petiolas de terra. Uno petiola eſt in locho, qui dicitur at Grippo in entegro &c.* Chartam hanc refero ad Annum Chriſti DCCLII. inchoatâ nempe novâ Indictione eodem Menſe Septembri; atque inter ſe Chartas iſtas componens, haec deducere poſſe mihi videor. Videlicet quum habeamus Anno DCCLII. Annum *Tertium* Aiſtulphi Junio Menſe, eodemque Anno Septembri Menſe Annum ejus *Quartum*, neceſſariò conſequi, Aiſtulphum Regali dignitate exornatum fuiſſe Anno DCCXLIX. inter Junium & Septembrem, terminis in hac ſupputatione incluſis. Et rurſus poſtquam Charta Piſana, nuper a me producta, uti & altera edita ſupra in Diſſertat. IV. *de Officiis dom. Reg.* exaratae fuerint, *Regnante Domno noſtro Aiſtolfo Rege, Anno Regni ejus Quinto, Julio Menſe, per Indictione Septima*, ideſt Anno DCCLIV. conſequens eſt, exordium illius Regni cadere inter Menſem Julium & Septembrem Anni DCCXLIX. Quare quum in notis ad Leges Langobardicas retulerim ad Annum DCCL. initium Regni Aiſtulphi (quod & Mabillonius in Annalibus Benedictinis, & alii poſt Sigonium & Baronium fecere) meliores calculi nunc poſcunt, ut is locus emendetur.

In viam nunc regredior, & Chartam Piſanam ſcriptam Anno DCCLIV. reſumo. Ibi animadvertimus, decretum fuiſſe a Gualfredo conditore Monaſterii illius *in diſcurſu Lucenſe, ut nullus Epiſcoporum aut Judicum* (ſcilicet Magiſtratus Secularis) *ibi perveniant imperio, neque aliquis de filiis vel heredum meorum, &c. in fructibus intbi congregatis, vel in res Monaſterii hujus generare ſuperbiam.* Quod ſi diſcordia in electione Abbatis contigerit, *ſicut ſolet fieri*, tunc Epiſcopi *Piſanus & Populonienſis* (nunc Maſſae) *& Abbates Domini Salvatoris in loco Pontiani, & Sancti Frediani* Lucenſis neceſſitati Monaſterii conſulant. Nullam quidem fundator vult eſſe

Epiſcopo Dioeceſano facultatem in res & reditus Monaſterii, neque in electionem Abbatis. Non tamen inde ſequitur, ſublatam Epiſcopo ditionem ſpiritualem. Alioquin Monaſterium illud neque Romano Pontifici, neque Metropolitano donatum, nulli Superiorum ſubjectum fuiſſet. Praeterquamquod fortaſſe Monaſterium ejuſmodi, quanquam ſitum *in diſtrictu Lucenſi* ſpectare potuit ad Dioeceſim Piſanam. Vide Diſſertationem LXV. *de Monaſteriorum erectionibus*, ubi Monaſteria quaedam occurrunt, in quae plenam poteſtatem Epiſcopi exercebant, *regendi & ordinandi omnia, qualiter eis placebat*. In reliqua verò Monaſteria non alia eis erat poteſtas, quàm quae per Canones concedebatur. Ad haec diſertis etiam verbis interdum praeſcribebant Epiſcopi, ſive in aedificandis, ſive in ditandis Monaſteriis, quae officia erga ſe praeſtituri forent Monachi, aut quid liberum eis futurum eſſet deinceps tam in electione Abbatis, quàm in ſacrorum uſu. Accipe quid ſtatuerit *Gotifredus Epiſcopus Lunenſis* in Charta, cujus antiquum apographum adſervant in ſuo Archivo Canonici Regulares Sancti Fridiani Lucae.

Donatio Eccleſiae Baptiſmalis Carrariae, facta a Gotifredo Epiſcopo Lunenſi Petro Priori Canonicorum Regularium Lucenſium S. Fridiani, Anno 1151.

GOtifredus Epiſcopus *ſancte* Lunenſis Eccleſie *licèt indignus* Petro Sancti Fridiani Priori, *& omnibus Fratribus ibidem commorantibus in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Icirco ego Gotifridus licèt indignus, Lunenſis tamen Epiſcopus, Eccleſiam Sancti Andree in Lunenſi Comitatu, Carrarie conſtructam, pro Dei amore, & anime mee redemptione*, ex licentia Domini Pape Eugenii, *tibi Petro Priori Sancti Fridiani Lucenſis, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Eccleſie veſtre dono & trado atque comitto in perpetuum, ut ab hac die in antea poteſtatem abeatis prenominatam Sancti Andree Baptiſmalem Eccleſiam, cum omnibus ſuis Capellis, & Oſpitali de Monteſurca, cum Capella Sancti Sixti, & Capella Sancti Pancratii, & cunctis pertinentiis ſuis, adque omnibus bonis & poſſeſſionibus ſeu actionibus, ad prefatam Plebem pertinentibus, poſſidendi, ordinandi, diſponendive, & in ea Clericos ſtatuendi. Preterea Oſpitale, quod in capite paludis ſitum eſt, cum Capella Sancti Leonardi, decimis, & univerſis pertinentiis ſuis, de his quoque, que ad proprietatem & uſum Epiſcopi pertinent; viginti jugera terre in eadem palude, duo in Lavandro, ſex jugera in Broilo, & Caſadium juxta predictam Plebem, & Villa de Plaula cum omni jure noſtro & diſtricto & placito memorate Sancti Andree Eccleſie pro ſuſtentatione Fratrum inibi Deo famulantium, cum libertate piſcationum in toto flumine Aventia, devotionis intuitu, & Pontificali auctoritate concedimus, donamus, atque largimur;* ſalvâ Lunenſi Epiſcopo debitâ reverentiâ, *ſiquidem Catholicus fuerit*, a quo nimirum Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum

corum accipietis, *ſi ea gratis & ſine pravitate dare voluerit; ſin autem, liceat vobis a quocumque malueritis accipere*. Volumus etiam ut predicti loci Prior cum quot vel quibus voluerit, vel quot & quos mittere voluerit, bis in anno ad Synodum Lunenſis Epiſcopi conveniat. *Ut autem Fratres ibidem commorantes, libere Domino valeant deſervire*, eandem Eccleſiam & omnis res, que ſibi pertinent, vel que in futuro ſibi pertinuerint, ab omni dominio & exactione, ex Pontificali noſtra auctoritate liberam eſſe concedimus, ut videlicet nec alicui Succeſſorum meorum, ſive Archidiacono, aut cuilibet Eccleſiaſtice, ſive alicui Seculari perſone de cetero aliquid ex ea preter liberam Fratrum inibi Domino famulantium voluntatem auferre vel conſuetudines aliquas imponere liceat. Nulla quietem veſtram Proceſſionum vel Letaniarum contra veſtram conſuetudinem perturbet indictio; niſi ter tantum in anno, videlicet in Annuntiatione Sancte Marie, & in Aſſumptione, & Repreſentatione Sanguinis Chriſti ad Eccleſiam Sancte Marie, Lune. ſitam, & in Kalendis Auguſti ad Sanctum Venantium more ſolito, videlicet ſemel in anno. Ita tamen ut Prior predicti loci, videlicet Sancti Andree, tres vel duos Clericos mittat, qui ſecundùm conſuetudinem a Canonicis Lucenſibus & a Monachis Sancti Venantii recipiantur. Statuimus, ut nullus in prefata Eccleſia Carrarie eligatur vel ponatur pro Prepoſito, niſi quem Prior Eccleſie Sancti Fridiani elegerit, ſive poſuerit. *Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica Seculariſque perſona hujus noſtre conſtitutionis factum ſciens contravenire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, Clericus Eccleſiaſtico beneficio, Laicus Chriſtiana communione privetur.*

Ego Gotifredus Lunenſis Epiſcopus.

Actum Carrarie per manum Olivarii Presbyteri Capellani Epiſcopi, V. Idus Martias, Indictione XIV. Incarnationis Dominice MCLI. Pontificatus verò Domni Gotifredi Lunenſis Epiſcopi Anno XXII.

Sed quando Canonicorum Regularium Sancti Fridiani, ſive Frigidiani Lucenſis facta eſt mentio, quorum inſignis pietas ac diſciplina tantâ tunc famà ferebatur, ut eorum Ordinem aliae Civitates adſciverint, ipſaque etiam Lateranenſis Baſilica ſubſequente tempore eis regenda & excolenda tradita fuerit: addere liceat Chartas duas a Collectaneis MStis Peregrini Priſciani depromtas, ac nobis teſtes, ſub Landulpho Epiſcopo Ferrarienſi ineunte Seculo XII. Eccleſiam Ficarolenſem iis commendatam fuiſſe, uti conſtabit ex Bullis Praeſulum Ferrarienſium, eamdem donationem confirmantium. Quibus etiam conditionibus Canonici ii recepti fuerint in Dioeceſi Ferrarienſi, ex hiſce tabulis intelligemus.

Amatus Epiſcopus Ferrarienſis Priori Eccleſiae Sancti Salvatoris de Ficarolo, ejuſque Fratribus, omnia illorum jura ac Privilegia confirmat, Anno 1158.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Anno Dominicae Nativitatis MCLVIIII. tempore Alexandri Papae, & Federici Imperatoris,*

ris, die VII. introeunte Menſe Octubri, Indictione VII. in Caſtro Ficaroli exemplatum eſt hoc Inſtrumentum novum de alio Inſtrumento a Petro Ficarolenſi Notario.

In Chriſti nomine. Anno ejuſdem Nativitatis MCLVIII. tempore Adriani Pape, & Federici Imperatoris, die VIII. introeunte Menſe Decembri, Indictione VII. Ferrarie. Quoniam juſtis & piis poſtulationibus ab Eccleſie Dei Miniſtris ſponte & abſque dilatione eſt annuendum, idcirco ego Amatus *divino munere* Ferrarienſis Eccleſie Miniſter *ſcilicet indignus, Predeceſſorum meorum felicis memorie* Landulfi *&* Grifonis *ejuſdem Eccleſie* Epiſcoporum *veſtigia ſequens, intuitu pietatis & hoſpitalitatis largior, concedo, atque confirmo* Eccleſie Sancti Salvatoris de Ficarolo, & tibi Ciriaco Priori *ejuſdem Eccleſie tuiſque Fratribus & Succeſſoribus in perpetuum, quecumque a prefatis deceſſoribus meis predicte Eccleſie, vel veſtris anteceſſoribus collata vel conceſſa ſunt, ex quibus quedam propriis duximus exprimenda vocabulis. Ideſt* liberam ejuſdem Eccleſie, ejuſque poſſeſſionum, atque perſonarum ad eandem Eccleſiam pertinentium, diſponendi, ordinandive poteſtatem, ſecundùm mandatum & voluntatem Prioris & Conventus Sancti Fridiani Lucenſis. *Decimam etiam unius fundi Novoleri, ſicut prefatus anteceſſor noſter Landulfus Epiſcopus vobis conceſſit, nos nihilominus concedimus, atque cum omni integritate, ſicut ejus temporibus deſignatum eſt, & ſubter denotatur, confirmamus, videlicet a Pado per viam Nogarie Mainardonis ad Foſſam Sancti Petri, & ſicut eſt Foſſa Sancti Petri ad Falcum, & de Falco medietatem uſque ad viam de Gaiba, & ſicut currit via de Gaiba ad Canale mortuum, & ſicut eſt altera parte Canalis mortui Foſſa de Vaſſarolo uſque ad Canaletum Policini Sancti Laurentii, & per Canaletum uſque ad ruptam Padi, & per predictam ruptam uſque ad Padum. Et inſuper totam decimam Griſonis, & etiam decimam omnium veſtrarum poſſeſſionum, quas modò in Ferrarienſi Epiſcopatu habetis, vel in futurum Domino propitio habituri eſtis, ſicut a jam dicto predeceſſore noſtro bone memorie Griſone Epiſcopo vobis & Eccleſie conceſſe ſunt, nos etiam concedimus atque confirmamus. Eccleſiam etiam beati Syri Confeſſoris poſitam in Vico & fundo Miciane cum Decimis ſuorum Parochianorum, atque cum omnibus partibus Decimarum totius fundi Mizane, que a predicto Griſone Epiſcopo vobis collate ſunt & conceſſe, nos etiam concedimus atque confirmamus. Preterea ad ſubſtentationem Pauperum & Fratrum in prenominata Sancti Salvatoris Eccleſia Deo dante ſervientium, Decimas etiam totius illius partis fundi Marlatice, que cum predicto fundo Lopeleti & Leonis continuata eſt, concedimus, ut in perpetuum in eorumdem uſu perſeverent.* Statuimus etiam, quatenus nec nobis nec alicui noſtrorum Succeſſorum, aut alii Eccleſiaſtice Secularive perſone ullo unquam tempore prefatam Eccleſiam liceat in aliquo perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, quorum gubernatione & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. *Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica Seculariſve perſona hanc noſtre conceſſionis, confirmationis & conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi ſatisfactione congrua emendaverit, ream ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniqui-*

niquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat. Cunctis autem eidem venerabili loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti hìc & in perpetuum. Amen. Amen. Amen.

Supradictus Amatus Epiſcopus ita ſcribere rogavit Guidonem Ferrarienſem Notarium in preſentia Domini Benevenſe Archipresbiteri majoris Eccleſie, & Jamis Archipresbiteri de Contrapado, & Uberti Graſſi, & Bonaldi de Milarino, & Peregrini de Carapoli.

✠ *Ego* Amatus *Dei gratiâ* Ferrarienſis Epiſcopus *manu mea ſubſcripſi.*

Ego Benevenſa Archipresbiter ſubſcripſi.

Ego Egidius Presbyter manu mea ſubſcripſi.

Ego Euſtachius Diaconus ſubſcripſi.

Ego Homodeus manu mea ſubſcripſi.

Ego Presbiter Lanfrancus ſubſcripſi.

Ego Johannes Diaconus ſubſcripſi.

Ego Sichelmus Diaconus ſubſcripſi.

Ego Guido Canonicus Subdiaconus ſubſcripſi.

Ego Amicus Canonicus ſubſcripſi.

Ego Dominicus Ferrarienſis Canonicus ſubſcripſi.

Ego Malignus Subdiaconus ſubſcripſi.

Ego Ragues Canonicus Ferrarienſis ſubſcripſi.

Ego Presbiter Johannes Ferrarienſis Canonicus ſubſcripſi.

Ego Petrus Diaconus manu mea firmavi.

Et ego Petrus Divina gratia Ficarolienſis Notarius hoc Inſtrumentum exemplavi de alio Inſtrumento autentico veteri, & nec plus nec minus quàm in veteri Inſtrumento comperui in hoc novo Inſtrumento ſcribere & exemplare ſtudui.

Presbyterini Epiſcopi Ferrarienſis Bulla, qua Priori Eccleſiae Sancti Salvatoris de Ficarolo, ejuſque Fratribus Canonicis Regularibus, omnia illius Eccleſiae jura & Privilegia confirmat, Anno 1175.

IN *Dei nomine. Anno Chriſti Nativitatis Millesimo Centeſimo Septuageſimo Quinto, tempore* Federici Imperatoris, *die XI. intrante Menſe Februarii, Indictione VIII.* Presbiterinus *divinâ pacientiâ* Eccleſiae Ferrarienſis Epiſcopus *licèt indignus, dilectis in Chriſto filiis* Hieronymo Eccleſie Sancti Salvatoris de Ficharollo Priori, *ejuſque Fratribus tam preſentibus, quàm futuris ſalutem & ſinceram in Domino dilectionem. Religioſam vitam eligentibus ſolicita nos oportet conſideratione proſpicere, ne alicujus neceſſitatis occaſio aut deſides faciat, aut robur, quod abſit, conſervationis infringat. Quapropter, in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub noſtra Epiſcopali protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundùm beati Auguſtini Regulam, & Fratrum de Sancto Fridiano Lucenſi inſtitutionem, perpetuis temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem Eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu juſtis aliis modis, preſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hec propriis*

priis duximus exprimenda vocabulis . Decimationem totam de omnibus terris & vineis , quas predicta Eccleſia Sancti Salvatoris nunc habet , vel Deo annuente habitura eſt infra totum Epiſcopatum Ferrariae , jure proprietatis in perpetuum concedimus : & hoc intuitu pietatis & hoſpitalitatis & pro ſubſtentatione Fratrum , qui modo ibi ſunt , vel Deo propitio futuri erunt , ſicut Grifo anteceſſor meus *conceſſit . Decimas etiam totius fundi Lupoleti , cujus fines ſunt a Pado per Caſtrum Figarolli per viam de Nogara Mainardonis ad Foſſam Sancti Petri , & ſicut eſt Foſſa Sancti Petri ad Falcum , & per medium Falcum , & ſicut currit via de Gaiba ad Canalem mortuum, & ſicut eſt Foſſa de Vaſſarello ad Canaletum , & ſicut eſt Canaletus ad rupptam Padi , & ſicut currit rupta a Pado ex parte Silvadonice uſque ad Capud hujus Canaleti . Et totam Decimam Griſonis , quas jam dictus* Landulfus Epiſcopus *Eccleſie veſtre conceſſit has decimas infra predictos terminos vobis , veſtriſque ſucceſſoribus de omni fructu , & de omni loco integre dandis confirmamus , tantum quarta parte Baptiſmalis Eccleſie excepta , niſi de poſſeſſionibus Eccleſie veſtre , quarum decimationes in integrum ad vos pervenire concedimus . Decimas autem de loco , qui dicitur , Broilus , & de Braida de Roxaro , & de poſſeſſionibus Caxoti , veſtro Hoſpitali concedimus , quas Caxotus ipſius loci patronus cum Imiza matre ſua eidem Hoſpitali , ut potuit , dedit . Decimas quoque illius partis fondi Marlaiice , que adheret fondo Leonis , & fondo Lupoleti , conceſſimus & concedimus . Et inſuper totam decimationem Policini Bonelli , excepta quarta parte Baptiſmalis Eccleſie , vobis in in tegrum habere concedimus in mandato Pauperum expendendas .*

Finem verò preterea vobis facimus de controverſia & lite , que mota fuit inter Epiſcopum Griſonem & veſtram Eccleſiam de terris , ſive vineis in pertinentiis Ficaroli poſitis , ut deinceps illas ſine veſtra , veſtrorumque ſucceſſorum moleſtia retineatis . Eccleſiam juxta Salariam in loco , qui dicitur Valliano , in honore Sancte Crucis , aliorumque Sanctorum , edificare & habere vobis concedimus . Immunitates verò ſeu libertates tam in hominibus habitantibus in poſſeſſionibus veſtris , quàm aliis defenſionibus , quas vobis illuſtris memorie Lotharius Romanorum Imperator , & Ferrarie Conſules conceſſerunt , & ſcriptis ſuis firmaverunt , nos nihilominus confirmamus . *Sepulturam quoque illius loci liberam eſſe petentibus decernimus , maxime Caxoti familiae , vel Maſnade , ut nullus , niſi excommunicatis vel interdictis , obſiſtere audeat . Quem locum uſque ad viam de Portu Zambani , & poſſeſſiones veſtras in Zunizano uſque ad locum , qui dicitur Vicinaria, in paludibus ipſius Zunizani , & veſtri juris allodium Policina Sancti Laurentii , a rupta uſque ad aggeres , & a terra de Vedraria uſque ad vias de Caſis Longobardorum , & duos Manſos , & quinque bubulcas terre , reſtitutos Eccleſie veſtre pro offenſa ab hominibus de Ficarolo in loco , qui dicitur Lupateſſa ; atque glara , & terras noſtras & vineas , pertingentes ad Foſſam , que currit ad Finales , & unum ex his campis , qui adheret jam dicte Foſſe & aggeri , cui inheret locus veſtre habitationis , cum omnibus aliis veſtris poſſeſſionibus & ſuis pertinentiis , ejuſdem loci Religioſe inſtitutioni illibate permanere preſentis Privilegii ſanctione ſtabilimus . Poſſeſſiones verò , quas Caſotus cum Imiza matre ſua Eccleſie veſtre dedit in Salarie pertinentiis , & venerabilis*

bilis Innocentius Papa *conceſſit*, *quantum ad nos pertinet*, *comprobamus*. Ordinationes Clericorum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, & omnia Sacramenta Eccleſiaſtica, a quocumque Catholico Epiſcopo recipere licentiam habeatis, niſi Epiſcopus Ferrarie, qui pro tempore catholicus fuerit, hec omnia vobis gratis & canonice dare voluerit, quemadmodum bone memorie Landulfus Ferrarie Epiſcopus conſtituit, nullo ſibi, nec Succeſſoribus ſuis in Eccleſia veſtra dominio reſervato. *Decimas quoque totius fundi de Miciana, preter quartam partem majoris Canonice, & omnium Parochianorum Eccleſie Sancti Syri, quas Griſo venerabilis Epiſcopus anteceſſor meus prefate Eccleſie, que juris veſtri eſt, rationabiliter dedit, & proprio ſcripto firmavit: predictam verò Eccleſiam Sancti Syri cum ſua Parochia his finibus terminatam, ab Androna, que pergit juxta Burgum quondam Guidonis Armiliſii Gurconis, extendi pronuntiamus, que prope Padum eſt juxſta Rizolum, & ſurſum uſque ad domum Johannis de Urbizano confirmamus*. Antiquas & rationabiles conſuetudines, quas eadem Eccleſia Sancti Salvatoris in Letaniis, ſive aliis modis juſte habere cognoſcatur. Porro ſanis ſive infirmis penitentias dare, & fidelium oblationes & bona ad utilitatem veſtre Eccleſie recipere, Rodulfus Ortanus Epiſcopus, a beate memorie Innocentio Papa pro conſecranda eadem Eccleſia directus, in ipſa conſecratione cum jam dicto Landulfo Epiſcopo conſtituit, que nos quoque ex noſtra auctoritate concedimus. Porro Locus ipſe, in quo Domino militatis, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſie Sancti Fridiani, tamquam membrum capiti, ſubiectus exiſtat ſemper. *Decernimus ergo, ut nulli omnino &c.*

Ego Presbiterinus Ferrarienſis Epiſcopus *manu mea ſubſcripſi*.

Ego Guido Ferrarienſis Eccleſie Archipresbiter manu mea ſubſcripſi.

Ego Magiſter Dominicus manu mea firmavi.

Ego Presbiter Petrus manu mea ſubſcripſi.

Et ego Petrus divinâ gratiâ Ficarolienſis Notarius, rogatus a Presbiterino venerabili Ferrarie Epiſcopo, hoc Privilegium ſcribere, & ſicut ipſe mihi ore ad os precepit, ſcripſi, complevi, & dedi fideliter.

Praeterea etiam poſt Saeculum Undecimum complura Monaſteria numerabantur, fruentia quidem protectione Romanorum Pontificum, ſed nondum a ditione Epiſcopi Dioeceſani ſejuncta. Ejus generis erat Anno Chriſti ML. Arretinum Monaſterium Monachorum Camaldulenſium Sanctae Mariae in Gradibus, uti fidem faciet Leonis IX. Papae Bulla, quam ex Archivo ejuſdem Coenobii deſcripſi, curante Cl. viro D. Guidone Grandio Abbate Camaldulenſi, & doctiſſimo Mathematicae Profeſſore in Academia Piſana.

Leonis IX. ſummi Pontificis Bulla, qua Monaſterio Sanctae Mariae in Gradibus Arretinae Dioeceſis omnia illius jura confirmat, Anno 1050.

LEo Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio* Albizoni *religioſo viro in Domino Deo omnium aeternam ſalutem . . . . ſub multa & incomprehenſi-*

henſibili abyſſo judiciorum divinitatis inter Confrates & conſervos noſtros eminentiorem gradum adepti, tanto intentius cum timore & tremore noſtram ipſorum ſalutem debemus, eis condeſcendendo & conſulendo, inceſſanter operari, quanto certius ſcimus . . . . . diſpoſitionis & actionis noſtrae rationem poſituros illi, cujus univerſae viae miſericordia & veritas meritò creduntur, & videntur in omni adminiſtratione Mundi. Quapropter qui . . . . ſapientibus & inſipientibus debitores ſumus, Doctoris gentium monita cogimur . . . . reddere cunctis, quae ſi denegare minime debemus alicui externorum, nec in ſu . . quanto magis domeſticis Fidei in interioribus, maxime cum id a nobis exigitur, quod Omnipotenti plurimùm placere nullo modo dubitatur? Quare kariſſime fili, quoniam humill. . . . . Apoſtolicam & Magiſtram omnium Sedem, & prece nobis gratiſſimâ inculcaſti, ut auctoritatis noſtrae Praecepto tutaremus a quorumvis rapacitate, & hominum nequam infeſtatione, ac . . . . . . Monaſterium Beatiſſime Virginis matris Domini, & Genitricis Dei Mariae, ſitum in Aretina Dioeceſi, in nullo . . . . . . tuae tam juſtae petitioni, ſed eidem optamus per omnia ſuffragari, nec denegandum tuae Religioſitati duximus tutelam ſpecialem, qui omnibus debemus & . . . . Non enim parùm tibi in Domino congaudemus, quod Eccleſiam illic primitivam, & olim celeberrimam, ſed peccatis facientibus jamdiu neglectam, & omnino derelictam, reſtruere, aliquantulumque reparare fueris conatus tam patrimonii ſeu beneficii tui, quàm etiam fratrum & conſanguineorum tuorum, aliorumque religioſorum collationibus, quatinus inibi Deo deſerviret perpetim Ordo Monaſticus. Quam utique Eccleſiam quia Conditor noſter inter alia innumera nobilitavit & honoravit fracti Calicis & reſolidati Miraculo, atque glorioſi beati Donati Pontificis Martyrio, & nos eam gratanter honoramus noſtrae Apoſtolicae Sedis Precepto. Salvâ itaque debitâ ſubjectione, quae ex praefato loco Epiſcopum Aretinum jure ſolet attingere, hujus noſtri Praecepti tenore perpetualiter confirmamus & decreto ſancimus quicquid idem Cenobium in rebus mobilibus vel immobilibus, tam tuâ quàm cujuſcumque donatione in praeſentiarum videtur poſſidere, & quicquid illic a piis adaugebitur aut donabitur in futuro tempore, ut nemo inde quicquam praeſumat ſurripere, fraudare, alienare, minuere . . . . quovis ingenio praedicta inibi hactenus conquiſita, & Deo propitio conquirenda ſerva . . . . Monachorum ibidem Deo ſervientium utilitati, quos pro nullo alio Ordine Eccleſiaſtico permittimus aliquando perturbari, juxta Statuta ſanctae Calcedonenſis Synodi, taliter hoc ipſum decernentis: Quae ſemel deo dicata ſunt Monaſteria conſenſu Epiſcoporum, maneant perpetuo Monaſteria, & res, quae ad ea pertinent, Monaſteriis reſerventur, & cetera. Si quis autem praeſenti noſtro Decreto a nobis pro Deo & ſecundùm Deum promulgato, contraire quolibet modo praeſumpſerit, & inſuper ſi aliquas oblationes vivorum ſive defunctorum praefato loco delegatas ſibi vendicare, vel aliis contradere temptaverit, quaſi ſacrilegus & Deo rebellis, donec forte reſipiſcat, diſtricto anathemate ſe multandum Apoſtolica auctoritate noverit. Qui verò integre & devote illud obſervaverit, nec conſenſerit ſacrilegis, ſed potius pro poſſe ac noſſe ſuo reſtiterit, mereatur copiam ſupernae benedictionis, & praemium ſempiternae ſalutis. Amen.

Datum



Bene Valete.

Datum IIII. Kalendas Junias, per manum Petri Diaconi Bibliothecarii, Anno Domni Leonis Noni Papae II. Indictione III.

Itaque loco illi ſacro, *quem nobilitavit & honoravit fracti Calicis & reſolidati Miraculum*, Leo Pontifex Privilegia ac patrocinium indulget, *ſalvâ tamen debitâ ſubjectione, quae ex praefato loco Epiſcopum Aretinum ſolet attingere*. Sed quod plus eſt, etſi Coenobia Libertatem integram una cum Eccleſia ſua a ditione Epiſcopi conſequuta videantur, ac pleno jure in ſanctae Romanae Eccleſie cenſum translata, cui etiam annuum Cenſum eâ de cauſsâ perſolvebant, nondum tamen Eccleſiae ab eis poſſeſſae penitus avulſae erant a juriſdictione E- A piſcoporum. Certe a multis Seculis Brixellenſe Monaſterium Sancti Geneſii, ab Attone Comite proavo Comitiſſae Mathildis, ſecus Padum aedificatum, a Parmenſis Epiſcopi poteſtate omnino exſolutum fuit. Attamen Saeculo Chriſti Duodecimo auctoritas Antiſtitis in Eccleſias ei ſubjectas illaeſa ſervabatur. Legendas B in hanc rem offero literas Anaſtaſii IV. Summi Pontificis, quas mihi ſuppeditavit Archivum Sereniſſimi Ducis Mutinae, ſub cujus ditione Brixellum, ejuſque Coenobium jacet.

Anaſtaſii IV. Papae Bulla, per quam Pacifico Abbati Brixellenſi Sancti Geneſii Privilegia antiqua confirmat, Anno 1153.

ANaſtaſius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei dilecto filio* Pacifico Abbati Monaſterii Brixellenſis, *ejuſque Fratribus, tam preſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quum omnibus religioſis locis atque perſonis debitores ex Apoſtolicae Sedis auctoritate ac benivolentia exiſtamus, illis tamen attentius provi-* C *dere nos convenit*, quos Beati Petri juris eſſe non extat ambiguum. *Ut autem pro* Monaſterio Sancti Geneſii Brixellenſis, *cui dilecte in Domino fili Pacifice Abbas Auctore Deo praeeſſe dinoſceris, paternâ vigilemus ſolicitudine, tanto amplior eſt nobis injuncta neceſſitas*, quanto ipſe Locus ad jus & proprietatem ſanctae Romanae Eccle-

 ſiae


ſiae noſcitur pertinere. *Ad exemplum itaque praedeceſſorum noſtrorum felicis memoriae* Paſchalis & Innocentii Romanorum Pontificum, idem Coenobium ſub beati Petri tutela ſuſcipimus, & tam ipſi, quâm ejus colonis libertatem praeteritam conſervantes, *Apoſtolicae Sedis Privilegio communimus*. Statuimus enim, ut nullus Sacerdotum quamlibet exerceat in eodem Monaſterio & adjacenti Villa poteſtatem, nec ulli eorum facultas ſit, Locum ipſum, vel Monachos ejus, ſive Clericos interdictioni, vel excommunicationi ſubjicere. Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Baſilicarum ſive Altarium, Ordinationes Monachorum ſeu Clericorum, qui in eiſdem Locis ad ſacros ſunt Ordines promovendi, a quo malueritis, Catholico Epiſcopo ſuſcipiatis. *Obeunte verò te nunc ejuſdem Loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum*, nullus ibi *qualibet ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ* praeponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, de ſuo vel de alieno, ſi oportuerit, Collegio, *ſecundùm Dei timorem, & beati Benedicti Regulam*, providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem conſecrandus accedat. *Ad haec preſenti Decreto ſancimus, ut quaecumque praedia, quaecumque poſſeſſiones, ſeu bona a nobilis memoriae* Attone Comite vel Marchione, *ejuſdem Coenobii fundatore, ſive a filio ejus* Tedaldo, *vel ſuo nepote* Bonifacio, Marchionibus, & Bonifacii filia Matilda Comitiſſa, *ſingulari Apoſtolicae Sedis filia, vel ab aliis fidelibus, juris ejuſdem Monaſterii de jure proprio collata ſunt; quaecumque etiam in praeſentiarum juſte & legitime poſſidet, aut in poſterum conceſſione Pontificum, obla-* A *tione fidelium, largitione Regum vel Principum, ſeu aliis juſtis modis, praeſtante Domino, poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam beati Michaëlis de Ferraria: Eccleſiam Sancti Chriſtophori in Ponticelo: Eccleſiam Sancti Michaëlis in Maxima-* B *tico: Eccleſiam Sanctae Mariae in Gurzanetico: Eccleſiam Sancti Philippi in Bibiano: Eccleſiam Sanctae Mariae in Caldone: Eccleſiam Sancti Georgii cum Curte: Eccleſiam Sanctae Mariae in Gurgo: Eccleſiam Sancti Fabiani cum Curte: medietatem Curtis de Gavaſeto, cum Capella Sancti Petri infra Caſtro: Curtem Sancti Martini cum Ca-* C *pella: Hoſpitale Sancti Laurentii in Calerno: jura quoque veſtra, quae in Brixellenſi Portu habetis: atque ſtratam Teutonicam, & theloneum, & uſum, qui de ea exire ſolet: quicquid habetis in Gonzaga, Piconiaca, Caſtello-novo, in Butrioni, in Herbera, in Bletulo, in Sacca, in Capite Inciae, & in Berupto: Curtem, quae* D *vocatur Mercorina: & dimidiam Curtem Pellani, cum Eccleſia Sancti Andreae; Stedia, quae adjacent Caſtris Godi, cum Eccleſia Sanctae Mariae in Caldune: & Rivalte, cum Portu in Mincio fluvio: Oliveta quoque in Comitatu Brixienſi, vel Veronenſi. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumtibus colitis, ſive de nu-* E *trimentis veſtrorum animalium, nullus omnino a vobis Decimas exigere preſumat. Si qua autem libera & abſoluta perſona in vita vel in morte, pro redemtione animae ſuae, veſtro Monaſterio ſe conferre voluerit,* ſalvâ juſtitiâ matricis Eccleſiae, *eam ſuſcipiendi facultatem liberam habeatis. Nulli ergo omnino hominum fas ſit, praefatum Monaſterium temere perturbare,*

aut

aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: Salvâ in ſupradictis Eccleſiis Dioeceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Ad indicium autem perceptae a Romana Eccleſia Libertatis, aureum Bizantium quotannis nobis, noſtriſque Succeſſoribus perſolvetis, *quemadmodum a ſupradicta Matilde Comitiſſa in oblationis eſt chiregrapho inſtitutum: ut juxta ejus devotionem,* Brixellenſis Monaſterii Fratres ab omni ſecularis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique gravamine mundanae oppreſſionis remoti, nulli alii, niſi Romanae & Apoſtolicae Sedi, cujus juris idem locus eſt, aliqua teneantur occaſione ſubjecti. *Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona hujus noſtrae conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congruâ emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Conſervantes autem, intervenientibus beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli meritis, omnipotentis Dei gratiam & aeternae felicitatis praemia conſequantur. Amen, amen, amen.*



Ego Anaſtaſius Catholicae Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi.*



✠ *Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gregorius Presbyter Cardinalis titulo Calixti ſubſcripſi.*

✠ *Ego Manfredus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Savinae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Aribertus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Anaſtaſiae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Julianus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Marcelli ſubſcripſi.*

✠ *Ego Octavianus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Caeciliae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Altaldus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Priſcae ſubſcripſi.*

✠ *Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.*

✠ *Ego*

✠ *Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Coſmidin ſubſcripſi.*

Datum Laterani per manum Rolandi ſanctae Romanae Eccleſiae Presbyteri Cardinalis Cancellarii, Quinto Idus Decembris, Indictione Secunda, Incarnationis Dominicae Anno MCLIII. Pontificatus verò Domni Anaſtaſii IV. Papae Anno Primo.

Quàm multa Brixellenſi Abbati largitus ſit Romanus Pontifex, heic vidimus, & praeſertim *ad indicium perceptae a Romana Eccleſia Libertatis*, aurei Byzantii penſionem indici. Nihil tamen tanta immunitas obſtitit, quin apponeretur & ea clauſula, *ſalvâ in ſupradictis Eccleſiis Epiſcopi canonicâ juſtitiâ*. Verùm explicanda haec ſunt ex iis, quae in Diſſertatione LXIV. *de vario ſtatu Dioeceſeon* jam animadverti. Scilicet nulla Epiſcopo Parmenſi relicta fuerat poteſtas ſive juriſdictio in Brixellenſe Monaſterium, atque in Baptiſmalem Eccleſiam ejuſdem loci. At quandoquidem eidem Monaſterio ſuberant aliae Eccleſiae Parochiales, aut Oratoria in Parmenſi, Regienſi, Ferrarienſi &c. Dioeceſibus, Pontifex intactum vult jus ſuum Epiſcopis in eaſdem Eccleſias, uti Concilium Claromontanum antea conſtituerat. Cujus etiam moris exemplum alterum adferam. Nemini certe ſuberat Padolironenſe Monaſterium Sancti Benedicti ad Padum in agro Mantuano, uti in ejus Hiſtoria Bacchinius oſtendit. Quod etiam confirmatum vidi per Diploma nondum vulgatum Henrici inter Auguſtos Quarti, datum Anno MCXXIII. Aquiſgrani, in quo praecipitur, *ut nulla Clericalis vel Laicalis perſona aliquam dominationem, aut ullum penitus praelationis jus in praefato Monaſterio Sancti Benedicti, praeter Romanum Pontificem, & Imperatorem, in perpetuum requirat*. Attamen quia ſitae erant in Dioeceſi Regienſi nonnullae Eccleſiae, ad ejus Coenobii jura ſpectantes, propterea *Henricus Abbas* ab Epiſcopo Regienſi confirmationem petiit earum, quam etiam impetravit, ſed ita ut Clerici earumdem Eccleſiarum *Chriſma, Oleum Sanctum, & Ordines* ab Eccleſia Regienſi acciperent, & penſio annua Epiſcopo ſolveretur. Chartam Lectori exhibeo depromtam ex Tabulario Reipublicae Regienſis.

Adelberius Regienſis Epiſcopus Monaſterio Padolironenſi Sancti Benedicti nonnullas Eccleſias & jura confirmat, Anno 1140.

QUoniam nullis noſtris praecedentibus meritis, ſed ſolâ ſuâ diſpoſitione & vocatione ad Pontificalis dignitatis regimen Omnipotentis miſericordia nos ſublimavit, ideo ne creditam nobis a Deo diſpenſationem non tam ſpiritualiter exercere, quàm temporalia lucra videamur cumulare: ſcientes, nos quantò majora ceteris in Mundo a Domino dona ſuſcipimus, tantò ei in futuro examine diſtrictius pro donorum ipſorum multiplicationem rationem reddemus. Ideoque nos Adelberius *ſcilicet* ſanctae Regienſis Eccleſiae Antiſtes, *tam pro peccatorum noſtrorum, atque Praedeceſſorum, Succeſſorumque noſtro-*

noſtrorum remiſſione, tum pro totius Populi aeterna ſalute, tum quorumdam Fratrum & fidelium noſtrorum conſilio & petitione; tum quia ſanctam religionem Monaſterii Sancti Benedicti juxta Paudum *cognoſcimus aſſuetae paupertatis Chriſti imitatores, non quae ſua ſunt, ſed quae Jeſu Chriſti, quaerentes ſcimus; tum quod ſcripturâ Praedeceſſorum noſtrorum, venerabilium ſcilicet* Heriberti, & Boniſenioris, *atque* Adelelmi *legimus & vidimus:* Abbatis praedicti Coenobii Dompni Henrici, & Donni Guilielmi Prioris, *ceterorum Fratrum precibus annuentes, eiſdem ſuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam Sanctae Mariae de Villolis, cum omnibus Decimis, & pertinentiis, & oblationibus, & univerſis ab ea detentis, imperpetuum habendam concedimus & confirmamus. Eodem quoque modo Monaſterium Gonzagae cum ſuis Cappellis, quas in noſtro Epiſcopatu detinet, cum omnibus Decimis & primitiis & oblationibus, & univerſis, quae detinere videtur, imperpetuum concedimus & confirmamus. Ad haec etiam Eccleſiam Sancti Sirti de Lecto Paludano, & omnes Eccleſias, quas praefatum Monaſterium Sancti Benedicti ſupra Paudum vel per ſe vel per ſuas obedientias in noſtro Epiſcopatu detinet, cum omnibus Decimis & oblationibus, & univerſis ab eiſdem detentis, imperpetuum concedimus & confirmamus. Inſuper & Decimas omnium terrarum, quas idem Monaſterium, & ejus obedientiae vel per ſe vel per ſuos homines runcarunt, aut deinceps runcaturi ſunt, ut habeat & fruatur ſine omni noſtra, noſtrorumque Succeſſorum contradictione, imperpetuum concedimus.* Praeterea eorum Clerici, qui ibi habitant, ad Sinodum noſtram veniant, & Criſma & Oleum Sanctum, ſimiliterque Ordines a nobis accipiant. Per unumquemque annum in Aſſumptione Sanctae Mariae, vel infra ejus Octavam, ſecundùm bonae memoriae Praedeceſſoris noſtri Bonſegnoris, quinque Solidos Lucenſis monetae nobis & noſtris Succeſſoribus, vel noſtris Legatis perſolvat. *Et ſi per ignorantiam aut oblivionem evenerit, ut in praeſcripto termino non perſolvantur, poſt tertiam admonitionem emendare non differant. Si quis verò hoc Praeceptum noſtrum, quod abſit, infringere tentaverit, aut Monaſterium ex hac noſtra conceſſione moleſtare voluerit, ſciat ſe poenam decem Librarum auri debere perſolvere eidem Monaſterio, hoc tamen ſcripto in ſuo robore permanente. Et ut hoc verius credatur, propria manu ſubſcripſimus, & teſtes adeſſe rogavimus, & Martinum Regenſem Notarium ſcribere juſſimus, in praeſentia* Domini Gualterii Archiepiſcopi, & *Canonicorum.*

Actum Regii in Canonica Sanctae Mariae, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo, mediante Menſe Martio, Indictione Tertiâ, & in die ejuſdem Domini Adelberii conſegrationis, feliciter.

Ego Alberius Reginus Epiſcopus.

Ego Ogerius Archipresbiter ſubſcripſi.

Ego Achilles Archidiaconus ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbiter ſubſcripſi.

Ego Presbiter Albericus ſubſcripſi.

Ego Guilielmus Presbiter ſubſcripſi.

Petrus Diaconus ſubſcripſi.

Petrus Magiſter Scolarum ſubſcripſi.

Ego Albertus Cauſidicus Regenſis Pontificis Alberii rogatus ſubſcripſi.

Rogati teſtes interfuerunt Ubaldus Palearis, Bonefilius Agneli, Albertus filius Petri, Coarus Soli, Johannes Bonus filius Romanelli.

Ego Martinus Notarius Palatinus rogatus interfui, ſcripſi, complevi, ac dedi.

Ego

Ego Jacobinus, qui vocor Saluſtius Domini Henrici Imperatoris *Notarius, autenticum hujus exempli vidi, legi, & ut in eo continebatur, in hoc ſcripſi, nichil addens vel minuens, praeter quàm in compoſitione litterarum vel ſilabarum, & ſignum, prout melius potui, formavi.*

Sed & Anteceſſores ejuſdem Abbatis ſimilem confirmationem impetrarant ab *Heriberto*, *Bonſeniore*, & *Adelelmo* Regienſibus Epiſcopis. Cujus rei teſtis quoque eſt Conſtitutio CLI. Tomi 2. Bullar. Caſinenſis: Bulla ſcilicet Gualterii Archiepiſcopi Ravennatis, confirmantis eidem Monaſterio quaecumque bona ad illum ſpectarent in Regienſi Dioeceſi. Quibus autem honoribus in ejuſmodi Eccleſias Monachorum exciperentur Epiſcopi, palam faciet Charta nondum edita, quae ex veteri membranâ Epiſcopii Laudenſis per Puricellium Cl. virum olim deſcripta fuit.

Olricus Archiepiſcopus Mediolanenſis in Placito habito Mediolani litem dirimit inter Epiſcopos Laudenſem, & Terdonenſem de duobus Monaſteriis, quae ſibi quiſque tribuebat, Anno 1125.

D*Um in Dei nomine, in Civitate Mediolani in Broleto juxta domum Archiepiſcopatus*, Olricus Archiepiſcopus *judiciario more reſideret, praeſentia* Domni Azonis Aquenſis Epiſcopi, *& ordinariorum Sanctae Mariae matris Eccleſiae, & aliorum Presbiterorum Mediolanenſis Civitatis, & Girardi Judicis, ac reliquorum bonorum hominum tam Capitaneorum, quàm Vavaſſorum, ſeu Civium Mediolanenſium, atque Laudenſium, quorum nomina ſubtus leguntur: perlata eſt querela & diſcordia, quam habebat* Ardericus Epiſcopus Laudenſis Eccleſiae *cum* Epiſcopo Petro Terdonenſis Eccleſiae, *de poſſeſſione videlicet Monaſteriorum de Precipiano & Savinione, quam dicebat Laudenſis Epiſcopus ab Epiſcopo Terdonenſi injuſte detineri; dicens & aſſerens, praedicta Monaſteria ac res ad eadem pertinentes tam mobiles quàm immobiles, ſeu familias eſſe de jure & poteſtate Epiſcopatus Sanctae Laudenſis Eccleſiae juxta Praecepta Regum atque Imperatorum; in quibus continebatur, praedicta Monaſteria cum jam dictis omnibus rebus ac familiis eſſe data & conceſſa ab Imperatoribus & Regibus Laudenſi Epiſcopio, ita ut Laudenſis Epiſcopus haberet poteſtatem regendi & ordinandi praefata Monaſteria, ſicut ſua propria Monaſteria, quae ſunt ſub ſuo regimine & poteſtate conſtituta. Inſuper & dedit & oſtendit jam dictus Laudenſis Epiſcopus tres legales teſtes jam dicto Archiepiſcopo, ſuiſque Conſiliariis, Arialdum ſcilicet, qui dicitur de Melegnano, & Ribaldum, qui dicitur de Fingino, & Albertum, qui dicitur de Buxeto: teſtificantes, ſe vidiſſe* Opizonem Laudenſem Epiſcopum in Monaſterio Precipiani tamquam proprium Epiſcopum ac Dominum eſſe ſuſceptum a Guidone Abbate, & Monachis ejuſdem Monaſterii, cum honeſta & plenaria proceſſione, cum campanis utique ſonantibus, cum aqua benedicta, & incenſo, *in tempore* Oddonis Terdonenſis Eccleſiae in Epiſcopum *electi:* & omnia ibidem ſupraſcriptum Epiſcopum Opizonem diſponentem & morantem, tamquam in domo ſua, & pla-

& placita inibi tenentem, datis clavibus Canevae, aliarumque domorum ſupradicti Monaſterii Miniſtris & fidelibus Opizonis Epiſcopi. *His ergo omnibus a praedicto Archiepiſcopo viſis & cognitis, & diligenter auditis, dedit ſententiam Domnus Archiepiſcopus, ut Epiſcopus Laudenſis omnimodam poſſeſſionem, & integram evitionem deinceps habeat, ſicuti Imperatores habuerunt, & in jam dictis Praeceptis continebatur, & ſicut jam dicti teſtes teſtificati ſunt; tali modo interdicens Epiſcopo Terdonenſi atque praecipiens, ut amodo ſe non intromittat, neque per albergariam neque per fodrum neque per aliquam conditionem rerum ſecularium iſtorum Monaſteriorum, neque de eorum poſſeſſionibus. Sed ipſe Epiſcopus Laudenſis noſtro Praecepto, noſtrâque ſententiâ in poſſeſſionem intret, & deinceps poſſeſſor exiſtat ſine contradictione Epiſcopi Terdonenſis, tali modo quod ipſe Epiſcopus Laudenſis ſit paratus reſpondere Epiſcopo Terdonenſi rationabiliter ante Mediolanenſem Sedem omni ſeculari jure, ſi eum appellaverit: & ipſe ſimiliter Epiſcopus Terdonenſis paratus ſit ante eamdem Sedem Epiſcopo Laudenſi de ſpirituali jure juſte & canonice reſpondere.*

Factum eſt hoc Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo Centeſimo Vigeſimo Quinto, Menſe Decembris, Indictione Quarta.

Ego Anſelmus Subdiaconus interfui & ſubſcripſi.

Ego Ambroſius Bergamenſis Epiſcopus *hanc ſententiam laudavi & ſubſcripſi.*

Ego Boſo Taurinenſis Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Ribaldus Albenſis Epiſcopus *firmavi & ſubſcripſi.*

A *Ego* Otto Albiganenſis Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Anſelmus Archiepiſcopus *ſubſcripſi.*

Hujus ſententiae teſtes fuerunt Ariprandus de Rode, Landulfus qui dicitur de Curte, Anſelmus Advocatus, Otto de Landriano, Landulfus de Puſterla, Otto &c. Azo Martinonis Marcheſe de Riolo &c.

B *Ego* Olricus *gratiâ Dei* Archiepiſcopus *hanc ſententiam conſilio Epiſcoporum, ac Cardinalium noſtrae Eccleſiae, cum Primicerio, ceteriſque Sacerdotibus, & quampluribus ſapientibus Laicis promulgavi, & hanc notitiam fieri praecepi & manu propria ſubſcripſi.*

C *Ego* Landulfus *indignus* Aſtenſium Epiſcopus *hanc ſententiam ratam & rationabilem judicans laudavi, & firmando ſubſcripſi, & ſubſcribendo firmavi.*

Ego Anſelmus Subdiaconus interfui & ſubſcripſi.

Ego Ambroſius Pergamenſis Epiſcopus *&c.* (*)

D *Ego* Litifredus Novarienſis Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Guido Yporienſis Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Obertus Cremonenſis Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Johannes Abbas Sancti Ambroſii *ſubſcripſi.*

Ego Vivianus Abbas Sancti Vincentii *interfui & ſubſcripſi &c.*

E *Ego Orlenbaldus Cauſidicus autenticum hujus exempli ſcripſi praeter literas plus minuſve.*

Habes heic geminos eodem tempore Archiepiſcopos Mediolanenſes. Ne mirere: *Olricus* ordinarius erat: *Anſel-*

(*) Heic rurſus repetuntur ſubſcriptiones Bergomenſis, Albenſis, Taurinenſis & Albigaunenſis Epiſcoporum.

Anſelmus Coadjutorem agebat; uti in Praefatione ad Poëma Cumanum Tomo V. Rerum Italicarum animadverti. Simul etiam habes heic nonnullos Epiſcopos Mediolanenſi Metropolitae tunc ſubjectos, qui ſententiae Olrici Archiepiſcopi ſubſcripſere. Itaque ex his conſtat, Laudenſem Epiſcopum *Opizonem* in Monaſterio Praecipiani ſibi ſubjecto *ſuſceptum fuiſſe a Guidone, Abbate, & Monachis ejuſdem Monaſterii cum plenaria & honeſta proceſſione, cum campanis utique ſonantibus, cum aqua benedicta & incenſo*. Alia quoque dominationis acta ibi Epiſcopus idem exercuit, tanquam in domo ſui juris, ita ut jam videas, quae ratio tunc haberetur poteſtatis & venerandae auctoritatis Epiſcoporum. Addo & alterum juris Epiſcopalis ſervati indicium, pergamenam videlicet Ferrarienſem ex Annalibus MStis Peregrini Priſciani depromtam.

Landulphi Epiſcopi Ferrarienſis Conſtitutio, in qua decernitur, ad quem ſpectet in Eccleſiis & Monaſteriis illius Civitatis ad defunctorum corpora Miſſam majorem celebrare, Anno 1110.

ANno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Decimo, in Palacio beati Georgii actum. Breve recordacionis, quod ego Landulfus *per Dei gratiam* Ferrarienſis Epiſcopus, *& omnes Canonici, noſtreque Civitatis Clerici, communi conſilio ſtatuimus, videlicet, ut in quacumque Eccleſia, vel* Monaſterio noſtre Civitatis ad defuncti corpus fuiſſemus, ſi Epiſcopus intereſſet, quod ipſe Majorem Miſſam celebrare debebat. Si verò non adeſſet, Canonicorum majoris Eccleſie foret Miſſa & Officium. Si autem neque Epiſcopus, neque Canonici afforent, Miſſe majoris miniſterium ſibi ſument ad celebrandum, *excepto in Cenobio Sancti Bartholomei, & Sancti Silveſtri, atque Romani, quod ideo fuit eis conceſſum, quia talis Conventus eſt*, qui Regulam & Ordinem ſervant. *Dompno Antonio Sancti Bartholomei Abbate, nec non Dompno Johanne de Pinerolo Sancti Romani Priore, Dompno Johanne de Berſello Sancti Michaëlis Priore, Adelmario Priore Sancti Nicolai, Dompno Michaële Priore Sancti Johannis, conſentientibus & jubentibus, Giſone Archipresbitero ſancti Conventus & Congregationis Sancti Johannis, Presbitero Petro Sancte Crucis, Presbitero Petro de Vigarano cum omnibus Confratribus ſuis, Johanne Archipresbitero Coparii de Congregatione Sancti Clementis, Presbitero Tebaldo, Presbitero Martino Sancti Vitalis, & Petro Diacono cum omnibus confratribus ſuis, Archipresbitero Petro Sancti Georgii, morante apud Sanctam Mariam de Bucco, Presbitero Martino Sancti Martini, Presbitero Petro Sancti Petri, & Presbitero Romano Sancti Stephani cum omnibus Confratribus ſuis preſentibus, conſentientibus & jubentibus.*

Ita videas, Nonantulanum celebre Mutinenſis agri Monaſterium inſignibus Privilegiis a Sancta Sede munitum fuiſſe. Nihilo tamen ſecius, ut habetur in Bulla Eugenii III. Papae Anno Chriſti MCXLV. ſcripta ad Theobaldum Veronenſem Epiſcopum Tomo V. Ital. Sacrae: *Jus Parochiale in Plebem de Nogaria* eidem Epiſcopo confirmatum fuit, *ſicut per concor-*

cordiam inter te & Nonantulanum Abbatem, praeſentiâ noſtrâ factum determinante, ſtatutum eſt. At ego nihil heic diſſimulatum volo. Eodem Seculo agitata eſt controverſia de Parochiali Eccleſia Cicognariae inter *Obertum Cremonenſem Epiſcopum*, & *Richildam Abbatiſſam* nobiliſſimi Monaſterii Brixiani Sanctae Juliae, coram *Alberio Epiſcopo Regienſi*, cui a Sede Apoſtolica, ut ajunt, delegata fuerat cauſſae cognitio. Sententiam tulit Regienſis Antiſtes, juſque in eam Eccleſiam Cremonenſi adjudicandum cenſuit. Verum alia fuit Romanae Curiae ſententia, quod Brixianum Aſceterium Privilegio Sanctae Sedis munitum foret. Digna eſt integra Charta, quae legatur, quum multa ad eorum temporum diſciplinam & mores offerat. Eam e Tabulario ipſius Monaſterii Sanctae Juliae, ubi autographum adſervatur, deſcripſi.

Eugenii III. Bulla, quâ controverſia antea agitata ab Abbatiſſa Monaſterii Brixiani Sanctae Juliae contra Epiſcopum Cremonenſem propter Eccleſiam de Cicognaria coram Epiſcopo Regienſe, demum dirimitur, Anno 1152.

EUgenius Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, dilecte in Chriſto filie* Richilde Abbatiſſae Monaſterii Sanctae Juliae, *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad hoc in ſede juſtitiae, diſponente Domino, aliis preſidemus, ut ſingulis Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis ſua jura ſervantes, ſi qua inter ipſas fuerit orta diſſenſio, ſine debito terminemus. Controverſiam igitur, quae inter te, & venerabilem fratrem noſtrum* Obertum Cremonenſem Epiſcopum *ſuper Eccleſia de Cicognaria verſabatur, ad petitionem ejuſdem Epiſcopi venerabili fratri noſtro* A. Regino Epiſcopo *commiſimus terminandam. Qui itaque parte in preſentia ſua conſtituta, & allegationibus ac rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, multorum ſapientum conſilio requiſito, talem ſuper eadem controverſia ſententiam promulgavit, ut videlicet* homines de quatuor Villis, ſcilicet Caſali, Villa Ravennenſium, Gurgo, & Scurolo, qui antiquitus conſuerunt venire ad Eccleſiam de Cicognaria, ſicut ex prolatione teſtium utriuſque partis praecepimus, decreto veniant, & ſpiritualia ab eâ accipiant. De Eccleſia verò de Cicognaria ita dicimus. Quatinus Abbatiſſa Sacerdotem eligat, & ibi ponat, ita tamen, quod Epiſcopo repreſentet, & ab eo curam animarum accipiat. Quartam verò partem decimarum, ſicut hactenus Eccleſia de Cicognaria tenuit, ita decreto teneat. Griſma, Oleum ſanctum a Plebe Caſalis Majoris recipiat. Ad Capitulum & Letaniam eat. Publicos Penitentiales illuc ad penitentiam recipiendam deducat. Temporalem amminiſtrationem Abbatiſſae adjudicamus. Eccleſiam verò, que ad leſionem veteris Eccleſie contra auctoritatem noviter conſtructam cognovimus, ad evitandum etiam futurum ſcandalum, eam removendam eſſe cenſemus. Sententiam Domni Ariberti de Eccleſiis de Calvatone atque Alfiani, minime retractamus. *A qua ſententia predictus frater noſter Obertus Cremonenſis Epiſcopus ad noſtram ſententiam appellavit. Utrâque igitur parte in noſtrâ preſentiâ*

tiâ conſtitutâ, & allegationibus ac rationibus vivâ voce nobis coram propoſitis & actis, allegationes & atteſtationes utriuſque partis continentibus nobis a memorato fratre noſtro Regino Epiſcopo ſub ſuo ſigillo tranſmiſſis, diligenter inſpectis, & ſepius a nobis relectis, cognovimus ſententiam ipſam in maxima ſui parte contra Privilegia Sedis Apoſtolicae, Monaſterio Sanctae Juliae indulta, fuiſſe prolatam. In Privilegio namque Pauli Papae *ita inter cetera legimus:* Igitur quia poſtulatis a nobis, quatenus venerabile Monaſterium Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſitum infra Civitatem Brixiam, quod noviter fundare viſa eſt Anſa excellentiſſima Regina, Privilegiis Sedis Apoſtolicae infulis decoretur, concordantibus nobis reverentiſſimis Epiſcopis noſtris, ex communi aſſenſu ſtatuere decrevimus, ut prefatum Monaſterium Domini Salvatoris, cunctaque Monaſteria cum univerſis Baſilicis ad ſe pertinentibus, que a piiſſime Anſe jure conſtructa eſſe noſcuntur, Apoſtolicae Sedis Privilegii, cui Deo auctore deſervimus, infulis decoretur. *Et infra:* De cujus inſuper Monaſterii uniuſcujuſque Abbatiſſae conſecratione ſanciri communiter decrevimus, ut ſibi liceat a quocumque & de quacumque Civitate voluerit, Epiſcopo conſecrari. Cujuſcumque verò ordinis Clerici ejuſdem Abbatiſſae rogatu ſimiliter a quocunque, & de quacunque Civitate voluerit, Epiſcopo expetantur vel conſerventur. Quibus etiam licentiam concordi inſtitutione conceſſimus, Criſma tempore baptiſmatis, & Oleum ad exercenda divina Myſteria, ſeu cujuſcumque ſpecialis negotii ſubſidium, a quocumque Epiſcopo cum res exigit, Apoſtolicâ largitione percipere. *Et in*

A *Privilegii predicti ſerie ſic invenimus:* Criſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Abbatiſſae, vel Monacharum, ſeu Clericorum veſtrorum, qui ad ſacros fuerint Ordines promovendi, ſeu quicquid ad ſacrum miniſterium pertinet, a quibuſcunque malueritis, Catholicis ſuſcipiatis E-

B piſcopis. *Quod igitur in predicta ſententia contra Apoſtolicae Sedis Privilegia continetur, ad normam rectitudinis revocare volentes, ſicut ſuperius diximus, Privilegiis diligenter inſpectis & allegationibus utriuſque partis ſepe ac plene auditis & cognitis, & atteſtationibus crebro perlectis, communicato Fratrum noſtrorum conſilio judicavimus, ut*

C *in* Eccleſia de Cicognaria juxta Privilegiorum tenorem per te Presbyter eligatur, & ibidem ponatur. Criſma quoque, Oleum ſanctum, & cetera ſpiritualia idem Presbiter tam in ſe, quàm in ſibi ſubditis, a quocunque voluerit Epiſcopo Catolico, & gratiam Apoſtolice Sedis habenti, ſuſcipiet. Plebi verò de Caſali Majore

D in nullo ſubjacebit. *Omnes homines de quatuor Villis, Caſali videlicet, Villa Ravanenſium, Gurgo, & Villa de Scurolis, excepto Banno, & Lombarello, & familia Camparelli, Lupuli, atque Alberti Ferrarii, ad praedictam Eccleſiam de Cicognaria tam vivi quàm etiam mortui pro percipiendis cunctis ſpiritualibus vadant. De Villa autem*

E *de Barcello, Stephano de Aggere, Modelena, & Osberti, & Doctore, & Barbalongi, & quatuor Caſae de Barcello, & Petrus Abbas & cognata ſua, in eâdem Eccleſiâ de Cicognariâ ſepelientur. Pro ceteris verò divinis tam ipſi, quàm ceteri ejuſdem Villae homines, ad Eccleſiam de Foſſa Capraria percipiendis ibunt. Eccleſia de Cicognaria Decimarum quartam partem, ſicut*

hactenus

hactenus tenuit, ſemper poſſideat. Edificium etiam ſub Eccleſiae nomine contra ſacros Canones, & novi operis denuntiationem, infra Parrochiam de Cicognaria, in veteris Eccleſiae dampnum conſtructum, deſtruendum penitus judicavimus. Si verò neceſſitas hominum Villae de Barcello exegerit, inter eandem Villam & Foſſam Caprariam extra Parrochiam de Cicognaria Cremonenſem Epiſcopum Eccleſiam edificare permittimus. Ne igitur Parrochiarum fiat confuſio, preſenti decreto, Apoſtolicae Sedis auctoritate, ſtatuimus, ut quicunque de ſupradictis Parrochiis de una ad aliam domicilium ſuum tranſtulerit, ab illa Eccleſia omnia divina percipiat, ad cujus Parrochiam domicilium tranſtuliſſe conſtiterit. Nulli ergo omnino hominum liceat hujus noſtrae diffinitionis paginam temerario auſu infringere, ſeu quibuſlibet moleſtiis perturbare. Si quis igitur in futurum adversùs iſta preſumpſerit, ſecundo tertiove commonitus, niſi in preſumptione ſuâ dignâ ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus incurrat, atque in eterno examine diſtricte ultioni ſubjaceat.

Datum Signie V. Idus Junii, Indictione XV.

Locus Sigilli ✠ appenſi deperditi.

Laudatur in hiſce tabulis Bulla Paulli I. Pontificis, a Margarino evulgata Tom. 2. Bullar. Caſinenſ. Conſtitut. 9. cui innituntur primordia exemtionis Parthenonis Brixiani. Sed uti jam libere faſſus ſum in Diſſertatione LXIV quoties mihi occurrunt tam antiquae Libertatis ſive Immunitatis Privilegia, haereo e veſtigio, & inſidias veritus, quid certi ſtatuam non habeo. Mihi in ea Paulli I. Bulla Notae Chronologicae tenebras creant. Nempe dicitur *Data VII. Calendas Novembris, Imperante Domno Auguſto Conſtantino a Deo coronato Magno Imperatore, Anno XXIII. ſed & Leone Imperatore filio ejus, Anno X. Indictione Primâ:* hoc eſt Anno Chriſti DCCLXII. ſi a Septembri Indictio nova deducta eſt: aut Anno DCCLXIII. ſi eadem a Kalendis Januariis exordium ſumſit. Labbeus Tom. 6. Concilior. pag. 1689. ejuſdem Paulli I. literas profert, ſcriptas *Nonis Februarii, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato Magno Imperatore, Anno XL. & Poſt Conſulatum ejus Anno XX.* (ſive XIX.) *ſed & Leone Imperatore ejus filio Anno VII. Indictione XII.* Eſt & altera ejuſdem Paulli I. Papae Bulla apud Labbeum, cui ſubſcripſere complures tum Epiſcopi tum Cardinales ſanctae Romanae Eccleſiae, *Data IV. Nonas Junii, Imperante Domno Conſtantino Auguſto a Deo coronato Magno Imperatore, Anno XLI. ex quo cum patre regnare coepit, & Poſt Conſulatum ejus Anno XXI. Indictione XIV.* Lector, quaeſo, Acta haec, ſive haſce Notas componat cum monumento Brixiano, atque decernat, an rite omnia pergant. Sed fortaſſe Margarinus, in aliis parùm accuratus, ne heic quidem pergamenam rite deſcripſerit. Unum tamen ſupereſt, quod me magis dubium hac in re efficit. Nimirum Paulli I. Privilegio ſubſcribunt *Apollinaris, Otto, Julianus, Felix, &* alter *Felix.* Epiſcopi omnes e Provincia fortaſſis Aquilejenſi, quum ſint ii ipſi, qui Privilegio ſubſcribunt Sigualti Patriarchae, edito in eodem Bullario Caſinenſi, & dato, ut ibi legitur, *Anno Deſiderii Regis XVI. & Adelgis XIV. Indictione XII. Tertio Idus Octobris;*

ſobris; hoc eſt Anno Chriſti DCC-LXXII. vel DCCLXXIII. quamquam ne iſtae quidem Notae omnis vitii expertes dicendae ſint. Neſcio, an iis temporibus in uſu eſſet, (quod Saeculo praecipue Duodecimo uſurpatum fuit) ut Bullis ejuſmodi ſubſcriberent Epiſcopi. Attamen id ſtatue, ut lubet: certe mos fuit, ut ad Romani Pontificis decreta accederet ſubſcriptio Epiſcoporum Romanae Provinciae, & Cardinalium. Cur ergo heic Epiſcopi alienae Provinciae ſe ingerunt? Quei Romae illi ſimul verſantur, iidemque numero, qui decem poſt annos Sigualti Patriarchae tabulas pro eodem Brixiano Parthenone emiſſas confirmant? Inſuper quei verbis plane iiſdem utrique Chartae ſubſcribunt? Epiſcopos autem illos Aquilejenſi Provinciae ego tribui, ſed tantummodo divinans: nunc ajo, nullum mihi eorum veſtigium uſquam occurrere, quamquam Sigualtus ſcribat, ſe Privilegium illud concedere, *concordantibus nobis reverentiſſimis Epiſcopis noſtris:* & Paullus Papa itidem affirmet, ſe id feciſſe, *concordantibus nobis reverentiſſimis Coëpiſcopis noſtris.* Nam quod Mabillonius in Annalib. Benedictinis ad Annum DCCLXXII, *Apollinarem Regienſem*, *Julianum Placentinum* Chartae illi ſubſcripſiſſe dixit, divinando dixit. Et quid rei erat Regienſi &

[A] Placentino Epiſcopis cum Patriarcha Aquilejenſi? Denique petendum ſupereſt, cur a Sigualdo Patriarcha impetratum eſt Privilegium illud, cui nihil juris erat in Brixianam Dioeceſim; & non potius a Mediolanenſi Archiepiſcopo, cui ſuberat Brixiana Dioeceſis, aut ab aliis Archiepiſcopis, in quorum Provincia [B] ſita erant alia Templa ac Monaſteria, Brixiano Aſceterio addicta. Utcumque tamen ſit, e tabulis nuper a me prolatis didicimus, Anno MCLII. probatum fuiſſe Romae Privilegium Paulli I. Papae, tanquam legitimum monumentum, nullumque memorari jus relictum Cremonenſi Epiſcopo in Eccleſiam Cicognariae: [C] quod profectò cum Decretis Claromontani Concilii, aliiſque literis Pontificiis conſentire minime videtur. Ceterum etiam poſt illa tempora multorum Epiſcoporum jura viguiſſe deprehenduntur in Monaſteria & Monachos, ac praecipue Mediolani. Vertebatur lis inter Abbatem Monaſterii Mediolanenſis Sancti Celſi, [D] & Praepoſitum Plebis de Brebia, ſubjectum Mediolanenſi Archiepiſcopo. Per concordiam ſublata illa fuit, ſervato jure Praepoſiti in Eccleſiam Monaſterio obnoxiam. Tabulas ejuſmodi ſententiae deſcripſi ex Adverſariis MStis Puricellii Viri Clariſs. in Ambroſiana Bibliotheca adſervatis.

Concordia inter Johannem Abbatem Sancti Celſi Mediolanenſis & Lanfrancum Praepoſitum Plebis de Brebia, in lite de duabus Eccleſiis, facta Anno 1152.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Recordatio concordiae, quae facta eſt ſuper controverſia inter Johannem Monaſterii beati Celſi Abbatem & Lanfrancum Plebis de Brebia Pre-

[E] poſitum *diutius agitatâ. Diſcordia autem haec erat. Aſſerebat ſiquidem Lanfrancus, Eccleſiam Sancti Salvatoris de Iſpira, & Eccleſiam beatorum Martyrum Ipoliti & Caſſiani de Gomera, ad Plebem*

Plebem de Brebia ſpectare, eique tamquam capiti, & Capellae ſuae matrici Eccleſiae obedire debere, quod Abbas omnino diffitebatur. Idcirco Domini Obitius Archipresbiter, Galdinus Archidiaconus, Jordanus & Algiſius Diaconi Mediolanenſis Eccleſiae, volentes hanc litem amicabili pacto decidere, acceptâ ab utrâque parte ſecuritate, quod ſuo obedirent mandato, ſuper ipſa diſcordia talem fecerunt tranſactionem. Prefatus Prepoſitus de Brebia Eccleſiam Sancti Salvatoris de Iſpira, & ea, quae ipſius Eccleſiae ſunt, de cetero habeat & teneat, & in ſua, ſuorumque ordinatione & diſpoſitione libere permaneant. Predictus verò Abbas, ejuſque Succeſſores Capellam beatorum Martyrum Ipoliti & Caſſiani, & ea, quae ad ipſam ſpectant, habeant, & teneant, & poſſideant. Hoc modo Sacerdotem vel Clericum dumtaxat prenominatae Plebis, qui ipſi Eccleſiae ſerviat, ſine fraude eligant. Si autem inter eos de electione orta fuerit controverſia, Mediolanenſi Archiepiſcopo, qui pro tempore fuerit, repreſentetur, ut illi controverſiae debitum finem imponat. *Sacerdotem, ſeu Clericum electum Abbas de Eccleſia illa, & his, quae ad Eccleſiam pertinent, inveſtiat. Sacerdos, ſeu Clericus manum obedientiae ei tribuat. De ſepe dicta Capel-*

A *la, & his, quae ad eam ſpectant, eidem obediant. Pueros ipſius loci ad ſervitium & Baptiſma ad Plebem ducat: & vocatus ad Capitulum plebis, ſi ordinem ipſius Plebis habuerit, pergat. Nihilominus ab Abbate vocatus ad ſuum Capitulum eat. Haec facta eſt concordia ſalvo jure Feſtivitatum, quas Plebs in pretaxatis Eccleſiis celebrat.*

B *Facta eſt concordia haec Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Secundo, Menſe Januarii, Indictione Quintadecima.*

✠ *Ego* Obertus Archiepiſcopus *ſubſcripſi.*

✠ *Ego Obitius Archipresbiter ſubſcripſi.*

C ✠ *Ego Galdinus Archidiaconus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Jordanus Diaconus interfui & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Algiſius Diaconus interfui & ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Johannes Abbas Sancti Celſi *ſubſcripſi.*

D Addo Bullam Hadriani IV. Papae pro Mediolanenſi Monaſterio Sancti Dionyſii emiſſam, in qua intueberis, *ſalvam Apoſtolicae Sedis auctoritatem, & Mediolanenſis Archiepiſcopi Canonicam juſtitiam.* Eamdem quoque depromſi e Puricellianis Adverſariis.

Hadriani Papae IV. Bulla, qua Monaſterio Mediolanenſi Sancti Dionyſii confirmat omnia illius jura & bona, Anno 1157.

ADrianus Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Wifredo Abbati Monaſterii Sancti Dionyſii Mediolanenſis, *ejuſque Fratribus tam preſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Juſtis Religioſorum deſideriis dignum eſt facilem praebere conſenſum, ut fidelis*

E *devotio celebrem conſequatur effectum. Ea propter, dilecte in Domino fili Wifrede Abbas, tuis juſtis poſtulationibus clementer adnuimus, & Monaſterium Sancti Dionyſii, cui, Deo auctore praeſides, & praedeceſſoris noſtri beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti Privilegio communimus.*

vimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona idem Monaſterium in praeſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis praeſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet Sancti Michaëlis de Peſcallo, in qua Monaſterium ſtatuendi, ſi expedierit, facultatem habetis, ſicut a venerabili fratre noſtro Oberto Mediolanenſi Archiepiſcopo rationabili providentia vobis conceſſum eſt: totam Parochiam ſuburbii illius Portae, quae dicitur Porta Nova, ſicut per ejuſdem Archiepiſcopi ſententiam legitime vobis adjudicata eſt: Eccleſiam Sanctae Mariae in Solario, quae nunc Sancti Fidelis dicitur: Eccleſiam Sancti Laurentii, quae eſt juxta domum Taſſonis, cum omnibus earum pertinentiis: Curtem de Melate cum tribus Capellis, videlicet Sancti Bartholomaei, Sancti Dionyſii, Sanctae Mariae de Sabioncello, & duobus Caſtris, ſcilicet de Melate & Sabioncello: Curtem de Lierni cum duabus Capellis beati Mauritii videlicet & beati Michaëlis: tertiam partem Curtis de Talamona cum Decima, & jus veſtrum in duabus Capellis, quae in Curte illa ſitae ſunt, videlicet Sanctae Mariae & Sancti Martini, cum omnibus ad eas pertinentibus: Capellam Sancti Martini de Gradi, cum omnibus ejus poſſeſſionibus: Eccleſiam beati Michaëlis de Peſcallo, cum omnibus ſuis pertinentiis: Decimam terrarum, quae ſunt juxta ipſum Monaſterium, & illarum terrarum, quae ſunt circa flumen Seviſum hinc atque inde in omnibus pertinentiis hominum habitantium in Porta, quae dicitur Nova, & in Porta Orientali; quae modo coluntur, vel in antea cultae fuerunt, ſicut ab Eriberto bonae memoriae Mediolanenſi Archiepiſcopo canonice vobis conceſſa eſt, & in ſcripto ſuo firmata: Poſſeſſiones, quas habetis in Sacrate & in Sexto, qui dicitur Johannis, in Aſſori, in Ponte Curionis, in Grogonzola, in Aronio, Peſcallo, Lomacio, Caſalego, Calutate, Romano, in Quinto, in Surdi, & in Caſale, de Caſinis, de Valle Saxia, cum omnibus ſupradictarum poſſeſſionum libertatibus & conſuetudinibus, ſicut eas ceſſione Regum hactenus quietè habuiſtis, & prefati Oberti Archiepiſcopi ſcripto vobis confirmatae ſunt.


Ad haec quatuor Clerici ipſius Monaſterii, qui ſunt de Ordine Decomanorum Mediolanenſis Eccleſiae, ab Abbate, qui pro tempore fuerit, ad honorem Dei in eadem Eccleſia ponantur & ordinentur, eique tamquam patri & domino ſuo obedientes exiſtant, ſicut hactenus extitiſſe dinoſcitur, & ſcripto jam dicti Archiepiſcopi continetur. Statuimus autem, ut in praedictis Eccleſiis Sanctorum Laurentii & Fidelis, vobis cum aſſenſu memorati Archiepiſcopi abſque contradictione aliqua ponere liceat Sacerdotes. Prohibemus etiam, ut nemini fas ſit in Parochia ſuburbii Portae Novae, quae veſtri juris exiſtit, infirmos viſitare, mortuos ſepelire, & alia divina officia, quae ad Parochiale jus pertinent, vobis invitis, Populo celebrare. Praeterea quicquid Adalbertus jam dictus Abbas ipſius Monaſterii invaſor ab eadem Eccleſia Sancti Dionyſii per venditiones, pignorationes, infeudationes, inveſtituras, libellos, commutationes, locationes, ſeu alio quolibet modo illicite alienavit, irritum eſſe cenſemus, & ad ipſam beati Dionyſii Eccleſiam revocandi facultatem vobis concedimus, quemad-

quemadmodum per ſententiam Conſulum Mediolanenſium a Rubaldo *bonae memoriae* Archiepiſcopo *confirmatum legitime judicatum eſt. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus a vobis Decimas praeſumat exigere. Decimas quoque, quas Canonice poſſidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura:* Salvâ Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Mediolanenſis

A Archiepiſcopi Canonicâ juſtitiâ. *Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve perſona hanc noſtrae Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, niſi praeſumptionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de*
B *perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hìc fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem prae-*
C *mia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.*



Ego Adrianus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi.*



✠ *Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
✠ *Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tituli Sanctae Praxedis ſubſcripſi.*
✠ *Ego Julius Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marcelli ſubſcripſi.*
✠ *Ego Octavianus Presbyter Cardinalis tituli Sanctae Caeciliae ſubſcripſi.*
✠ *Ego Henricus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achillei ſubſcripſi.*
✠ *Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.*
✠ *Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ſubſcripſi.*
✠ *Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ſubſcripſi.*
✠ *Ego Bonadies Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi.*

Datum Laterani per manum Alberti, Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, vicem Domni Rolandi ſanctae Romanae Eccleſiae Presbyteri Cardinalis & Cancellarii gerentis, IV. Idus Novembris, ***Indictione*** *VI. Incarnationis Dominicae Anno Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Septimo, Pontificatus verò Domni Adriani Papae Quarti Anno Tertio.*

Mediolanenſis denique Archiepiſcopi auctoritas in Monachos ad Annum uſque MCCCXI. perduraſſe deprehenditur, uti in Epiſtola Clariſs. Saxii, quam Praefationi ad Synodum Provincialem Caſtoni Archiepiſcopi, Tomo IX. Rerum Italicarum, adjunxi, adnotatum eſt. Verùm Seculis ſubſequentibus quum in *Mare Magnum* devecti fuerint quivis Monachi, Canonici Regulares, Clerici Regulares, Fratres Mendicantes, aliique Religioſorum Ordinum coetus, quibus ii velis hactenus navigarint & navigent, nihil intereſt meminiſſe. Ceterum, ut nunc, ita & olim Monaſteria a juriſdictione Epiſcopi exemta, ſolicite cavebant, ne quam Antiſtites poteſtatis umbram in ea captarent. Quare ad conſecrationem Eccleſiarum adſciſcebant potius Epiſcopos extraneos; aut ſi Dioeceſanum, ne actus ille ſibi in poſterum officeret, ſtudioſe curabant. Tremitenſe Monaſterium olim Benedictinorum, nunc Regularium Canonicorum, in Inſula Adriatici maris ſitum, perquam celebre eſt. Ejus Monachi *Draconariae Epiſcopum* exorarunt, ut ad conſecrationem Eccleſiae ſuae accederet. Quo facto multis etiam precibus impetravere *ſecuritatis Chartam* ab Epiſcopo pro futuris temporibus, quam ex Archivo Monaſterii Sanctae Mariae Tremitenſis deſcriptam ad me miſit eruditus amicus meus P. Pompejus Alexander Bertus e Congregatione Matris Dei.

Almeradi Epiſcopi Draconarienſis Charta, qua profitetur, nihil libertati Monaſterii Tremitenſis detractum iri, quod eam Eccleſiam is conſecrarit, Anno 1045. aut 1000.

✠ I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Tertio Anno Imperii Domino Conſtantino ſanctiſſimo Imperatore noſtro, Menſis Februarii, Tertiadecima Indictione. Nos* Almeradus Epiſcopus ſacrae Sedis Dracoranenſis *clarefacio, quoniam inſpirante divina omnipotentis Domini clementiâ, venerabilis* Abbas Albericus ſacri Cenobii Trimitenſis Inſulae, *cum tota Congregatione ſpiritualium Fratrum ſuorum, conſtruxerunt Eccleſiam in eadem Inſula a novo fundamine Sanctae Dei Genitricis & Virginis Mariae, quae Inſula adjacet inter Dalmatiam & Apuleam in pelago maris. Et pro quo ego Almeradus prefatus Epiſcopus vovi me converſari in eodem ſacro Cenobio, & cotidie ſpero finem meum ibi conſumare. Cepit me cum maxima diligentia predictus venerabilis Abbas Albericus cum ceteris ſpiritualibus Fratribus ejuſdem ſacri Cenobii, ut eamdem Eccleſiam ego predictus Epiſcopus Almeradus dedicarem, obſecrari. Unde ego poſtulantibus illis ſepius, & me anxie petentibus, conſenſum prebui precationibus eorum, & dedicavi illam in Menſe ſupraſcripto, & Anno Epiſcopatus mei Sextodecimo, & Indictione Tertiadecima. Et poſtquam adjutus auxilio omnium Creatoris, dedicavi hanc Eccleſiam, reverſus ſum ad ſedem mei Epiſcopatus, cepit me nimium precare ille Abbas, veniendo ad me cum ceteris Fratribus ſuis,* ut ſicut aliquando conſtructum eſt Cenobium predictum, nullus Epiſcopus probatur habere aliquam dicionem aut dominationem ividem, ita petimus, ut ſemper liber, & abſque omni dominatione Epiſcoporum exiſtat;

ſtat;

ſtat; *ſuggerendo ita:* quia ideo te nos hìc conduximus ad dedicando propter promiſſionem, quam feciſti in hoc ſacro Cenobio: & computavimus te quaſi unum ex Fratribus noſtris; ne pro hac occaſione ex Succeſſoribui tuis preſumat nobiſcum cauſare & contendere, ut habeant dicionem aliquam aut dominationem in hoc Monaſterio noſtro qualiſcumque Epiſcopus. *Et pro his omnibus petebant, ut facerem Libertatem ſecuritate eorum. Unde ego talia audiente ab illis, per remedium animae meae, & quia promiſerant, pro hac re ſemper mihi orare*, feci eis hanc Libertatis & Securitatis Cartulam, *ante preſentia Azonis Judicis, & alios idoneos teſtes, qui hìc ſubſcripſi ſunt*. Ut quicumque ex Succeſſoribus meis temptaverint pro qualecumque modo & ingenio, temerario auſu aliquid de eadem Eccleſia querere, aut aliquam dicionem vel dominium ibi habere queſierint, anathemate vinculo ſubjaceant, & a trecentis decem & octo Patribus, Arii maledictionem optineant, *& ſint damnati in pena Nathan & Abiron, & Judae traditoris, & ſint ſeparati a ſancta & Catholica Eccleſia, & ab omni conſortio Apoſtolorum & Chriſtianorum*. Quatenus ego prefatus Almeradus Epiſcopus obligo me, *& cum Benedicto Judice, atque pro Marcho Advocatore meo, & Succeſſores, qui poſt meum obitum in ipſo ſacro Epiſcopatu Eccleſie accedere debet*, ut nec ego, nec meos Succeſſores (*quod abſit*) propter dedicationem, quam feci in eadem Eccleſia, aliquando tempore contendamus habere aliquam dictionem & dominationem aut qualemcumque rem de predicto Monaſterio querere preſumamus: *ſed ſemper exiſtamus defenſores & adjutores in ſancto Cenobio contra qualemcumque preſumptorem, qui ibi pro hac occaſione, ut prediximus, ibi aliquid querere voluerit, ut ſemper queſtio eorum vacua & reproba ſit. Unde pro firmiſſima veſtri venerabilis Abbatis Alberici, ejusſque Succeſſoribus, & cum ceteris Fratribus, ſecuritate hanc Cartulam ſcribere feci, & cum anulum noſtrum propriis manibus noſtris in cera imprimentes ſignavimus, & te Stephanum Diaconum & Notarium ſcribere hanc Cartulam juſſimus, imtus Civitatem Dracoranenſem feliciter.*

✠ Almaradus Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei.*

✠ *Ego qualis Azo Judice.*

✠ *Ego Lupo Archipresbyter.*

✠ *Ego Andreas Moſilboni.*

✠ *Ego Adeodato de Monteſicco.*

Deeſt Cereum Sigillum Epiſcopale.

Annum certum indicare Chartae hujus auſus non ſum, quum Anno MXLV. *Indictione Tertiadecimâ*, ſecundùm calculos Pagii decurreret *Annus Quartus Conſtantini* Monomachi: & Anno MLX. *Indictione* rurſus *Tertiadecimâ, Annus Secundus Conſtantini* Ducae. Ad Chronologiam tamen alterutrius ex hiſce Graecis Imperatoribus non inutilis erit pergamena iſta, ubi quis diligentius eam rem preſcrutetur: quod mihi ad alia properanti facere non vacat. Ughellius quoque Tomo 8. Ital. Sacr. poſt Epiſcopos Civitatenſes ſeriem dedit Praeſulum Eccleſiae Draconarienſis, cujus Dioeceſis a multo tempore adjecta fuit Epiſcopatui Sancti Severi. Verùm illi ignotus fuit *Almeradus Epiſcopus*, in Charta nunc edita nobis ſervatus.

Poſcit etiam argumentum praeſens, ut aliquam mentionem faciam de *Monaſteriis Imperialibus*, ſive *Regali-*

galibus, quibus ne Italia quidem olim caruit. Ejuſmodi Monaſteria in Gallia temporibus etiam antiquis abundarunt, ſive quod a Regibus aedificata fuerint, ſive aliis de cauſſis. Vide Baluzium, Mabillonium, Du-Cangium, ac alios de eruditione praeſertim Gallica optime meritos. Graeci quoque ejuſmodi Monaſteria numerabant. Ad Italiam quod attinet, in Lege 8. Aiſtulphi Langobardorum Regis Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. memorantur *Monaſteria, Baſilicae, vel Xenodochia, quae ſub Palatii defenſione eſſe videntur*: eaque infra diſtinguuntur ab aliis, *quae ad Palatium non pertinent*. Sed haec non ſatis perſpicua. Clariora ſunt, quae habentur in Lege 31. Pippini Italiae Regis inter Langobardicas, in qua decernitur *de Monaſteriis & Xenodochiis, quae per diverſos Comitatus eſſe videntur, & Regalia ſunt: ut quicumque ea habere voluerint, per beneficium Domini Regis habeant*. Alia enim ex Monaſteriis *Epiſcopalia* fuere, quae Epiſcopis ſuberant: & alia *Regalia*, in quae jus integrum ſibi Reges tribuebant. Apud Ughellium Tom. V. Ital. Sacr. in Epiſcop. Veronenſib. ad Annum Chriſti DCCCXVIII. numerantur in Urbe Veronenſi *tria Monaſteria Regalia, ideſt Sancti Petri in Mauratica, Sancti Stephani in Ferrariis, & Sancti Thomae Puellarum in Urbe, ſed & duo Regis Xenodochia*. Monaſterium autem Caſaurienſe, a Ludovico II. Auguſto fundatum, unius Regis auctoritatem agnoſcebat, uti habemus ex ejus monumentis Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum evulgatis. Sed & alia fuere illuſtris nominis Monaſteria, quibus viſum eſt levius ſub Imperatorum tutela ac protectione eſſe, quàm ſub Romani Pontificis. Quare & iſta evaſere *Imperialia Monaſteria*. In eorum numero nobiliſſimum *Farfenſe* fuit, & quantâ contentione animi, illius Coenobii Monachi Imperialis patrocinii jura tutati ſint, Chronicon ejuſdem Monaſterii a me editum in eadem Part. II. Tom. II. ſatis aperte indicat. Sed & rem ipſam in monumento nondum edito luculentius perſpiciendam exhibeo. Debeo illud humaniſſimo & doctiſſimo viro Patri D. Euſtachio Caracciolo Clerico Regulari, Neapolitano ex egregia Principum Toreliae proſapiâ progenito.

Conſecratio Altarium Baſilicae Farfenſis a Nicolao II. Romano Pontifice facta, & Monaſterii illius libertas ab eodem Pontifice confirmata, Anno 1060.

ANno Dominicae Incarnationis MLX. Menſe Julio die VI. Indictione XIII. Nicolaus *ſanctiſſimus* Papa II. *invitatus decentiſſime a* Domno Berardo Abbate *venerabilis hujus* Farfenſis Monaſterii, *omnique Fratrum Conventu ejuſdem Coenobii, una cum Epiſcopis Romanis, & aliquantis Cardinalibus, ad hoc Monaſterium libentiſſime venit, ad hujus Eccleſiae principalia conſecranda Altaria: hoc eſt, beatae Mariae Dominae noſtrae, & Domini Dei Salvatoris Mundi. Quo facto honorificentiſſime inter ſacrae ſolemnia Miſſae idem Pontifex venerabilis omnibus poenitentibus, qui ibi convenerant & aderant, remiſſionem trium annorum fecit, & conſtituit, ut haec remiſſio annualiter fiat omnibus, qui in ipſa die cum votis & donis, pro ut potue-*

*potuerint, honeſte & honorifice annue venire ſtuduerint. Et pauperes, qui donum non habuerint, ſe religioſe * praeparare voluerint. De raptoribus verò ſive furibus aut ſacrilegis hujus bonorum Monaſterii, excommunicationem anathematis fecit, quam deſcribi, & quoties oportuerit, talem legi praecepit.*

In nomine Domini. Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Ob reverentiam Sanctae Dei Genitricis & ſemper Virginis, & Dominae noſtrae Mariae, poſtquam renovationem Conſecrationis hujus Eccleſiae Farfenſis, Deo propitio, jam honorifice explevimus, volentes amodo comprimere ac deſtruere omnium pravorum hominum, cujuſcumque dignitatis vel gradus ſint, de bonis hujus Monaſterii invaſiones vel depraedationes vel furta, auctoritate divinâ, videlicet Patris & Filii & Spiritus Sancti, & Beatae Mariae ſemper Virginis, beatique Michaëlis Archangeli, & Sancti Petri Apoſtolorum Principis, omniumque Sanctorum, qui in coelis & in terra venerantur, excommunicamus & anathematizamus, & a liminibus Sanctae matris Eccleſiae expellimus illos, qui porcos, boves, aut oves, vel alia quaelibet animalia, ſeu calceamenta vel veſtimenta, ſive libros, vel fruges, aut triticum vel vinum vel panem, ſeu diverſa utenſilia, de hoc Monaſterio Sanctae Mariae violenter rapuerunt, aut deinceps rapuerint, ſive furati ſunt, vel amodo praeſumſerint, aut diutius aut foris accipiunt. Igitur maledictionem abyſſi jacentis deorſum, & maledictionem coeleſtem & maledictionem terreſtrem ſuſcipiant, praeſentem maledictionem in corporum debilitatione recipiant, perditione & animarum cruciatione maledicantur A cum maledictis, flagellentur cum ingratis, pereant cum ſuperbis, crucientur cum blaſphemis, torqueantur in inferis: ſint maledicti cum blaſphemantibus nomen Domini, ſint maledicti cum deſperatis, ſint maledicti in Oriente & Occidente, ſint maledicti in Meridie & Septemtrione: ſint maledicti in die & in no- B cte: maledicti intus & foris, maledicti a dextris & a ſiniſtris. Sint maledicti in domo & in agro, ſint maledicti ſtantes & ſedentes, ambulantes & moram facientes. Sint maledicti bibentes & manducantes, ſint maledicti vigilantes & dormientes. Obtenebreſcat eis Sol, quum adhuc media fuerit dies, & incurſentur a C Diabolo & angelis ſuis. Excrucientur animae eorum doloribus, & extinguatur lucerna eorum in Secula ſeculorum, amen, niſi venerint ad ſatisfactionem & congruam emendationem.

Poſt conſecrationem autem hujus Eccleſiae Altarium, Nicolaus reverentiſſimus Praeſul aliquantulum nobiſcum com- D *moratus, benivolum ſe in omnibus, immo benigniſſimum erga hujus Loci negotia & iſtius Congregationis proficue exhibuit. Domnus verò Abbas noſter religioſiſſimus, una cum praecipuis Fratribus ejus ſanctiſſimae oſtendit praeſentiae* ſanctorum Privilegia Pontificum, & Praecepta ſacrorum Imperatorum, hujus ſacri Coenobii omnem Liber- E tatem & defenſionem pleniſſime continentia. Et qualiter Langobardorum Reges ſemper Regali Patrocinio, & Romanorum Imperatores Imperiali Tuitione illud conſervare & cuſtodire ſtuduerunt. Carolus quoque Romanorum Imperator Auguſtus Imperiali ſtatuit edicto, ut haec caſa Dei ſub tali privilegio fiat, & ſub integra Immunitate, ſicut cetera Monaſteria

ſteria infra Regna Francorum eſſe noſcuntur, *ideſt Lirinenſium, Agaunenſium, & Luxovienſium. Item oſtendit* Praeceptum Klotharii *sereniſſimi* Imperatoris, *ubi continetur, quod* Domnus & Avus ipſius *piae memoriae* Carolus *praeſtantiſſimus* Imperator haec omnia ſpecialiter ſub ſuo munimine, vel ſucceſſorum ſuorum, Regum ſcilicet Francorum, praecepto auctoritatis conſtituiſſet, ut nullus Pontifex, Dux, Princeps, aut quislibet ſuperioris aut inferioris ordinis rei publicae Procurator, hoc Monaſterium ſub tributo aut cenſu conſtituere praeſumeret, ſed ita Immune ac Liberum eſſet, ſicut cetera Monaſteria infra Regna Francorum conſtituta, *ideſt Luxovienſe, Lirinenſe, & Agaunenſe. Quae res poſtquam in praeſentia* Domni Apoſtolici Paſchalis L *& praedicti Imperatoris, & Optimatum atque Procerum utriuſque partis, examinata & diligenter inquiſita eſſet,* & in propatulo omnibus eſſet, quod hoc Monaſterium nullatenus ſub jure & dominatione praefatae Romanae Eccleſiae, vel ſub tributo aut penſione eſſe deberet; idem Domnus Apoſtolicus non ſolùm recognovit, nullum dominium in jure ipſius Monaſterii ſe habere, exceptâ Conſecratione, *ſed etiam omnes res tam in territorio Sabinenſi, quàm in Romaniâ ſitas, quas ex eodem Monaſterio poteſtas anteceſſorum ejus Paſchalis Papae injuſte abſtulerat, per juſſionem ipſius, dante eo Mappulam ſuam Advocato ſuo Sergio, reſtituit Leoni, qui de parte noſtra & hujus Monaſterii Advocatus erat, Item oſtendit* confirmationem Ludovici Imperatoris, *filii ejuſdem Klotharii, &* Berengarii, *ac* Ottonis Imperatorum, & Ottonis Secundi, *qui hoc Monaſterium cuidam* Ugoni Epiſcopo *in beneficium dedit. Quod recognoſcens ſe ignoranter egiſſe, pro omnipotentis Dei amore & pro remedio anime Herſonis, qui heic cum eodem Epiſcopo moratus obiit, praeceptali paginâ ſpopondit, ut amplius in aeternum numquam detur in beneficium, ſed ſemper maneat rei publicae deſtinatum,* Abbati mancipatum, & nulli alteri ſubjectum vel praeſtitum. *Unde Deum omnipotentem deprecatus eſt, ut ſi aliquis Papa, aut Imperator umquam hoc Monaſterium alicujus perſonae ditioni ſubjugaverit, in Chriſti adventu, dum venerit judicare ſeculum per ignem, rationem inde reddat, & ſe deliquiſſe pro hac cauſatione recognoſcat. Item oſtendit* diffinitionem *inter* Domnum Hugonem Abbatem *& Presbyteros Sancti Euſtachii in praeſentia* Gregorii Papae & Ottonis Imperatoris, *ubi continetur,* quod pro certo hoc Monaſterium eſt ſub lege & tuitione Regum. *Nam, ut ibi refertur, Imperator dixit in ipſo judicio:* Interrogetur Abbas & Advocatus ejus, ſi poſſunt probare per ſcriptum aut per ſacramentum vel per teſtimonia, quod ipſum Monaſterium ſub Lege Langobardorum defenſatum fuiſſet. Ego nullatenus a ſua lege iſtud ſubtraho. *Item alia diffinitio inter Domnum Guidonem Abbatem poſtea facta & eoſdem Presbyteros in praeſentia Domini Johannis Patricio & Creſcentii Praefecti. In quo Placito relecta eſt ipſa diffinitio & collaudata atque confirmata ab eodem Patricio & a Praefecto, omnibuſque Judicibus. Quibus omnibus oſtenſis fideliter praefato Papae ſanctiſſimo Nicolao, & ſubtiliter perſpectis, auctoritate ſuâ omnia, quae in eis continentur, laudavit & confirmavit. Tunc idem Domnus Abbas Berardus, una cum omnibus Senioribus, ſuppliciter eumdem Papam obſecravit,* ut iſtius Monaſterii antiquam Libertatem, & Privilegio-

giorum ac Praeceptorum nobis multoties miſſam a Pontificibus, & Regibus, ſive Imperatoribus Immunitatem, *ſummâ paſtoralique confirmaret auctoritate, & una cum omnibus nobis, Populoque totius Abbatiae, praecipuos Legatos Apoſtolicae Sedis intereſſe juberet, qui canonicum Interdictum, & univerſalem facerent excommunicationem, ad conſecrandam authenticam hujus Monaſterii Libertatem. Quod idem Praeſul ſuſcipiens benigne, quod petebatur, conceſſit libenter. Itaque tempore congruo & ſtatuto direxit huc poſtmodum* Hubertum Archiepiſcopum, & Agilardum Epiſcopum, & Abbatem Sancti Pauli, *atque* Petrum Epiſcopum Eugubinum, *qui cauſſam ipſam, ſicut Domnus Abbas una cum omni Congregatione poſtulaverat humiliter, ipſi adimplerent ſtudioſiſſime. Interea miſſâ Domnus Abbas ad Marchiam legatione, omnes Praepoſitos & Viros praecipuos fecit intereſſe, & ex omnibus Cellis ſive locis noſtris, collectiſque omnibus nobis inſimul, Decimo octavo Kalendas Octobris praefatus Dominus Hubertus Archiepiſcopus ipſâ die ſolemnia Miſſae decentiſſime celebravit, & perlecto Evangelio, pro cauſis praedictis Apoſtolica auctoritate & hoc Interdicto hanc Excommunicationem fecit.*

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Nos praeſentes Legati Apoſtolicae & ſanctiſſimae Romanae Sedis, reverendiſſimo ſummoque *Pontifice Romano Domni Nicolao* jubente, ex parte Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, & beatae ſemper Virginis Dei genitricis Mariae Dominae noſtrae, omniumque Sanctorum, interdicimus, & omnimodis vetamus, ut nemo umquam de Eccleſiaſticis aut Secularibus viris, cujuſcumque ordinis aut dignitatis, hanc Eccleſiam beatae Mariae, quae dicitur in Farfa, cum propria Congregatione, cunctiſque bonis ipſius ſive ſubſtantiis, omnibuſque famulis interius & exterius, vel ubivis commanentibus, diabolico inſtinctu vel auſu temerario praeſumat quocumque modo invadere aut diripere, ſeu conculcare, vel *de authentica & antiqua Libertate ſubtrahere, & de Patrocinio ſive Tuitione atque Defenſione Regali & Imperiali evellere aut ſubtrahere, vel in dominium & ditionem Curiae Romanae transferre, & cuilibet Eccleſiae tributariam facere, & bona illius & jura quoquo modo vitiare vel diſſipare ſive corrumpere, & Privilegia Pontificum Apoſtolicorum, & Praecepta Imperatorum ſibi pro hujus Eccleſiae integerrima Libertate conceſſa, pro nihilo ducere, aut in aliquo violare.* Quicumque autem Pontifex, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Praelatus, Subditus, Princeps, Patritius, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldeus, quivis Actionarius, vel ut praediximus, cujuſcumque ordinis aut dignitatis ſuperioris vel inferioris, Eccleſiaſticae vel Secularis, horum aliquid, quae ſuperius comprehenſa ſunt, contra praefatam Eccleſiam Farfenſem, & Congregationis ejus ordinatos, & Rectores hujus Monaſterii praeſentes & futuros uſque in perpetuum, conſiliatus aut meditatus fuerit, vel aſſenſum voluntarium praebuerit vel perpetraverit, & hoc ſcelus vel ſacrilegium commiſerit, ſit anathema, maranatha, & a Regno Dei, omnique Eccleſia, & a Sanctorum Congregatione ſeparatus & perpetuò excommunicatus, & condemnatus a Deo omnipotente, & a beata Maria, cujus Eccleſiam offendit, & ab omnibus Angelis, Archangelis, & a cunctis civibus ſupernis, & a Patriarchis

A chis & Prophetis, & a viginti quatuor Senioribus, & a duodecim Apoſtolis, & a quatuor Euangeliſtis, & a centum quadraginta quatuor Innocentibus, & ab omnibus Sanctis Martyribus & Confeſſoribus atque Virginibus. Et habeat partem cum Herode, Pilato, Anna, & Caipha, & omnibus principibus Daemoniorum, & in Inferno inferiori crucietur in B Secula ſeculorum: amen; niſi reſipiſcat, & dignâ ſatisfactione, & pro ut valuerit, quod deliquit, emendaverit. Et ſi Monachus de hac Congregatione fuerit, vel de hujus Monaſterii Cellis, qui hoc ſcelus commiſerit, abjiciatur ab omni coetu Fratrum, & de locis omnibus nobis pertinentibus, & uſque in diem obitus C ei denegetur hìc redeundi licitum. Si verò de totius praedictae Abbatiae aliquis, quae ſupra commemoravimus, agere tentaverit, omne beneficium vel quamcumque hereditatem habet, omnino in omnibus perdat, & omnem amorem & caritudinem Senioris, cunctorumque Fratrum, & hujus Eccleſiae fidelium D & famulorum. Et ab omnium Chriſtianorum ſocietate ſit alienus, &, ſicut ſupra retulimus, per omnia ſit excommunicatus, niſi damnum pro poena emendans digne ſatisfecerit. Qui verò piè utillima hujus Eccleſiae cuſtodire ſtuduerit, & a detrimento hujus Monaſterii & Congregationis ceſſaverit, benedictionem ae- E ternam a Deo omnipotente percipiat, & ab ejus ſanctiſſima Genitrice Virgine perpetua, Maria noſtra Domina, & ab omnibus Sanctis: & illius anima collocetur in Regno coeleſti in Secula ſeculorum. Amen.

Humbertus Dei gratiâ Epiſcopus Sylvae Candidae, & Petrus Epiſcopus Augubinus, & Aylardus Epiſcopus & Abbas Sancti Pauli, ſanctae Romanae Eccleſiae Legati ex praecepto Domini Nicolai ſanctiſſimi Papae II. hoc decretum fideliter ſtatuimus, & manibus propriis confirmantes ſubſcripſimus.

Berardus Dei nutu Farfae humilis Abbas hoc decretum fieri conceſſimus & confirmamus.

Petrus Monachus & Praepoſitus.

Johannes Presbyter & Monachus atque Prior.

Tranſmundus Monachus.

Odemundus Presbyter & Monachus.

Sicolfus Diaconus & Monachus.

Aldo Presbyter & Monachus.

Atto Presbyter & Monachus.

Berardus Presbyter & Monachus.

Benedictus Presbyter & Monachus.

Petrus Presbyter & Monachus.

Bonizo Presbyter & Monachus.

Berardus Presbyter & Monachus.

Placidus Presbyter & Monachus.

Almerius Presbyter & Monachus.

Azzo Diaconus & Monachus.

Martinus Clunienſis Presbyter & Monachus.

Omnes de iſto Conventu adfuerunt, & cum omni Congregatione conſenſerunt & confirmaverunt atque ſubſcripſerunt. De Marchia verò omnes praedicti, Azo filius Longini Praepoſitus Oſidae, Gualterius frater ejus Praepoſitus Sculculae, Bonifacius Vir Dei, Amizo Praepoſitus Sanctae Victoriae, Johannes Praepoſitus de Clente, Albertus Praepoſitus de Azo, Grimaldus Praepoſitus Reatinus, Atto Praepoſitus Mianae, Johannes Praepoſitus Peruſinus. De Populo Abbatiae hujus Dato de Raineria pro ſe, & ſuis omnibus heredibus conſentiens & obligans atque confirmans: Franco Fraſiae: Rico de Monteopoli: Albertus de Azo pro ſe & omnibus heredibus ſuis: Cimbro de Arci; Lotherius Maſſo de Petro Helve: Guitton de Belletia: Guido Carboncellus

A *kus Senioritti; & alii de Populo innumerabiles. Qui omnes ſe obligaverunt, ut ſi ipſi, vel eorum heredes, ſicut ſupra dictum eſt, non obſervaverint, vel ſi culpati veraciter fuerint, excommunicationi, poenaeque praedictae ſubjaceant.*

Narnio Judex Narnienſis his omnibus interfui, & B *ſcriptum Decretum rogatus a ſanctae Romanae Eccleſiae praedictis Legatis, & praefato Abbate Domno Berardo, omnique ejus ſanctiſſimo Conventu, dictavi, meaque vice Sicolfus venerabilis Diaconus, & Monachus ſcripſit & complevit.*

Ita ampliſſimum agri Mutinenſis Coenobium *Nonantulanum* uni olim Imperatori, ſive Regi ſuberat, & adhuc *Auguſtae Abbatiae* titulo gloriatur. Idque etiam intelligas ex literis Friderici I. Auguſti, quas authenticas vidi ac deſcripſi ex Tabulario ejuſdem Coenobii.

Fridericus I. Auguſtus confirmat Eccleſiam de Valle Fabrica, ſpectantem ad Monaſterium Nonantulanum, Anno 1177.

FRidericus *Dei gratiâ* Romanorum Imperator Auguſtus. *Ea, quae* C *a Nunciis noſtris, quos in terras Imperio noſtro ſubjectas mittere ſolemus, in terminis procurationi ipſorum creditis, in vice noſtra juſte & congrue ſuper cauſis ad eos delatis, ordinata fuerint, decet nos & rata tenere, & perpetuo noſtrae auctoritatis robore confirmare & ſtabilire. Quod & facere prompti ſumus, praecipue cum hujuſmodi ſtatuta* D *ad Eccleſiarum commoditates provenire intelligimus. Notum ergo ſit omnibus Imperii noſtri fidelibus tam futuris quàm praeſentibus, quod reſtitucionem poſſeſſionum, quas filii Munaldi Eccleſiae de Valle Fabrica abſtulerant, que ſcilicet reſtitutio a Cunrado Suevo Legato noſtro eidem Eccleſiae legaliter & juſte facta eſt, Imperiali auctoritate no-* E *ſtra confirmamus, & ratam de cetero permanere jubemus tam in his, quae eis reſtituta ſunt in Comitatu Eſiſio, quàm in Comitatu Nucerino, ſeu in aliis locis. Quorum quedam nominatim exprimere dignum duximus: Curtem de Sancto Donato cum ſuis pertinentiis: Curtem Porcile cum ſuis pertinentiis: Caſtrum Caſagaldi cum ſuis pertinentiis:* Quoniam verò Eccleſia de Valle Fabrica Nonantulae pertinet Eccleſie, que nobis ſpecialiter attinet, ipſam Vallem Fabricam in noſtram ſuſcipimus tuicionem, precipientes, ut ab omni injuſta exactione, & ſervitute permaneat libera & illeſa, & a quorumlibet hominum violentis vexationibus, tam Marchionum, quàm Comitum quoque infeſtationibus ſecura. *Imperiali ergo auctoritate ſub pena banni noſtri & ſub pena decem Librarum auri precipimus, quatinus nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec aliqua Imperii noſtri perſona parva vel magna, attemptet umquam ſupradictas reſtitutiones infringere, aut predictam Eccleſiam contra hec noſtra ſtatuta ullis perturbationibus gravare.*

Datum apud Aſſiſium Anno Dominicae Incarnationis MCLXXVII. Indictione Undecima, XIII. Kalendas Januarii.

Pendet a chordula linea Sigillum Imperatoris laceratum & corroſum.

Alibi pariter monumenta protuli, e quibus conſtat, celebrem quoque *Pom-*

Pompoſianam Abbatiam, inter Ferrarienſem & Comaclenſem agros ſitam, ad Imperatores pertinuiſſe: quod rurſus aliis documentis confirmatum eo, quae mihi ſuppeditavit Archivum Sereniſſ. Ducis Mutinae heri mei.

Henricus Rex Imperator III. Abbatiae Sanctae Mariae Pompoſianae omnia illius jura ac Privilegia confirmat, Anno 1095.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Henricus *divina favente clementia* Tertius, Romanorum Imperator Auguſtus, *Si circa Sanctorum loca beneficia condigna impendimus, hoc noſtram Imperialem majeſtatem condecere credimus, inſuper & aeterna praemia nos inde adipiſci confidimus. Quapropter omnium Chriſti, noſtrorumque fidelium univerſitatem ſcire volumus, qualiter nos ob amorem Chriſti, & ejus Genitricis Virginis Mariae, ac interventu* Vitrici Placentini Epiſcopi, *&* Marchionis Varnerii *nobis dilectiſſimi, atque fideliſſimi nobis* Marchionis Burgardi, *ceterorumque fidelium noſtrorum*, Abbatiam Sanctae Mariae in Pompoſia, *ab Anteceſſore noſtro* Imperatore Ottone *a* Federico Ravennatis Eccleſiae Archiepiſcopo *juxta utriuſque placitum* ad Imperialis ſubjectionem proprietatis *concambiatam, ac poſtea ab* Henrico noſtro Anteceſſore *corroboratam, & ab* UGONE MARCHIONE *magnifice ditatam & per A*vum noſtrum Conradum Imperatorem, *bonaeque memoriae* Genitorem noſtrum Imperatorem Henricum, ſucceſſione Imperii & legali jure hereditatam, dehinc eodem jure ad noſtrae dominationis manum receptam cum omnibus ſuis pertinentiis, *quidquid videlicet praedicta Abbatia per aliquod munimen Cartarum vel traditionum detinet, vel eidem pertinet ab Eccleſia Romana & Ravennate, aut ab aliqua alia, ſeu etiam quicquid jure proprietatis detinet, aut acquirere in futuro potuerit: ideſt totam Inſulam integram a primo latere Pado percurrente in mare, a ſecundo latere litus maris, a tertio verò latere Gauro & Piſcaria, quae vocatur Volana, cum Portu integro a Rivo Badarino ex utriuſque partibus uſque in mare, & Maſſam, quae dicitur Lacus Sanctus, cum lateribus ſuis, & cum Piſcaria, quae vocatur . . . . . a primo latere fondo, qui vocatur Gregule, & fondo, qui vocatur Cornacervina, & Fluvio, qui vocatur Ziſi, & Canale, qui vocatur Curlo, a ſecundo latere Valle, quae vocatur Savole, & Fluvio, qui vocatur Concha Agathe, deſcendente in Gaurum, a tertio latere ipſo Gauro, a quarto verò Pado percurrente. Inſuper Curtem unam integram, quae vocatur Oſtolatus cum Plebe ſua, & alia quae vocatur Bauria, & Curtem aliam, quae vocatur Ultra Canalem, cum omnibus, quae praedictae Abbatiae* UGO MARCHIO *Filius* UBERTI *dedit. Quicquid etiam habet, aut acquirere poterit in Civitate Ravenna, & infra totum Comitatum Comaclenſem, & Gavellenſem, Ferrarienſem, Mutinenſem, & Bononienſem, & Cornelienſem, & Faventinum, & Livienſem, & Popilienſem, & Ceſenatem, & Montemferetranum, & Ariminenſem, & Piſaurienſem, & Fanenſem, & Urbinatem, Caſtellanum, & Peruſinum, & in omnibus quibuſcumque locis, cum areis, aedificiis, Caſtris, Capellis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus, & ſalitis, olivetis, vineis, montibus, vallibus,* plani-

planiciebus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, venationibus, ſalinis, & cum omni utilitate, quae vel nominari vel ſcribi poteſt. Ab [illegible] ſubjectione Archiepiſcoporum [illegible] atum excutimus, ut Regalis in perpetuum ſit, nullis dominantium perſonis ſubjecta. Sintque Monachi ejus ab omni ſecularis ſervitii infeſtatione ſecuri, & ab omni angaria ſive fodro tam noſtro, quàmque Miſſorum noſtrorum, ſeu omnium ſecularium poteſtatum, cum ſuis hominibus remoti. *Qui de ſuis, qualem voluerint, Abbatem eligant, ab Epiſcopo Comaclenſe conſecrandum, qui ſi ſibi per pecuniam, vel aliqua humana poteſtate moleſtus eſſe voluerit veniat ad Archiepiſcopum Ravennatem, ab eo benedicendus. Et ſi hoc in iſto, quod in illo invenerit, ad qualemcumque Epiſcopum voluerit, causâ conſecrationis properet. Si quis autem hoc Praeceptum Imperiale noſtrum infringere praeſumpſerit, componat ducentas Libras auri cocti, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praelibatae Abbatiae. Quod ut verius credatur, hanc Imperialem paginam manu propria roboratam ſigillari juſſimus.*

Signum Domni Henrici  *Tertii Romanorum invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Herimannus Colonienſis Archiepiſcopus & Archicancellarius recognovit.

Data Nonis Octobris, Anno Dominicae Incarnationis MLXXXXV. Indictione IV. Anno autem ordinationis Domni Henrici, Tertii Imperatoris XLI. Regni verò XXXIIII. Imperii verò XI.

Actum Gardae feliciter, in Dei nomine. Amen.

Confirmatio jurium & Privilegiorum Abbatiae Pompoſianae facta a Friderico I. Imperatore, Anno 1177.

IN *nomine Sanctae, & individuae Trinitatis.* Fridericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Ad hoc a Rege Regum in Romani culmen Imperii nos recognoſcimus ſublimatos, ut ſuis in Orbe Eccleſiis Imperatoriae ſolicitudinis manum adhibeamus, bonum earum ſtatum augendo, jura ipſarum confirmando, violentorum injurias ab eis propulſando. Quod cum omnibus univerſaliter debeamus Eccleſiis, eas tamen hujus clementia favoribus impenſius fovere conſuevimus, quas ad Imperialis poteſtatis juriſdictionem ſpecialiter pertinere dignoſcimus. Noverit igitur Chriſti & Im-*


perii noſtri fidelium praeſens aetas ac
futura, quod nos intuitu divinae remu-
nerationis ac monitu petitionibuſque ve-
nerabilium & nobis dilectarum inducti
perſonarum, ſcilicet . . . . . Guidonis
Abbatis, *&* Vivorni Prioris de Pom-
poſia, Eccleſiam Sanctae Dei Geni-
tricis Mariae, ſitam in inſula Pom-
poſia, & ipſam Abbatiam, quae a
Divis Imperatoribus ac Regibus no-
ſtris Praedeceſſoribus ſub libera ſolius
Imperii juriſdictione ab Octone Im-
peratore per medios Romani Imperii
Succeſſores ad noſtrae poteſtatis domi-
nium uſque pervenit, *cum univerſis*
obedientiis, & quibuslibet ejus perti-
nentiis, longe vel prope infra Impe-
rium noſtrum conſtitutis, in noſtrae
Imperialis defenſionis tuitionem &
mundiburdium pleniter & benigne
ſuſcipimus. *Sacro igitur Imperatoriae*
auctoritatis noſtrae oraculo ac edicto con-
firmamus ac ſtabilimus eidem Monaſte-
rio omnes poſſeſſiones & jura poſſeſſio-
num, quae vel quas eadem Sanctae
Mariae Eccleſia largitione Imperatorum
vel Regum, ex gratia & conceſſione
Apoſtolicae Sedis, & aliorum Pontifi-
cum, ſeu munere & oblationibus Prin-
cipum ac Nobilium, & quorumlibet fi-
delium ſuſcepit, poſſedit, & tenuit, &
quae nunc poſſidet & tenet, & de jure
tenere debet, ſaltem in Caſtris, Ca-
ſtellis, Villis, areis, aediſiciis, Capel-
lis, agris, vineis, terris, cultis &
incultis, olivetis, ſilvis, pratis, pa-
ſcuis, paludibus, ſalictis, montibus,
vallibus, paludibus, aquis, aquarum-
que decurſibus, piſcationibus, vena-
tionibus, ſalinis, & his, quae ac-
ceſſione & alluvionis jure capiuntur:
vel quicquid eadem Abbatia per in-
ſtrumenta Cartularum, aut aliquo ge-
nere traditionis, vel donationis aut
emptionis ſeu cambitionis obtinuit, &
ſuis bonis adjecit. Ex quibus ob cau-
A *telam, ad obſtandum malignantibus,*
quaedam ſuis exprimere vocabulis di-
gnum duximus, quae ſunt: ipſa ſcili-
cet Inſula Pompoſia, tota & integra,
cum omnibus locis, terris, ſilvis, palu-
dibus, quae infra terminos ejus conti-
nentur ſecundùm limites, quibus ipſa
diſtricta eſt, cujus quantitas aſſignatur
a primo latere Pado percurrente in
B *mare, a ſecundo latere Gauro percur-*
rente in mare, a tertio latere ipſo
mari. Inſuper Piſcaria, quae vocatur
Volana, cum Portu integro a Rivo Ba-
darino, & Gavalena majore ad ipſam
Piſcariam pertinente, cum porticellis
ſuis, ſicut olim intraverunt mare ex
utriſque partibus Fluminis Padi uſque
in mare. Ipſam itaque Inſulam Pom-
C poſiam ab omni infeſtatione omnium
mortalium, & praecipue Comaclen-
ſium, liberam & inconcuſſam, &
ſtabili fruentem quiete permanere ſta-
tuimus. Et ne quis, praeter Abba-
tem, & Fratres ejuſdem Monaſterii,
in ea aliquod jus, aut aliquam ſibi
partem in ea vendicare praeſumat,
firmiſſime interdicimus. *Item Maſ-*
D *ſam integram, quae vocatur Uſtulatum,*
cum omnibus pertinentiis & lateribus
ſuis. Et fundum unum integrum, qui
vocatur Boaria, cum omnibus rebus &
pertinentiis ſuis & lateribus ejus. Mo-
naſterium quoque Sanctae Mariae in
Senodochio cum omnibus poſſeſſionibus &
pertinentiis ſuis quoquo modo ad Seno-
dochium legitime pertinentibus. Haec
E *omnia praedictae Pompoſiae Eccleſiae con-*
firmamus; & inſuper quicquid eadem
Eccleſia nunc habet, vel de cetero ju-
ſte acquiſierit in Civitate Ravennae,
vel in ejus territorio, & infra Epiſco-
patus, & Comitatus ſubſcriptos Coma-
clenſem, Gavellenſem, Ferrarienſem,
Mutinenſem, Bononienſem, Cornelien-
ſem, Faventinum, Livienſem, Popi-
lienſem, Ceſenatem, Montemferetranum,
Ari-

Ariminenſem, Fanenſem, Piſaurienſem, Urbinenſem, Callienſem, Peruſinum, Mantuanum, Brixienſem, Cremonenſem, Vicentinum, Paduanum, Tarviſinum, Cenetenſem, Concordienſem: quicquid, inquam, Pompoſiana Eccleſia in praedictis Civitatibus, Epiſcopatibus, Comitatibus habet, vel unquam acquiret, & juſto titulo poſſidet, vel poſſidebit, & in omnibus Imperii noſtri locis, & per noſtram auctoritatem confirmamus, & ſtabilimus, & nominatim Curtem, quae vocatur Cerri, ſitam in Aſtenſi Epiſcopatu. Praeterea pro honore Sanctae Dei Genitricis ipſam Abbatiam & Eccleſiam Pompoſiam, ac totam illam Inſulam, in qua manet ipſum Coenobium, & totam Maſſam, quae vocatur Lacus Sanctus, & totam Curtem Uſtulati, a poteſtate Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum quoque & Marchionum, & quorumlibet mortalium inrevocabiliter abſolvimus, & liberam eſſe cenſemus, & ſtatuimus, ita quod ipſe locus ejuſdem Monaſterii, & praetaxatae poſſeſſiones ejus, nullius perſonae dominio ſubjaceant, aut ullam ſubjectionem cuiquam debeant, niſi Imperiali excellentiae in temporalibus, & Apoſtolicae dignitati in ſpiritualibus.

Inſuper ut eadem Eccleſia ſuis ſemper poſſeſſionibus ſecurâ quiete fruatur, & nullam in eis diminutionem patiatur, ſtatuimus, ut ſi quid de bonis & pertinentiis ejuſdem Monaſterii inſidioſe vel fraudulenter a nobis poſtulatum eſt, aut poſtulatum fuerit, & a nobis ſit conceſſum, id quod conceſſum aut donatum eſt aut fuerit, in irritum omnino cedat, ut nec petitori proficiat, nec Eccleſiae illi aliquando officiat. Ad haec, ut praedicti Monaſterii Abbas, & totus Fratrum ſuorum Conventus nullo ſeditionum, rixarum vel armorum ſtrepitu

A concutiatur, & ut ipſi Fratres & Conventus, morantes & ſimul ſacrum locum illum frequentantes, bono pacis gaudeant, firmiſſimo noſtrae praeceptionis & conſtitutionis edicto inhibemus & interdicimus, ut ſine licentia Abbatis & Fratrum ejuſdem Monaſterii, nulla perſona capiatur, nulla temeritas plagis aut gladiis exerceatur, nec cujuſquam res violenter diripiantur in B ambitu totius Inſulae illius, pro ut ipſa circumdatur a Fluminibus Gauro, Pado, & Mari: nec in ipſorum litoribus & ripis, nec infra mare ad unum milliarium, nec infra Maſſam, que vocatur Lacus Sanctus. Praeterea concedimus, & Imperiali auctoritate firmamus, ut ſupradicti Monaſterii Fratres C liberam habeant facultatem adipiſcendi a quolibet poſſeſſiones, quae juſte & legaliter ad eos devenerint. Et ſimiliter plenam habeant poteſtatem ſuas recuperandi, videlicet, ut ſi praedictae Eccleſiae poſſeſſiones a quoquam injuſte detineantur, & ille a ſuis Rectoribus, vel a noſtro Judice ad exhibendam Fratribus & Monaſterio inde juſtitiam, D tribus edictis, aut uno peremptorio citatus & commonitus, juſtitiam facere neglexerit, liceat Fratribus ejuſdem Monaſterii, Rectore vel etiam Judice illius nolente, ex noſtra conceſſione & munimine Privilegii, nulla Lege obſtante, eaſdem ingredi poſſeſſiones; ita quod ipſi Fratres poſſeſſores conſtituantur, & ille eorum adverſarius onere petitoris E fungatur, etſi locus ſit venerabilis, contra quem talis cauſa moveatur. Inſuper eiſdem Fratribus indulgemus, & noſtrae ſanctionis auctoritate firmamus, ut nulla praeſcriptio, niſi centum annorum, eis apponatur, & ut ipſi praeſcriptione quadraginta annorum ſe ab omnibus tueantur. Quin etiam decernimus, & noſtrae benignitatis ſtatuto jubemus, ut nulli Monachi, nec Clerici, nec Laici de

de eodem Monaſterio neque per ſe, neque per ſuos Advocatos, cogantur de cetero ſacramentum calumniae in quacumque controverſia ſuis hominibus praeſtare. Donamus inſuper praedictae Eccleſiae Abbati, ſuiſque Succeſſoribus *ex noſtrae clementiae munificentia* de omnibus poſſeſſionibus illius Eccleſiae, diſtrictum ac placitum, & jus noſtrum in fodro, albergariis, angariis, parangariis, & ceteris functionibus ad Regalem juſtitiam pertinentibus. Statuentes & firmiſſime ſtatuentes, quatenus nulla Civitas, nullum Commune, nulla prorſus perſona magna vel parva, Secularis aut Eccleſiaſtica, praeſumat umquam in praedicto Monaſterio, aut in ejus Curtibus, aut Caſtellis, ſive in Plebibus aut Cellis, ac Villis, vel hominibus, in bonis ejuſdem Eccleſiae reſidentibus, fodrum, paratas, collectas, angarias, parangarias, vel ullas publicas functiones aliqua occaſione exigere. *Haec autem omnia Imperiali auctoritate conſtituentes, eidem Eccleſiae inviolate teneri praecipimus, & ſub poena ducentarum auri Librarum prohibemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus........ Subrector, ſed nec Civitas, nec ulla Poteſtas, nec quiſquam omnino mortalium de omnibus ſupradictis aliquid infringere vel diminuere, aut praefatam Eccleſiam ſuis poſſeſſionibus aut juſtitiis diſveſtire, vel ſuper his inquietare, ſeu aliquatenus moleſtare praeſumat. Sed ſi quis fortè (quod abſit) contra haec tuitionis, confirmationis, inſtitutionis, ac largitionis noſtrae praecepta temerarius venire praeſumpſerit, Imperiali Banno ſubjaceat, & praedictam poenam, ducentas* B *ſcilicet auri Libras perſolvat, medietatem Fiſco noſtro, reſiduam verò medietatem praedicto Monaſterio. Quod ut ratum & inconcuſſum omni tempore maneat in poſterum, praeſentis Privilegii paginam fecimus inde conſcribi, & majeſtatis noſtrae Sigillo de aurea noſtri Imperii Bulla roborari, adhibitis teſtibus, quorum nomina haec ſunt:* Ulri- C cus Aquilejae, Chriſtianus Maguntinus Archiepiſcopus, Cuonradus Wormatienſis Electus, *Ortwinus Protonotarius, Rudolfus & Burcardus Notarii & Capellani.* Ulricus Tarviſinus Epiſcopus, Garſendonius Mantuanus Epiſcopus, Sebaſtianus Ziani Dux Venetiae, MARCHIO DE ESTE OPIZO, & Nepos ejus BONIFATIUS, D Schinella Comes Tarviſinus, *& frater ſuus Manfredus, Wecello de Camino, & filius ejus Gabriel,* Ezzelinus de Tarviſio, *Taurellus Ferrarienſis, Petrus Traverſarius, Albertinus de Caſtello Novo, & alii quamplures. Romanus Monachus egit pro Privilegio.*

Signum Domni Friderici  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici Regni Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXXVII. Indictione Decimâ, Regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, Anno Regni ejus Vigeſimo Sexto, Imperii autem Vigeſimo Quarto.

Datum apud Venetias in Palatio Ducis, Tertio Nonas Septembris, feliciter. Amen.

Eju-

Ejuſmodi, verò Privilegium & ipſi Romani Pontifices agnovere. Id legas in ſubſequentibus literis, quas Monachi Benedictini Ferrarienſes Sancti Benedicti adſervant.

Bulla Benedicti VIII. Papae, qua Pompoſiano Monaſterio cuncta Privilegia & jura confirmat, Anno 1022.

BEnedictus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei*, Widoni *venerabili* Abbati Monaſterii *Sanctae Dei Genitricis Mariae Dominae noſtrae*, ſiti in Inſula, *quae dicitur* Pompoſia, *Succeſſoribuſque ſuis in perpetuum. Quoniam ſemper ſunt concedenda, quae rationabilibus congruunt deſideriis, oportet, ut devotio &c. Igitur quia poſtulavit tua ſanctitas curvatis genibus noſtram piam voluntatem, quatenus praefatum Monaſterium Sanctae Dei Genetricis Dominae noſtrae, in Inſula Pompoſiana ſitum, Privilegio Apoſtolico roboraretur*, ne id videlicet alicui hominum, praeter Deo, & Regi ſubjugatum eſſet: *per illam auctoritatem, quam Chriſtus Dominus noſter beato Petro Apoſtolorum Principi, & ſanctae Eccleſiae Rectoribus conceſſit, conſtituimus & ordinamus*, ut numquam locus ipſe aut res ad ipſum pertinentes, praeter Deo, & Regi, alicui ſubmitti poſſint: nulluſque mortalium, praeter Regiae poteſtatis culmen, in praefato Monaſterio aut in Cortibus vel in Caſtellis ſive in Plebibus, aut in Cellis, ſeu in Villis, aquis, aquarumque decurſibus, ripis, paſcuis, ſilvis, piſcationibus, paludibus, omnibuſque rebus mobilibus & immobilibus ad ipſum pertinentibus, nec non in Servis Dei aut in famulis utriuſque ſexus, ſive etiam in liberis ſuper terras ejuſdem Monaſterii reſidentibus, aliquam ordinationem vel auctoritatem, ſive poteſtatem, aut juriſdictionem tenere, vel converſationem Monachorum impedire ſeu moleſtiam inferre praeſumat, aut in aliquibus locis ipſius Monaſterii diſtrictum habere vel judicare, ſeu aliquod Placitum, abſque licentia Abbatis tenere, vel Res Monaſterii invadere, aut quovis modo alienare, aut fodrum vel paratas, ſeu aliquas publicas functiones exigere vel requirere audeat. Et tam a poteſtate Archiepiſcoporum, quam ab omnibus ſubtrahimus, Regali tantummodo vel Imperiali ſubmiſſum ditioni vel defenſioni. *Nec non & confirmamus vobis Piſcariam, quam Volana cum ſuis pertinentiis habet. Si quis autem, quod minime optamus, inobediens & contemptor hujus noſtri Privilegii in toto vel in parte repertus fuerit, vel occaſione cujuſlibet perſonae attentare praeſumpſerit, niſi reſipuerit, maledictionem a Patre & Filio & Spiritu Sancto conſequatur, & cum Diabolo ejuſque ſociis, atrociſſimis poenis, & aeterno incendio deputetur, nec reſurrectione electorum futura dignus inveniatur, & a communione & Sanctae Matris Eccleſiae ſinu, & conſortio Sanctorum ſit alienus.*

Scriptum per manus Stephani primi Scriniarii ſanctae Apoſtolicae Sedis, in Menſe Julio, & Indictione V.

Bene valete.

Bremetenſis Monaſterii in Laumellina ſiti fama pariter vetus, atque inluſtris eſt. Eo ſe recepere Saeculo Chriſti Decimo Monachi Novalicienſes,

ſes, ac de illo fuit mihi ſermo in Antiquitat. Eſtenſibus. Atqui & iſtud Imperiale fuiſſe, Diploma tibi indicabit, quod ex Tabulario ejuſdem A Coenobii deſcriptum mecum communicavit excellentiſſimus Taurinenſis Senatus Praeſes, Comes Ludovicus Caiſſottus.

Henrici III. Regis & Imperatoris Secundi Diploma, quo confirmat Monaſterio Sancti Petri Bremidenſis ab Adelberto Marchione aedificato, omnia illius bona & jura, Anno 1048.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Si Dei Eccleſias ſublimare ſtuduerimus, divinam gratiam adipiſci minime diffidimus. Quapropter notum eſſe volumus omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, & noſtris, tam praeſentibus quàm futuris, quod nos pro Dei amore, animaeque noſtrae remedio, & propter petitionem* Ottonis Bremedenſis Abbatis, *ac ejuſdem Coenobii Congregationis, eidem Monaſterio in honorem beati Petri Principis Apoſtolorum conſtructo, omnes terras & proprietates ad Novalicium, iſtius Monaſterii caput prius, ſed ab* ADALBERTO MARCHIONE *in praedictum locum tranſlatum pertinentes, cum omni integritate & pertinentiis, ſicut per Praecepta Regum vel Imperatorum pertinere videntur ad ipſum Monaſterium, ſeu per conceſſiones Marchionum, Comitum, vel quorumlibet Chriſti fidelium, aut per comparationes, ſive commutationes, vel quaſlibet pactiones de rebus mobilibus & immobilibus, terris ſcilicet & vineis ac olivetis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ripis, ſalinis, habitationibus, aedificiis, Caſtellis, ſervis, & ancillis, aldionibus & aldiabus, noſtra praeceptali auctoritate corroboramus, & penitus confirmamus. Confirmamus etiam eidem Monaſterio omnem Diſtrictum & Theloneum de prae-* B *fato Bremito ſanctae Dei Genitricis Mariae in Corte, quae dicitur Policino, cum omnibus ſuis pertinentiis, atque omnem ripaticum per Padum & Sicidam a loco Solario uſque ad Caput de Ada. De molendinis ac piſcariis, ceteriſque officiis infra praeſcriptum terminum pertinentibus & peragendis, ſicut in aliis continetur Praeceptis, ut* C *liceat jam dicto Abbati, ſuiſque Succeſſoribus in loco Portariolo Portum cum ſuo redditu conſtruere, noſtra noſtrorumque ſucceſſorum & omnium hominum remota contradictione. Cellam quoque in honore Sancti Andreae in* Civitate Taurinenſi *conſtructa cum Gumive, Moderes, Planiciam, Sanctum Dalmacium, Cellas, Andecellum, & omnia alia ſua* D *pertinentia. Inſuper Cellam, quam Appanni vocatur, cum omnibus ſuis pertinentiis, & Cellam Polentiae cum Caſtro & Colonia Corte, cum diſtricto, mercato, molendinis, portu, ripatico, piſcationibus, a Portu Runcaritio per fluvio Tanari uſque ubi dicitur Coſta Vangareſca. Et Mancinianum ſimiliter cum molendinis, piſcationibus, & por-* E *tu, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Et Cellam unam in honore Sancti Stephani ſacratam cum Caſtro, quod vocatur Rodum, & aliud Virdunum cum omnibus ſuis pertinentiis, cum portu, ripatico, molendinis, piſcationibus uſque ad pratum, quod dicitur Geroſco. Gabianum verò & Ariolam, univerſumque territorium, quod eſt in Lupunico,*

Mai-

Maidriadigo, Valicella, & Lauredo, Rocca Bruſaſco, & Monaſteriolo, Gorgiano, Palaciolo, ſeu & in aliis ſuis pertinentiis cum portu, ripatico, & mercato ad jam dictam Cortem Gabianum pertinentibus. Caſtrum verò Sancti Georgii cum omnibus ſuis pertinentiis. Cavalarium quoque & Cortem Magram, & alia ſua appenditia, ſicut ab Arduino Marchione *per Cartulam offerſionis eidem Monaſterio delegatum eſt. Cellam verò in honore Sancti Petri conſtructam in Valle, quae dicitur Ignaria, cum omni ſua integritate. Duodeſimum, qui dicitur Serra, Romanum, & Valtrainum. Cornelianum verò, & in Altavilla, & Caſtrum, quod dicitur Sancti Salvatoris, Vallem Urſam cum Caſtro, & Monaſteriolo, Leocaſſum, Theveledo, Balzolam quoque, & Pedrorium cum ſuis pertinentiis. Et Canobium cum omni diſtrictu & theloneo ad ipſam Cortem pertinentibus. Et quicquid ad praefatum Monaſterium per Praeceptum, vel per alia ſcripta pertinere videtur, vel in futuro ibidem Deus augere voluerit, jam dicto Monaſterio confirmamus & corroboramus. Naves etiam ipſius Monaſterii, quae a Fratribus, vel eorum Miſſis cauſa piſcationis vel emptionis, ſive alicujus commutationis ad* Ferrariam, *vel ad* Comaclum, *vel* Ravennam, *ſeu in quaſcumque partes Italiae Miſſae fuerint, ita noſtro dono & auctoritate ſint ſecurae, ut nullus cujuſcumque dignitatis vel ordinis homo ab eis aliquod tributum, vel cenſum, vel aliquam dationem requirat, vel tollere praeſumat. Inſuper etiam pro animae noſtrae mercede, ejuſdemque Monaſterii perpetua*

A *tranquillitate volumus, atque noſtra Imperiali auctoritate praecipimus, hac quoque praeceptali pagina corroboramus,* quatenus praelibatum Monaſterium nulli deinceps, niſi noſtrae ſolummodo, & Succeſſorum noſtrorum ditioni ſubjaceat, & ab omni Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, ceterorum-

B que hominum dominio liberum & abſolutum permaneat. *Nec ullo tempore cuiquam Succeſſorum noſtrorum praenominatum Coenobium, vel quae ſibi pertinere videntur, praeceptali paginâ, ſeu quolibet ſcripto, alicui perſonae tradere, vel in Beneficium concedere liceat;* ſed omni tempore Imperatoriae ſit tantummodo poteſtati ſubjectum.

C *Praecipientes itaque jubemus, & hac noſtra corroboratione firmamus, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſſus, Gaſtaldio, nullaque Regni noſtri magna parvaque perſona de omnibus, quae ad jam dictum Monaſterium per praecepta vel alia ſcripta, ſeu alio modo pertinere videntur, vel de diſtrictu*

D *in circuitu ipſius Monaſterii, ſicut habetur in aliis Praeceptis, inquietare vel moleſtare vel deveſtire ſanctum eumdem Locum, vel Abbatem, aliquo ingenio ſine legali judicio praeſumat. Si quis hujus noſtrae confirmationis & largitatis Praeceptum rumpere praeſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras mille, medietatem Camerae no-*

E *ſtrae, & medietatem jam dicto Monaſterio. Quod ut verius credatur, & omni tempore inviolatum conſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signum Domni Henrici



Regis Tertii, invictiſſimi Secundi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Goteboldus Cancellarius vice Domni Erimanni Archicancellarii recognovi.

Data XIII. Calendas Maji, Anno verò Dominicae Incarnationis MXLVIII. Indictione Prima, Anno autem Domni Henrici Regis Tertii Imperatoris Secundi, ordinationis ejus XX. Regnantis quidem IX. Imperatoris verò II.

Actum in Ulmo feliciter, in Dei nomine. Amen.


De hoc, inquam, Monaſterio Bremetenſi aliqua fuit a me facta mentio in Antiquitat. Eſtenſ. Par. I. Cap. 26, pag. 263. ejuſque fundatorem *Adalbertum Marchionem* ſuſpicatus ſum pertinere ab familiam Marchionum Eſtenſium. Nunc autem monendus Lector, poſt evulgatum a me Chronicon Novalicienſe Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum, conſtare ex Epiſtola Pellegrini Abbatis Bremetenſis, ibi edita pag. 757. Monaſterium illud aedificatum fuiſſe *a quodam Marchione, Adhelbertus nomine, patre Berengarii Regis*, hoc eſt ab Eporedienſi Marchione, cui nil rei fuit cum progenie Ateſtinorum Principum. Sed quando tot immunitates Cleri & Monachorum hactenus commemoratae ſunt, ſimulque onera eis impoſita a Seculi Principibus, differendum nunc ſupereſſet de aliis angariis ac oneribus, quibus olim iidem Clerici & Monachi obnoxii fuere ex par- A te Epiſcoporum, aut Metropolitarum, immo & ipſius Eccleſiae Romanae, ejuſque Legatorum Cardinalium, qui poſt Annum a Chriſto nato Milleſimum frequentes, modò ad hos, modò ad illos Reges, mittebantur, aut in belli neceſſitatibus ſubſidia ab Eccleſiis, eaque gravia, exigebant. Neque enim excogitandum B eſt, adeo beatas fuiſſe temporis illius oves, ut nihil emolumenti ſuis Paſtoribus conferrent; nihilque incommodi, quamquam tot Privilegiis circumſeptae, unquam ſentirent. Verùm intactam aliis relinquere hujuſmodi provinciam malo, & ſat mihi erit oſtendere, qua ratione in recipiendis Legatis Apoſtolicae Sedis, C aut Metropolitano, Mutinae inter Clerum dividerentur impenſae. Chartam autographam eductam ex Archivo Canonicorum Cathedralis Mutinenſis accipe.

Caeleſtinus III. Papa decernit, ad quos ſpeɛtare debeat in Clero Mutinenſi onus expenſarum in adventu, aut tranſitu Legatorum Sanɛtae Sedis, & Metropolitani, Anno 1196.

CEleſtinus Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri* Mutinenſi Epiſcopo *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Per litteras fraternitatis tuae nuper noſtro Apoſtolatui deſtinatas nobis ſignificare curaſti, quod cum in Civitate tua talis conſuetudo fuerit ab antiquo*, ut prima die Epiſcopus, ſecundo Canonici, tercio Abbas Sancti Petri, quarto Clerici Civitatis ejuſdem Legatos debeant Sedis Apoſtolice procurare, in hoc tu ſolus plurimùm aggravaris, quia cum aliquando Legatus Romanae Eccleſiae, vel Metropolitanus tuus in Civitate ipſa per unum diem tantummodo commoratur, Tu ſolus ei procurationem exhibes, nec alii, qui tenentur, tibi alicujus ſubventionis A ſubſidia ſubminiſtrant. *Nolentes igitur, quod Tu, ſicut non convenit, in receptione aggraveris ipſorum, preſenti duximus paginâ ſtatuendum:* quod ſi aliquando Legatus Romanae Eccleſiae, vel Metropolitanus in Mutinenſi Civitate per tot dies moram non fecerit, quod ſingulas procurationes per ordinem recipiat memoratas, il- B li, qui ad exhibendas procurationes tenentur, tibi ſtudeant de ipſa procuratione proportionaliter reſpondere, ut nec tu poſſis in exhibendis procurationibus indebite aggravari, & Romanae Eccleſiae ab hiis, qui tenentur, debitus honor & ſervicium impendatur.

Datum Laterani XII. Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno Sexto.

Pendet Bulla plumbea.



Interdum quoque Monaſteria & Eccleſiae juſtis de cauſſis cogebantur annuam contribuere penſionem illuſtribus viris indigentiam paſſis, ita ſummo mandante Pontifice. Erat enim & antiquis Seculis aliquis Penſionum uſus, in multis tamen a noſtrorum temporum diverſus. In Antiquitat. Eſtenſ. Par. I. Cap. 41. pag. C 422. jamdiu animadverti, *Beatricem Eſtenſem Hungariae Reginam*, grandis animi mulierem, Anno Chriſti MCCXXXVI. mortuo *Andrea Rege* ejus viro, quum ſuae vitae timeret a Bela privigno, per fugam ſub virili habitu ad patrios lares reverſam fuiſſe. Peperit illa *Stephanum*, dum rediret, cui frater Rex vel ipſa alimenta negabat,

gabat. Romani ergo Pontifices ſuum cenſuere, dignitati Regiae, ſimulque ejus filii Stephani, conſulere, ex quo poſtea natus *Andreas III.* poſt complures annos *Rex Hungariae* conſalutatus, avitum Regnum recepit. Itaque multas iſtarum partium Eccleſias adegere, ut Beatrici, ejuſque nobiliſſimo filio annuam Penſionem perſolverent. Rem iſtam didici ex ta-

A bulis, quas ad me miſit Joſeph Antenor Scalabrinius, Ferrarienſis, in patria ſua Rector Sanctae Mariae de Bucca, & publicus Sacrarum Literarum Profeſſor. Dignum eſt monumentum, quod in lucem prodeat, tum propter argumentum, tum etiam ob catalogum Monaſteriorum & Eccleſiarum, quibus id oneris tam juſtâ occaſione impoſitum fuit.

Literae Innocentii IV. Papae, earumque exſequutio per Gregorium de Montelungo Legatum Sanctae Sedis, & poſtea Patriarcham Aquilejenſem, pro ſubſidio annuo, quod a variis Eccleſiis & Monaſteriis conferendum erat Stephano filio Andreae II. Regis Hungariae & Beatricis Eſtenſis, Anno 1245.

GRegorius de Montelungo *Domini Papae Notarius &* Apoſtolicae Sedis Legatus, *dilecto in Chriſto fratri Prepoſito Ferrarienſi ſalutem. Litteras Domini Papae recepimus in hunc modum.*

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto in Chriſto filio Gregorio de Montelongo Subdiacono & Notario noſtro Apoſtolicae Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum clare memoriae Beatrici Reginae Ungariae pro ſuis, & nobilis viri Stephani nati ſui neceſſariis quamdam Eccleſiarum Praelatis, Monaſteriis, & aliis tuae Legationis, proviſionem auctoritate Apoſtolica fieri mandaverimus; & dicta Beatrix viam ſit univerſae carnis ingreſſa: volumus, & praeſentium tibi tenore mandamus, quatenus proviſionem hujuſmodi eidem Stephano auctoritate noſtra (non obſtante, ſi aliquibus ex dictis Praelatis, Monaſteriis, Eccleſiis, aut locis, poſtquam ipſis, ut dictae Reginae providerent, mandatum extitit, a Sede Apoſtolica eſt indultum, ne

B teneantur alicui per Litteras Apoſtolicas providere) non facientes de hujuſmodi indulgentia mentionem, facias exhiberi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Romae VII. Maji, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

C *Cum autem teneamur mandatis Summi Pontificis obedire, viros religioſos* Sancti Benedicti in Polirone, *ut centum quadraginta Libras pro tranſactis temporibus, ac deinceps annuatim quadraginta Libras:* Pompoſianos *annuatim decem Libras:* Sancti Andreae Mantuae Dioeceſis *pro tranſactis temporibus quadraginta Libras Imperiales, & deinceps annuatim decem Libras:* Sancti Nicolai de Litore *viginti duas Libras pro tranſactis temporibus, & deinceps annuatim totidem Venetorum parvulorum:* Sancti Felicis Bononienſis *pro tranſactis temporibus triginta Solidos, & annuatim decem Solidos:* Sanctae Mariae de Puthealia Paduanae Dioeceſis *pro tranſactis temporibus . . . . . . & annuatim quadra-*

draginta . . . . de Claven . . . . . . *pro tranſactis temporibus duodecim Libras, & deinceps annuatim tres Libras:* Nonantulanos *pro tranſactis temporibus octo Libras, & deinceps annuatim quadraginta Solidos:* Sancti Proſperi Regienſis *pro tranſactis temporibus ſex Libras, & deinceps annuatim quadraginta Solidos:* Canoſſae *pro tranſactis temporibus ſex Libras, & deinceps annuatim triginta Solidos:* Sumaquenſes Dioeceſis Concordienſis *pro tranſactis temporibus viginti Solidos, & deinceps annuatim viginti Solidos:* De Buſco Cenetenſis Dioeceſis *pro tranſactis temporibus triginta Solidos, & deinceps annuatim decem Solidos:* Sancti Bartholomaei Ferrarienſis *pro tranſactis temporibus quadraginta Solidos, & deinceps annuatim decem Solidos:* Sancti Proculi Bononienſis *pro tranſactis temporibus quadraginta Solidos, & deinceps annuatim decem Solidos:* Sancti Stephani Bononienſis *pro tranſactis temporibus quadraginta Solidos, & deinceps annuatim decem Solidos:* Sancti Cipriani Parmenſis *pro tranſactis temporibus tres Libras, & deinceps annuatim viginti Solidos:* De Oppleto Ordinis Valliſumbroſae *pro tranſactis temporibus quadraginta Solidos, & deinceps annuatim decem Solidos:* Belegnenſes *annuatim viginti Solidos:* Moſacenſes *annuatim viginti Solidos:* De Seſto Concordienſis Dioeceſis *annuatim quadraginta Solidos:* Roſacenſes *annuatim quadraginta Solidos:* Sanctae Mariae de Vangadicia *annuatim quadraginta Solidos, Monaſteriorum Abbates & eorum Conventus:* Sancti Stephani Paduanae Dioeceſis *pro tranſactis temporibus viginti Solidos, & annuatim deinceps viginti Solidos:* Sancti Zachariae de Venetiis *Monaſteriorum Abbatiſſas quindecim Solidos:* Sancti Bartholomaei Bononienſis *de Porta*

A *Ravegnana pro tranſactis temporibus quadraginta Solidos, & annuatim deinceps decem Solidos:* Cellae Vollanae *pro tranſactis temporibus tres Libras, & deinceps annuatim viginti Solidos:* Sancti Danielis de Venetiis *pro tranſactis temporibus viginti Solidos, deinceps annuatim* . . . . Sancti Georgii Ferrarienſis *pro tranſactis temporibus* B *tres Libras, & deinceps annuatim quindecim Solidos:* Sanctae Crucis de Venetiis *pro tranſactis temporibus viginti Solidos, & deinceps annuatim viginti Solidos:* Sancti Firmi de Lonico Vicentinae Dioeceſis *pro tranſactis temporibus quatuor Libras, & deinceps annuatim viginti Solidos:* C Sanctae Mariae de Carceribus Paduanae Dioeceſis *annuatim triginta Solidos:* Sancti Bartholomaei de Caſtro Britorum *annuatim decem Solidos:* Sanctae Mariae Majoris Tarviſinae *annuatim decem Solidos:* Sancti Salvatoris de Venetiis *Priores & eorum Conventus decem Solidos:* Eſtenſes Paduanae Dioeceſis *pro tranſactis temporibus decem Solidos, &* D *totidem annuatim:* De Carpo Mutinenſis Dioeceſis *Archipresbyteros & Canonicos monendos duximus & hortandos, ſi qua fungimur, auctoritate mandantes, quod pro tranſactis temporibus quadraginta ſolidos Venetorum groſſorum, & viginti Solidos annuatim de injunctis ejuſdem monete, ut in ſtatutis eis ter-* E *minis praefato Stephano, vel ejus certo Nuntio, apud Mantuam, Bononiam, vel Venetias, juxta primi mandati noſtri tenorem faciant cum integritate perſolvi. Quo circa diſcretioni veſtrae eâdem auctoritate mandamus, quatenus, ſi praedicti mandatum noſtrum noluerint vel neglexerint adimplere, tu eos ad id cenſurâ Eccleſiaſticâ compelli non poſtponas.*

Datum Ferrariae V. Kalendas Julii.

Illud

Illud denique exploratum eſt, Monaſteria Monachorum, quae immediate ad Apoſtolicam Sedem olim pertinebant, etſi jure & facultate ſuum Abbatem eligendi fruerentur, debuiſſe tamen petere a Romanis Pontificibus novi Abbatis electi confirmationem & benedictionem. Idem quoque olim praeſtitere Monaſteria Regalia; neque enim novus Abbas electus ſine conſenſu & confirmatione Regum munere ſuo fungi incipiebat. Quamobrem quum hujuſce debiti oblitus quondam fuerit Abbas Helwordeshuſenſis in Germania, de quo nullam mentionem vidi apud Bruſchium & Mabillonium, interceſſere Legati Pontificii, uti conſtabit e Charta, quam ex Regeſto Cencii Camerarii deſcripſi. Ibi hic titulus.

„ *Literae* H. *Praepoſiti*, & C. *Canonici Novae Eccleſiae, de obedientia,* „ *quam nomine Abbatis Monaſterii Helwordeshuſenſis praeſtiterunt in* „ *manibus duorum Cardinalium Sedis Apoſtolicae Legatorum*, & „ *renuntiatione cujuſdam conſuetudinis; circiter Annum* 1209.

H. *Dei gratiâ Novae Eccleſiae Praepoſitus*, & *C. ejuſdem Eccleſiae Canonicus Paderbonenſis Dioeceſis, univerſis harum literarum inſpectoribus ſalutem in Domino. Notum eſſe cupimus tam praeſentibus, quàm futuris hujus paginae inſpectoribus, quod quum Dominus* H. (a) Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus, & Dominus L. (b) tituli Sanctae Crucis Presbyter Cardinalis *in partibus Alamanniae Legati officio fungerentur, invenerunt* T. Corbejenſem Abbatem de Monaſterio Helwordeshuſenſi, quod ad Romanam Eccleſiam nullo noſcitur mediante pertinere, ad Monaſterium, quod etiam eſt Romanae Eccleſiae ſpeciale, ſecundùm illius terrae conſuetudinem migraſſe, licentiâ primum deferendi, vel confirmatione a Domino Papâ, vel ab ipſis Legatis, qui vices ſuas tunc in partibus illis gerebant, nec habitâ nec petitâ. *Propter quod dum ipſum ſuſpendi ab officio & beneficio mandaſſent, donec ſe ſummo Pontifici, vel eorum conſpectui repraeſentaret, ſuper exceſſu praememorato veniam petiturus, idem Abbas, & ipſius Eccleſia, Nuntios ſuos ad eorumdem praeſentiam deſtinarunt, qui devote ipſum & humiliter excuſantes, illius terrae allegarunt conſuetudinem generalem, aſſerentes videlicet, quod pro confirmatione electionis, vel obtinenda benedictione, vel etiam de uno Monaſterio ad aliud tranſeundi, ſummus Pontifex, vel ejus Legati non erant aliquatenus requirendi, quum in ipſorum partibus talis conſuetudo fuerit hactenus obſervata. Talem nihilominus licèt conſuetudinem generalem, & plurimùm ipſis commodam, ſi forſan ab ipſis Legatis corrigibilis videretur, ad ipſorum placitum, utpote in eo, ſicut in omnibus filii obedientiae, corrigi cupientes. Iidem verò Legati ad ipſorum mandatum tam Abbate, quàm ſub Conventu ſuper praedicta conſuetudine retinenda vel abolenda promtiſſimis & devotis, eiſdem injungere curarunt, ut ſuper praedictis ſuum ad Sedem Apoſtolicam Nuntium deſtinarent, mandatum Domini Papae ſuper his eodem Nuntio mediante recepturi. Injunctum igitur ſibi Legatorum*

(*a*) *ideſt* Hugo, *ſive* Hugolinus.
(*b*) *hoc eſt* Leo.

rum mandatum tam praedictus Abbas, quàm ipſius Conventus devote ac humiliter adimplentes, nos familiares ac Clericos Eccleſiae ſuae, ſicut in literis ſuis, tam clauſis quàm apertis proteſtati ſunt, ad Sedem Apoſtolicam deſtinarunt, ratum habituri quicquid in praedicta conſuetudine conſervanda, vel etiam ejus renuntiatione facienda, apud Apoſtolicam egerimus benignitatem, plenariam hujus cauſae procurationem nobis committentes. Nos itaque in praeſentia Domini Papae conſtituti, quum pro praedicta conſuetudine apud ipſius Sanctitatem excuſantes intenderemus, & ipſe nihilominus eamdem cenſeret pravam & Canonibus inimicam, ex conſuetâ tamen Apoſtolicae Sedis benignitate, quae tali conſuetudine mediante fuerant hactenus peracta, diſſimulans, vel potiùs paternè remittens eidem, con- A *ſuetudini ex parte praememorati Abbatis, & totius ipſius Eccleſiae renuntiavimus deinceps obſervandae*, praedictis Dominis Cardinalibus praeſtantes vice ſaepe dicti Abbatis obedientiam manualem, *praeſentem etiam jam dictae renuntiationis paginam noſtrorum Sigillorum munimine ſubſignantes*.

B Illud oneris demum ejuſmodi Abbatibus, quod & Epiſcopis, impoſitum fuit, ſcilicet ſingulis aut annis, aut trienniis, adcedendi ad limina Apoſtolorum, aut ſaltem Nuntium illuc mittendi. Atque ad id ſane ſeſe obſtringebant Abbates in praeſtando juramento fidelitatis ſummis Pontificibus. Rem confirmabit Charta ex C Regeſto Cencii praelaudati depromta, quae ad Monaſticam Hiſtoriam inluſtrandam nos inutilis erit.

„ *Juramentum Hugolini Abbatis Monaſterii Frixionenſis,*
„ *circiter Annum* 1220.

EGo Hugolinus Abbas Monaſterii Frixionenſis *ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Eccleſiae,* & Domino *meo* Papae Gregorio, *ſuiſque Succeſſoribus canonice intrantibus. Non ero in conſilio aut conſenſu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Conſilium verò, quod mihi credituri ſunt per ſe aut Nuntios ſuos, ſive per literas ad eorum damnum me ſciente nemini pandam. Papatum Romanum, & Regalia beati Petri adjutor eis ero ad retinendum & defendendum, ſalvo meo ordine contra omnem hominem. Legatum Apoſtolicae Sedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Vocatus ad Synodum veniam niſi praepeditus fuero canonicâ praepeditione.* D Apoſtolorum limina Annis ſingulis viſitabo per me, aut per meum Nuntium, niſi Apoſtolicâ abſolvar licentiâ. *Poſſeſſiones verò ad menſam mei Monaſterii pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & haec ſancta Evangelia.*

E *In eumdem modum juravit* Abbas Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis, *Anno Domini MCCXXXIX. Menſe Aprili, die X. intrante, Indictione XII.*

In eumdem modum juravit Domino Papae Innocentio IV. *&c. Frater* Angelus Abbas Monaſterii Sancti Laurentii de Averſa.

In

In eumdem modum juravit Domnus Riccardus Oppidi Duncheldenſis. *Sed debet viſitare Eccleſiam Romanam de triennio in triennium.*

In eumdem modum juravit Domnus Beringarius Abbas Monaſterii Sancti Johannis de Abbatiſſis, Ordinis Sancti Auguſtini, Vicentinae Dioeceſis. *Et debet idem Abbas per ſe, vel Nuntium ſuum ſingulis bienniis Romanam Eccleſiam viſitare.*

In eumdem modum juravit Domino Papae Innocentio IV. Frater Janbertinus Abbas Monaſterii Sancti Michaëlis de Coſſano, Ordinis Sancti Benedicti, Elenſis Dioeceſis, *Anno Domini MCCLII. Nonis Novembris.*

In eumdem modum juravit Domino Innocentio IV. Archibaldus Epiſcopus Moravienſis de Scocia, *Anno Domini MCCLIV. Kalendis Februarii.*

In eumdem modum juravit Domino Papae Innocentio IV. Simon Abbas Monaſterii Sancti Petri de Monce . . . . . . Vulterrenſis Dioeceſis, *Anno Domini MCCLIV. Indictione XII. Secundo Nonas Maji.*

In eumdem modum juravit Domino Innocentio IV. Durandus Petri Prior Monaſterii de Refleriis, Ordinis Sancti Auguſtini, Tudenſis Dioeceſis. *Et miſit literas juramenti ad Cameram.*

In eumdem modum juravit praedicto Domino Lambertus Abbas Monaſterii Albarenſis, Ordinis Sancti Benedicti, Suanenſis Dioeceſis. *Et miſit litteras ſuas de juramento.*

DE

DE
MONASTERIIS
IN
BENEFICIUM
CONCESSIS.
DISSERTATIO
SEPTUAGESIMAPRIMA.

DISSERTATIO

SEPTUAGESIMAPRIMA.

AD Eccleſias, ſive ad eorum Praeſules ac Rectores, multam, ut ſupra vidimus, facultatum affluentiam detulit Chriſtianorum pietas atque Religio: reliquum opum atque potentiae ipſi Eccleſiaſtici viri quantis potuere viribus ac ſtudiis in ſacrorum locorum ſibi commendatorum utilitatem, ſimulque propriam intenti, ſenſim ſibi peperere. Nunc addendum, contra fuiſſe & aliam Chriſtifidelium partem, unoquoque Seculo, cui nihil antiquius fuit, quàm Eccleſiarum patrimonia aut expilare, aut quibus poterant artibus ſua efficere. Metebant jugi labore in Secularium campis Clerici, ac praecipue Monachi: viciſſim verò & Seculares nihil intentatum relinquebant, ut Meſſem ab Eccleſiaſticis congeſtam, in horrea ſua leviori interdum negotio deducerent. Propterea quamvis univerſam paene tellurem abſorbere poſſe ac velle videretur Cleri utriuſque induſtria, attamen deprehenſum eſt, plura ſacris locis tandem erepta quàm relicta fuiſſe. Cauſſas aliquot hujuſce excidii in praecedenti Diſſertatione aperui; nunc unam, quae ſuperfuit, tantùm perſequar, nonnullorum videlicet Regum impiam conſuetudinem, qui ut Magnatum animos in ſua fide ac dilectione confirmarent, ſive ut remuneratione quapiam Militares viros ad majores in bello labores ſuſtinendos accenderent, terras Eccleſiae, ac praecipue Monaſteriorum, iis in Beneficium largiebantur, liberalitatis & grati animi famam facili rei alienae profuſione captantes. Aerarii exhauſti neceſſitas, difficilia bellorum tempora, Regni ac patriae tutela contra hoſtes, praeſertim Paganos, obtendebantur, ut puto, violentis hujuſmodi ſacrorum praediorum invaſionibus. Praeterea extra controverſiam eſt, Epiſcopos quoque olim non paucos cum ipſis Laicis eodem ſtudio certaſſe, quo ſibi quiſque majorem Eccleſiaſticorum proventuum copiam conquireret. Nam & iſti Regum favore abutentes, ſibi non rarò Abbatias conferendas curabant, quibus ſub ſpecie Beneficii, Feudi, aut Commendae, ut nunc appellare ſolemus, fruebantur, dum vitâ fruerentur. Viciſſim & Abbates fuere, qui non uni Monaſterio imperare contenti, plura ſibi, Abbatis titulo atque auctoritate a Regibus impetrabant. Idque interdum ad paupertatis levamen, aliiſque juſtis de cauſſis ab Eccleſia ipſa probatis fiebat: ſed plerumque unâ avaritiâ ſuadente, quae dum altas in animis radices egit,

ipſa Religionis ſacraria facile conculcat, omnemque diſciplinam evertit. Palatinis verò Proceribus & militarium copiarum Ducibus, quamquam Laicis, in uſu aeque erat, Monaſteria ipſa ex Principum largitione, hoc eſt uſurpatione, titulo pariter *Abbatis* invadere atque exhaurire. Quantum invaluerit abominanda iſthaec conſuetudo in Anglia & Gallia vel ſub primae ſtirpis Regibus, multis oſtendit eruditiſſimus Thomaſſinus, de Beneficiis Part. 2. Lib. 3. Cap. 11. & ſequentibus. Ego ejus exempla, ſeu veſtigia in Italia tantùm luſtrabo.

Sub Regibus Langobardis, quos nonnulli, parum ſane aequi Judices, deſpicere ac lacerare conſueverunt, nihil ex Italica Hiſtoria mihi occurrit, unde appareat, Monaſteria a Regibus uſurpata in praedam ceſſiſſe parum piis Chriſtianis. Nam quod Gregorius Magnus Lib. 4. nunc Quinto, Epiſtolâ I. ſcribens ad Johannem Ravennatem Epiſcopum aegre fert, ibidem *aliqua loca dudum Monaſteriis conſecrata, nunc habitacula Clericorum, aut etiam Laicorum facta eſſe*, nihil aliud prodit, niſi fuiſſe Ravennae Clericos Saeculares, qui *Eccleſiaſticis officiis deſervire*, hoc eſt, Saeculari Eccleſiâ potiri, ſimulque etiam *Monaſteriis praeponi* ac dominari, eaque *Abbatis* titulo regere, Monaſticâ veſte nunquam aſſumtâ, ſibi licitum putabant: quod ſanctiſſimo Pontifici minime probatur, & nihilominus in ea Urbe ſubſequutis etiam temporibus uſurpatum fuiſſe, ex Agnelli Ravennatis Hiſtoria Tom. 2. Part. I Rerum Italicarum, elucere poteſt. Verùm Ravenna Graecis Auguſtis, non verò Langobardis Regibus tunc parebat. Itaque mihi veri videtur ſimilius, a Regibus Francis, ex quo Italiam ſuae adjecere ditioni, in haſce regiones invectum fuiſſe perverſum morem invadendi patrimonia ſacra, eaque nimium cupidis aut Epiſcopis aut Abbatibus, aut etiam Laicis conferendi. Exploratum eſt, Carolum Martellum, avum Caroli Magni, primum omnium peſſimam hanc conſuetudinem invexiſſe apud Francos ob Reipublicae neceſſitatem. Haec enim cauſſa praetexebatur tam enormi licentiae. Carolum quoque Magnum, inclytum illum Imperatorem, ac primum ex progenie ſua Italiae Regem, hujuſmodi morbo laboraſſe, vetera monumenta teſtantur. Eum verò in improbo hoc ſtudio aemulatus eſt Pippinus filius, Italiae Rex, ut conſtat e Piſtorienſi Charta Anni DCCCXII. a me prolatâ in Diſſertatione LXX. *de Cleri Immunitate*. Ibi Monaſterium Sancti Bartholomaei datum dicitur, *in beneficio Nebulungo Baviario* ab eodem Pippino. Neque cautiorem heic ſe praebuit Ludovicus Pius, illius frater. Wala celebris Corbejenſis Abbas, ut habetur Lib. 2. ejus Vitae apud Mabillonium, in Actis Sanctor. Benedictinor. Saecul. IV. Part. I. ita eumdem Auguſtum alloquutus fuiſſe dicitur: *Nemo te, Auguſtorum clariſſime, fallat: quia valde periculoſiſſimum eſt, res ſemel Deo fideliter dicatas ad uſus pauperum & ſervorum Dei, violenter poſtmodum diripere, & ad Saeculares uſus contra auctoritatem divinam retorquere*. Tum infra legitur: *Monaſteriorum, dum haec tractarentur, oſtendit & enumeravit pericula, quum tunc temporis nonnulla jam a Laicis tenebantur &c.* Quum verò Lotharius I. Ludovici filius, tandiu in Italia verſatus, patri ſuo pietate fuerit impar, vix ei inrogetur injuria, ſi ſuſpicemur, & ipſum, non ſecus

ac

ac illius frater Pippinus Aquitaniae Rex, in praedia Eccleſiaſtica violentas manus injeciſſe. Lupus Servatus in Epiſtol. XI. ab eo petit *Cellam Sancti Judoci, quam per ſubreptionem Rhuodgangus a vobis obtinuit, nobiſque legitimam donationem Patris veſtri repetentibus, impoſturae crimen inurit &c.* Frodoardus etiam, ſive Flodoardus, in Hiſtor. Remenſis Eccleſiae Lib. 2. Cap. 20. auctor eſt, Ebonem Remenſem Epiſcopum, *acceptâ a Lothario pro patris proditione Abbatiâ Sancti Vedaſti, falſarum objectionum incentorem exſtitiſſe.* Multis deinde procellis exagitatus eſt Ebo, & Sedi ſuae valedicere coactus, ad Lotharium Auguſtum ſibi faventem in Italiam ſe recepit, & Flodoardo ipſo teſte *Abbatiam Sancti Columbani in Italia dono Imperatoris Lotharii poſſedit;* quod ab accuratiſſimo Mabillonio adnotatum non inveni.

Heic habes celebratiſſimum aeque ac opulentum *Bobienſe* Sancti Columbani Coenobium, commendatum olim Eboni Remenſi Archiepiſcopo. Illic etiam collocatus Abbatis titulo ab eodem Lothario fuit Wala nuper memoratus Corbejenſis Abbas, e Germania eliminatus, uti jam oſtendi in Diſſertatione LXV. *de Monaſterior. erection.* Deinde Amalrico Epiſcopo Comenſi, natione Franco, Lotharius idem Monaſterium regendum dedit, eumque Abbatem ibi conſtituit, quod ex Ughellii monumentis habemus. Atque adeo jam vides, Francos Imperatores, contemtâ Monachorum diſciplinâ, eorumque privilegiis abjectis, Monaſteria in Italia quoque pro libito in ſuos fideles Eccleſiaſticos,

A interdum etiam & in Saeculares, fuiſſe partitos. Quo verò pinguioribus reditibus Monaſteria fruebantur, eo ſtudioſius ad ea invadenda Regum & Auguſtorum ope, Epiſcopi convolabant. Et profecto imperante Ludovico II. Auguſto Lotharii I. filio perverſa eadem conſuetudo perſeveravit; ſed potiſſimum cupiditati lora

B laxata ſunt, ubi poſt ejuſdem Auguſti mortem funeſtiſſimae Principum inhiantium ad Regnum turbae, & Saracenorum, atque Ungrorum frequentiſſimae incurſiones, Italiam paene univerſam dilacerarunt. Et quando egimus de Bobienſi Monaſterio, nulla mihi dubitatio eſt, quin ejus fortuna in pejus deinde ruerit, prae-

C diorum portione non modicâ in Secularem quempiam virum ſub nomine Beneficii translatâ. Eſt mihi Diploma Carlomanni Italiae Regis, ex tabulario ejuſdem nobiliſſimi Monaſterii deſcriptum (atque utinam accuratius) ex quo conſtabit, diviſionem bonorum factam fuiſſe inter Monachos, eorumque Abbatem legi-

D timum ex unâ parte, & Commendatarium, ut ita dicam, Abbatem illegitimum, atque ut ſuſpicor, militarem virum, ex altera; idque jam contigiſſe ſub Ludovico II. Auguſto. Inquit autem Rex, ut hujuſmodi violentiam aliqua ex parte excuſet: *Quia pro ſumma Reipublicae neceſſitate, paciſque tranquillitate eamdem di-*

E *viſionem de rebus jam fati Monaſterii factam cognoſcimus.* Tum huic rapinae finem futurum ſperare jubet, ſubdens: *interim, dum Deo opitulante ad priſtinum revocetur ſtatum &c.* Accipe nunc ipſum Diploma.

Prae-

Praeceptum Carlomanni Italiae Regis, quo Monachis Sancti Columbani Bobienſis confirmat portionem bonorum, ad ipſorum uſum deſtinatam, quum reliqua in beneficium potenti cuipiam conceſſa fuiſſent, Anno 877.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Karlomannus *divina favente gratiâ* Rex. *Si........ ob amorem aeternae retributionis locis Deo dicatis augmenta de rebus propriis praebere ad ſubſtentandos eorumdem locorum Dei famulos dignum ac profuturum Animae noſtrae nobis omnibus credimus eterna carere arbitramur mercedem, ſi deſtructa atque diſſipata per* B *Praecepta noſtrae auctoritatis ad prioris ordinis gradum reſtaurare......... Quapropter omnium ſcilicet fidelium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque tam praeſentium quàm futurorum comperiat induſtria, qualiter quidam vir venerabilis* Ebobienſis Monaſterii Abbas *nomine* Umnobaldus *adiit clementiam noſtram, auferens ſecum quodam Preceptum conceſſionis noſtrae manſuetudinis* C *......... Monachis praenominati Monaſterii divae memoriae* Hludovicus Imperator Auguſtus *recognoverat & confirmaverat, vociferans ad.......... pietatis hoc......... atque omnino compertum fore. Nos verò amore........ Praeceptum jam dicti Imperatoris Auguſti, fratris & Conſubrini noſtri, relegentes invenimus in eo ſubnotata eorum diviſionis loca ſingula nominatim,* D *quae ad uſum Monachorum perpetualiter habenda, atque Monaſterio id quod utilitatis eorum foret ordinanda ab eorum Abbate, qui pro tempore fuerit noſtrâ largitione & eorum electione ſancto eodem loco ſubſtitutus, dignum duximus hec omnia loca, ut in dicto* E *Praecepto ſcripta videntur, noſtra Regali auctoritate renovare atque robora-*

A *re. Unde hoc praeſens Praeceptum noſtrae reſtaurationis inſcribi juſſimus. Per quod decernimus, aut modis omnibus praecipimus, ut omnia haec, quae in priori eorum Praecepto, quod a piiſſimo Imperatore Auguſto & Conſobrino noſtro ſcripta ſunt, habeant, ſicut ad eundem locum delegata & tradita noſcuntur. Ita ipſis praenominati* B *Monaſterii Monachis cum omni integritate, tam Manentibus, Servis, quàm aliis Familiis, aedificiis ſeu caſis, adjacentiis, mobilibus & immobilibus, tradimus atque confirmamus, quae temporibus jam ſaepe dicti Imperatoris ſub praeceptis ſui confirmatione ubique habuerunt, & quae deinceps ipſi ſuâ induſtriâ, vel quorumlibet Criſtianorum* C *legitimâ collatione adquirere potuerint, inconvulſa & perpetua ſtabilitate concedimus habere, poſſidere, & ad votum ipſorum religioſe ac rationabiliter & Deo placite ordinare.* Igitur quia pro ſumma Reipublicae neceſſitate, paciſque tranquillitate, eamdem diviſionem de rebus jam fati Monaſterii factam cognoſcimus, jubemus,* D atque omnimodis........ ut de illa parte, quae in uſus Monachorum per hoc praeſens Praeceptum noſtrae renovationis & confirmationis delegavimus, interim dum Deo opitulante ad priſtinum revocetur ſtatum, *nullus Judex publicus, nullus Miſſus diſcurrens aliquam ſaepe fatis Monachis, eorumque familiis violentiam vel* E *inquietudinem injuſte inferre praeſumat, quos cum omnibus rebus & familiis ſub noſtra nos conſtat recepiſſe tuitionem*

vem & meneburdo, nullas quoque...... aut publicas excubias, nullas paratas vel angarias facere ſive perſolvere cogantur, nullas pontium novas vel veteres ſtructiones ſeu reſtructiones cogere vel renovare compellantur, quae nos univerſa idcirco conceſſimus & perdonavimus pro noſtra & Conjugis noſtrae, necnon piiſſimorum Anteceſſorum noſtrorum ſalute, totiuſque Regni noſtri augmento & ſtabilimento, devotius & delectabilius omnia excluſa neceſſitati cauſa vel occaſione valeant ſupplicare. Et ut haec autoritas noſtrae confirmationis vel renovationis per cuncta futura tempora pleniores firmitates habeat vigores, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domni Karlomanni (✠) *ſereniſſimi Regis.*

Baldo Cancellarius ad vicem Thitmari Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

Datum XIII. Kalendas Novembris, Anno Chriſto propitio Primo Regni Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis in Ytalia, Indictione XI.

Actum in Corte Nova, Villa Regia, in Dei nomine feliciter. Amen.

Ita verò in conſuetudinem abiit diviſio haec bonorum Bobienſis Coenobii, quorum portio a Regibus in beneficium concedebatur cuipiam Eccleſiaſtico, aut uni e Saecularibus Magnatibus (qui propterea *Abba-Comites* apud nonnullos appellari conſueverunt) ut ſubſequentium Regum nemo religioni ſibi duxerit veſtigia in hoc antecedentium conſtantiſſime ſequi. Teſtem habeo Chartam unam ex iis, quas ego pluris quàm multas alias facere ſoleo, ex ejuſdem Monaſterii Archivo deſcriptam, nempe Placitum Ticinenſe Berengarii I. Regis juſſu habitum, ubi *Theodelaſſius Abbas* eâ de cauſsâ cum *Radaldo Comite & Marchione* contendit. Huic enim *da parte Regia* (ut illic ſcriptum eſt vulgaris Linguae phraſi) conlata fuerat portio Monaſterii (uti mihi liceat hoc vocabulo) ſaecularizata. Quis iſte Radaldus *Comes & Marchio* Anno DCCCCXV. fuerit, & cui Marchiae eâ tempeſtate praefuerit, nuſquam adhuc deprehendere potui. Quare veterum incuriam accuſare non deſino, quod ii notiſſimos tunc Proceres non cogitarint poſteris aliquando fore omnino ignotos. En Chartam nuper mihi memoratam.

Placitum coram Miſſo Berengarii I. Regis habitum, in quo Monachi Bobienſes evincunt Curtem Barbadam contra Radaldum Comitem & Marchionem, cui ex parte Regia in beneficium conceſſa fuerat portio bonorum ad idem Monaſterium ſpectantium, Anno 915.

✠ D*Um in Dei nomine, in viridario juſta Palacio Domni Regis hujus Ticinenſis, ubi* Domnus Berengarius *glorioſiſſimus* Rex *preherat, & ſuum generalem tenebat placitum in laubia ipſius viridarii, in judicio reſideret* Odelricus Vaſſus & Miſſus Domni Regis *unicuique juſtitias faciendas hac deliberandas, reſedentibus cum eo Aldegrauſus, Walpertus, Petrus, Adalbertus, Farimundus, Boniprandus, Landepre-*

depre-

depretus, & Tranſpertus, Lanfrancus, Viventius qui & Boderadus, Landepertus, & Quaripetrus........ Anſelmus .... celinus Giſelbertus, Judices Domni Regis & reliqui, illique eorum venerunt preſentia, Theodelaſſius Abbas Monaſterii Sancti Columbani ſcita Bobio, *Aripertus Judex Domni Regis & Advocatus ipſius Monaſterii & Monachi & ipſius Abbat........ ibidem Deo ſervientibus & militantibus, nec non & ex alia parte* Radaldus *illuſter* Marchio, qui partem ex jam dicto Monaſterio & Abbatiam da parte Regia in beneficio habere videbatur, *huna cum Gotefredo Judex Domni Regis & Advocato ipſius Monaſterii & Abbatiae da parte illa, quas ipſe in beneficio retinere videtur, altercationem habentes. Querebatur ipſe Theodelaſſius & predictus Judex & Advocatus:* Jam dudum in judicio interpellavimus iſti *Radaldus Marchio*, & Gotefredus Advocatus, quod ipſe *Radaldus Comes & Marchio*, & illi homines, cui ipſe *Radaldus* dediſſet, & per ſuum verbum & autoritatem introiſſent in Cortem unam domui coltilem cum Capella hinibi edificata in honore Sancte Marie in loco & fundo, hubi nominatur Barbada, & in caſis & omnibus rebus & familiis ibidem pertinentibus vel aſpicientibus. Et exinde fruges tulerunt contra legem, qui pertinere deberent de portionem & uſum Fratrum Monachorum ipſius Monaſterii. Et iſti *Radaldus Marchio*, & Gotefredus Advocatus dederunt nobis reſponſum, ut Cortem ipſam domum coltilem, que nominatur Barbadam, cum predicta Capella, & omnibus caſis & rebus & familiis ad eam pertinentibus aberent & detinerent, ſed non contra legem, eo quod a longo tempore Curtem ipſam, que dicitur Barbadam, cum ſua pertinen-

A tia pertinet de illam portionem, quam conſuetudo fuit in beneficio dandi. Et taliter per credentes homines credimus hoc clareſſere poſſamus. Et taliter vuadiam nobis conſignationem ipſam faciendum dederunt, & hodie inter nos hunitum Placitum miſſum eſt, inde finem percipiendum. *Ad hec reſponderunt ipſi* B *Radaldus Marchio, & Gotefredus Advocatus:* Verè homnia taliter inter nos hactum & vuadiatum eſt, ſicut adſeruiſtis. Et hodie exinde inter nos hic veſtri preſentia Placitum miſſum eſt, inde finem percipiendum. Sed multum inquiſivimus partem ipſius Abbatie de illam portionem, quam ego Radaldus ex Regia poteſtate ha- C bere videor. nec teſtes nec omnes per inquiſitionem nulla firmitates, nullamque rationes inde invenire potuimus, per quam nos Radaldus Marchio, & Gotefredus Advocatus clareſſere poſſamus, per quam de illam portionem ad ſumptum Fratrum Monachorum ipſius Monaſterii, Cortem ipſam, que dicitur Barbadam & Ca- D pella & rebus & familiis ad eam pertinentibus inde ſubtraëre poſſamus, quia ſcimus & inventum habemus, quod Cortem ipſam domum coltilem, que dicitur Barbadam, & Capella in onore Sancte Marie ibidem conſtructa, & omnibus rebus & familiis ibidem pertinentibus vel aſpicientibus a parte ipſius Monaſterii Sancti E Columbani, ſcita Bobio, & Abbati & Monachi ad eorum ſumptum & utilitatem eſſe debet, & nichil a portionem illam pertinet, quod Beneficiario nomen eſt, ad abendum nec requirendum, quia, ut diximus, ad uſum & utilitatem Fratrum Monachorum fuit & eſſe debet. *Cum ipſi Radaldus & Gotefredus Judex & Avocatus taliter profeſſi & manifeſti fuiſſent*,

fuiſſent, rectum eorum hominibus paruit eſſe, & judicaverunt, ut juſta eorum altercationis, & eorum Radaldi & Gotefredi Avocatori profeſſione & manifeſtatione, ut pars ipſius Monaſterii Abba & Monachi ipſius Monaſterii ipſam Cortem, que dicitur Barbada, & Capella cum caſis & omnibus rebus & familiis ad eam pertinentibus habere deberent; & ipſe Radaldus Marchio & Gotefredus Advocatus da illam partem, qui portionem beneficiario nomen eſt, manerent inde taciti & contempti. Et finita eſt cauſa. Et hanc notitia pro ſecuritate ipſius Monaſterii & Monachi fieri juſſimus.

Quidem & ego Radinus Notarius Domni Regis ex juſſione ſupraſcripto Miſſo, & amonitionem predictorum Judicum ſcripſi, Anno Regni Domni Berengarii Regis, Deo propitio, Vigeſimo Octavo Menſe Aprelis, Indictione Tertia.

Signum manuum ſupraſcripto Odelrici Vaſſus & Miſſus Domni Regis, qui, ut ſupra, interfui.

Adelgrauſus Judex Domni Regis interfui.

Walpertus Judex Domni Regis interfui.

Petrus Judex Domni Regis interfui.

Farimundus Judex Domni Regis interfui.

Boniprandus Judex Domni Regis interfui.

Landepertus Judex Domni Regis interfui.

Petrus Judex Domni Regis interfui.

Leo Judex Domni Regis interfui.

Sichardus Judex Domni Regis interfui.

Adalbertus Judex Domni Regis interfui.

A *Walpertus Notarius Domni Regis interfui.*

Viveneius, qui & Boderadus, Judex Domni Regis interfui.

Papius Notarius interfui.


Antecherius Notarius Domni Regis interfui.

Praeterea, uti in Antiquitatib. E-
B ſtenſib. Part. I. Cap. 16. pag. 149. oſtendi, Otbertus Marchio & Comes Palatii Anno Chriſti DCCCCLXXII. *Monaſterium Sancti Columbani da parte Domnorum Imperatorum, in Beneficio habebat.* Iis autem temporibus non mitiora fata concuſſere Monaſterium *Nonantulanum*, in agro Mutinenſi ſitum, atque inter Italica pri-
C mi nominis olim quoque numeratum. Eximia Monachorum pietas ſacrum locum a ſui exordio omnibus commendabat, atque in cauſſa erat, ut ex ditiſſimo ditius in dies evaderet. Verum illae opes bellum indixere Coenobio ipſi, inhiantibus multis ad tam pingue Beneficium. Jamque ante Annum Chriſti DCCCXXXVII.
D quiſquam, ut in illud Monaſterium invaderet, tentaſſe videtur, quum tabulas habeam Lotharii I. Auguſti eo Anno ſcriptas, quibus poſt inſpectam in Monaſterio Nonantulae *tantam devotionem ibidem in divinis*, praecipit, *ut nullo in tempore alicui committatur, niſi eorum* (Monachorum) *electione & conſenſu*. In Archivo ejuſdem Coeno-
E bii adhuc exſiſtit Diploma, quod mihi tum ex characterum formâ, tum ex ſigillo cereo adhuc adfixo, viſum fuit archetypum. Verùm cum ſtilus & dictio ſine ſyntaxi illic deprehendantur decernere ego non auſim.

Lotharii I. Auguſti Diploma, per quod praecipit, ut is tantummodo Monaſterio Nonantulano praeſit, quem ex ſua Congregatione Monachi elegerint, Anno 837.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni.* Hlotharius *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Oportet gloria Imperiali prelatos tanto ſtudioſius divinarum adſequi obſequiorum cumulo, quanto perfectius opulentia altitonantis ſat Apoſtolicis documentis ſibi excellentiorem demonſtratam viam, ut illius miſericordia preſentium cumulentur felicitates, & inenarrabili pietate feliciter eternorum coronentur ſine fine manentium gaudiorum, cujus amore utilitatem decertare & ſalvationem procurare ſubditorum. Igitur cunctorum fidelium, ſanctaeque Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium & futurorum cognoſcat ſollertia, quia dum nos amore ſacratiſſime genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti Mariae perpetuae Virginis, & ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Silveſtri, ac deſiderio ſanctae Congregationis in eorum Cenubio divina militatione dedicatae cauſa orationis Monaſterium adiſſemus Nonantulae, tantamque devotionem divino munere ibidem in divinis cognoviſſemus, ut eorum orationes profuturas ad Regni ſtabilitatem & noſtram perpetuam felicitatem indubitanter judicaremus: placuit divino ſpirante ſuffragio ad exortandum, & quietudinem bonitatis ibidem noſtra auctoritate tale conferre munus, ut anni curriculum per ſucceſſiones temporum concordia ibidem Deo ſervientium Monachorum ex eadem Congregatione talis eligatur Abbas, qui ſecundum Regulam Sancti Benedicti tanta Congregatione prudenter regere valeat, & ſalvationem animarum, ſeu utilitatem & Eccleſiae, Principis conſtitutione procuret,* & nullo in tempore alicui comittatur, niſi eorum electione & conſenſu, *noſtra & ſucceſſorum noſtrorum ordinatione ex eadem ſemper Congregatione abeant paſtorem, animarumque eorum providum prudentemque Rectorem. Unde pro firmitatis gratia hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum circa eundem ſanctum locum fieri decrevimus; per quod noſtros Succeſſores depoſcimus, ut ſicuti ipſi ſua pia facta a ſuis conſervari volunt, ita pro Dei amore & Sanctorum reverentia hanc noſtram conceſſionem perpetuae conſervent; noſtriſque fidelibus expreſſe praecipimus, firmiterque manſurum conſtituimus, ut ſicuti ſupra a nobis ibidem conceſſum eſt, rate inlibateque manſurum permittant, & nemo in hoc refragando temeritatem adhibeat, quatenus noſtro ſtudio omni procurata quietudine pro nobis ac ſtabilitate culminis noſtri, ſeu ſalvatione conjugis ac prolis, atque in ſinum ſanctae matris noſtrae Catholicae Eccleſiae quieſcentium protectione ſeu defenſione adtentius exorare Domini miſericordiam eadem delectetur Congregatio. Et ut hoc noſtrae conceſſionis munus a noſtris Succeſſoribus verius credatur, & a fidelibus diligentius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter adſignari juſſimus.*

Signum

Signum  *Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti.*



Bructemirus Subdiaconus atque Notarius, ad vicem Egilmari recognovi & ſubſcripſi.

Data III. Nonas Februarias, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Hlotharii Imperatoris XVIII. Indictione XV.

Actum Nonantulae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Sed nihil ſucceſſores Lotharii pergamena deterruit, quo minus Nonantulanam Abbatiam adulterinis Abbatibus commendarent. *Adelardus Epiſcopus Veronenſis* pinguiſſimam praedam conſpicatus, nihil non egit, ut eam a Carolo Calvo Imperatore impetraret; & non irrito conatu; nam revera Abbas eſt ibi conſtitutus. Cupiditatem Praeſulis exſecratus Johannes VIII. ſummus Pontifex, literas ad Auguſtum, & ad Archiepiſcopos Ravennatem, Mediolanenſem, & Aquilejenſem dedit, iis ſignificans, ſe anathemati eam ob cauſſam ſubjeciſſe Veronenſem Antiſtitem. Sunt ejus verba in Epiſt. XLVIII. cui jungenda eſt & XLIX. ad Clerum Veronenſem ſcripta. *Quum Adalardum Epiſcopum venerabile Monaſterium Nonantulae ſitum, quod nullus umquam Epiſcoporum vel Judicum* (hoc eſt, Comitum, ut arbitror) *in Beneficium quaeſivit, contra ſacras Praedeceſſorum noſtrorum, noſtrique privilegii inſtitutiones, quibus de propria ſemper Congregatione Abbatem fieri jubetur, callide petiiſſe, ac per hoc illicita praeſumſiſſe, omnimodis reperiſſemus: auctoritate Apoſtolicâ excommunicare ſtuduimus.* Uti ex Catalogo Nonantulen-

A ſium Abbatum didici, Adelardus iſte *in ſuos uſus reditibus redactis, in extremam paupertatem Monachos compulit. Qui ſicuti Abbas, commutavit quaedam bona Coenobii Nonantulani cum Abbate Monaſterii Novi de Brixia.* Tum pergit dicere & ipſe, anathemate fuiſſe perculſum Epiſcopum eumdem a Johanne VIII. Pa-
B pa, Indictione X. hoc eſt, Anno Chriſti DCCCLXXVII. Hanc eamdem Abbatiam ſubſequenti Saeculo vexavit Hugo Italiae Rex, eamque filio ſuo *Godefrido*, ſi fides Auctori ſupra memorato Catalogi MSti, conceſſit. Arnulphus autem Mediolanenſis Lib. I. Cap. 3. Hiſtoriae, quam dedi Tom. IV. Rer. Italica-
C rum ſcribit, Hugonem Regem, ob crudele facinus in Archiepiſcopum Mediolanenſem patratum, conceſſiſſe *Eccleſiae*, ſcilicet Mediolanenſi, *pro nonaginta interfectis Abbatiam Nonantulae, quae propter nonaginta ſui juris Curtes ſic vocata perhibetur.* Gualvaneus de la Flamma in Manipulo Florum Cap. 130. Tom. XI. Rer.
D Italic. ex hoc Arnulphi loco deduxit, conditum fuiſſe ab Hugone Rege Monaſterium Nonantulanum. Fallitur. Coenobium iſtud jamdiu con-

 ſtat

ſtat ſub Aiſtulpho Langobardorum Rege a Sancto Anſelmo fuiſſe fundatum. Neque aliud Arnulphus affirmat, quàm Eccleſiae Mediolanenſi conceſſum fuiſſe Monaſterium Nonantulanum. Et fortaſſe conceſſum *Manaſſi* ejuſdem Hugonis Regis affini, ut habet Liutprandus in Chronico, ſive filio, ut Arnulphus ſcribit, & a quo etiam Archiepiſcopatus Mediolanenſis fortaſſe uſurpatus fuit. Et ne uno quidem Epiſcopatu contentus fuit Manaſſes ille, homo ex moribus perditis, atque ex ambitione maxime abominandus. Nullus autem dubitandi locus ſupereſt, quin *Wido Mutinenſis Epiſcopus*, & ipſe eâdem cupiditatis flammâ ſuccenſus, ab ipſo Hugone Rege Abbatiam Nonantulanam ſubinde impetrarit. Ut enim habet graviſſimus teſtis Liut- A prandus Ticinenſis Lib. 5. Cap. 12. idem *Wido Praeſul Mutinenſis Eccleſiae, non injuriâ laceſſitus, ſed* MAXIMA *illâ* ABBATIA NONANTULA, *quam & tunc acquiſivit, animatus*, adversùs ipſum Regem, beneficiorum immemor, inſurrexit. Sub Berengario & Adelberto Regibus Monaſterii tabulae ſatis produnt, Widonem B adhuc inſtitiſſe ejuſmodi praedae. Eam vero non ſegnius retinuit ſub Ottone I. Auguſto, cujus potiſſimum incrementis ſtuduerat, ab eo propterea ſummum Archicancellarii munus conſequutus. Ego ex adverſariis Caroli Sigonii V. Cl. depromſi Diploma ipſum, quo tradita eſt, ſive confirmata Epiſcopo noſtro ejus C Abbatiae poſſeſſio, idemque heic Lectori exhibendum puto.

Ottonis I. Imperatoris Diploma, quo Abbatiam Nonantulanam Guidoni Epiſcopo Mutinenſi & Archicancellario in beneficium concedit, Anno 962.

I*N nomine Sancte & individue Trinitatis.* Otto *divina favente clementia* Imperator Auguſtus. *Si ratis nobis famulantium ſupplicationibus aſſenſum prebemus, fideliores eos nobis fore minime titubamus. Proinde Sancte Eccleſie fidelium, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum noverit ſolertia, qualiter conſultu atque interventu* Adelaide noſtre *dilectiſſime* Conjugis, *noſtrique Imperii conſortis, atque venerabilis* Archiepiſcopi Adelach, *ſummique Regnorum noſtrorum Conſiliarii, per hanc noſtri Precepti paginam* concedimus, donamus, atque largimur Widoni *ſancte* Mutinenſis Eccleſie *venerabili* Epiſcopo, *dilectoque* noſtro *fideli &* Archicancellario, cunctis vite ſue diebus, Abba- D tiam, que Nonantula dicitur, in honore Sanctorum Petri & Pauli, ceterorumque Apoſtolorum, necnon & beati Silveſtri dicatam, *cum omnibus Plebibus, Xenodochiis, Monaſteriis, Cellulis, Titulis, Capellis, tam infra Tuſciam, Camerinam, & Spoletinam, quamque infra hoc Italicum Regnum ubicumque conjacentibus, una cum Ca-* E *ſtris, Villis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquarumque decurſibus, Aldionibus, & Aldiabus, ſervis & ancillis.......... omnibuſque rebus, que dici vel nominari poſſunt, ad predictam Abbatiam integre pertinentibus.......* jure proprietario fruatur cunctis, ut dictum eſt, vitae ſuae diebus........ *commutandi, libellos & precarias faciendi tam ſibi, quàm his, qui ſuſcep.*

... con-

.... contradictione ſublata, nulloque unquam Succeſſore noſtro.......... vel inquietare, ſed Deo auxiliante perpetuis temporibus inlaeſa & inconcuſſa permaneat.......... noſtra auctoritate permittimus ei, atque perdonamus omnes ſuarum Eccleſiarum libellarias, commutationes, & precarias injuſte & contra legem factas infringere, delere, & ad partem ſuam.......... Interea jubemus, ut nul.......... magna parvaque perſona prelibatum Venerabilem precariis, libellariis, commutationibus, aliiſque rebus aliquo ſcriptionis titulo inquietare, ac diſveſtire.......... di cio preſumat: concedentes & perdonantes, ut tam libellarii & precarii, quamque in predictis libellariis atque ſcriptionibus commorantes. & in omnibus ſuarum Eccleſiarum rebus commanentes & reſidentes, omniumque ſuo- A *rum fidelium lites vel intentiones, de quibuſcumque rebus fuerint, & legaliter definiende, cunctaſque querelas & legales querimonias, quas adversùs aliquas habuerint, vel aliquis adversùs eos, ante eumdem vel ſuum Miſſum deliberent ac definiant, tamquam ante Comitis noſtri Palatii, vel diſcurrentis Miſſi preſentiam, cunctorum ſublato* B *.......... Si quis igitur, quod fieri non credimus, hanc noſtri Precepti auctoritatem violaverit aut fregerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem pretaxato.......... cui illata fuerit controverſia. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu.......... antes,* C *annuli noſtri impreſſione ſubter juſſimus inſigniri.*

Signum  *Domni Ottonis Imperatoris Auguſti.*

.... Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data II. Nonas Octobris, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXII. Indictione VI. Anno Imperii ſereniſſimi Ottonis Imperatoris Primo.

Actum Papia Civitate, feliciter.

Invaſerunt exinde eamdem Abbatiam *Hubertus Parmenſis Epiſcopus*: tum *Johannes* Graecus *Archimandrita*, & *Conſecretalis Ottonis II.* nimirum ille idem, qui Placentinus Epiſcopus creatus, denique Pſeudo-Papa factione Creſcentii Conſulis evaſit. Is autem pari ambitione ſe *Archiepiſcopum Placentinum*, & *Abbatem Nonantulanum* paſſim inſcribebat, ut ex publicis tabulis conſtat apud Campium in Hiſtoria Eccleſ. Placentin. Atque heic exerendae ſunt tabulae ejuſdem D Ottonis II. multis nominibus magni faciendas tum quod inde intelligamus, quantum detrimenti inſignibus Monaſteriis attulerint Commendatarii illorum temporum Abbates, tum etiam, ut appareat, quàm concinne ſub Pietatis ſpecie tunc Monaſteria ambitioſis viris traderentur, & qualibus coloribus pingatur ſanctitas, ideſt E hypocriſis *Johannis* illius *Archimandritae*. Antiquum apographum erat illud, in quo ſequentia continebantur, in Archivo Nonantulano adſervatum.

Conlatio

Conlatio celeberrimi Nonantulani Coenobii facta ab Ottone II. Auguſto Johanni Archimandritae & Conſecretali ſuo, Anno 982.

IN *nomine Domini Dei eterni.* Otto *divina miſerante clementia* Imperator Auguſtus. *Si ad cultum eterni Regis delubra & venerabilia Loca Sanctorum, pravorum neſandis operibus hominum revocare ſtuduerimus, procul dubio noſtrum imperium temporale ſtabiliri, & future lucis premium promereri arbitramur. Ad hoc enim largitor omnium bonorum, culmen imperii noſtri potenti dexterâ ſublimari dignatus eſt, ut inceſſanter debitas ipſi laudes perſolventes, Eccleſiarum curam habere, eiſque ſub inſtitutis priſce religionis conſtituere pervigili ſollerciâ procuremus. Proinde noverit univerſitas omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium, noſtrorumque, preſencium videlicet ac futurorum, quod nos ingredientes opulentam Italiam, ſapida indagine preſcrutari cepimus Cenobia in eâdem conſtructa, vitamque & morem Cenobitarum in ipſis degencium. Cumque jam quedam illorum nobis eſſent cognita, non poſt multum temporis relatu quorumdam accepimus*, unum in honore beati Silveſtri Confeſſoris Chriſti in Comitatu Motinenſe conſtructum, quod Nonantula vocatur, OMNIBUS ALIIS MAJUS, & quod olim exemplar bene vivendi, & Sancte converſacionis fuerat reliquis, *paene jam annullatum, atque fondo tenus depopulatum, iniquorum pravitate hominum, eo quod per longa curricula annorum aminiculo caruit Abbatum. Hoc audientes, ab intimo pectoris ſuſpiria traximus, commotique pietate ingemuimus, ſupplicantes Dominum, quatinus talem nobis prepararet virum, qui tanto officio inveniretur dignus. Extemplo noſtros re-*

A *ligioſos Palatinos & familiares illuc direximus, qui Monachos prefati municipii, eorumque vitas & mores diligenter diſcuterent, & ſi quem miniſterii idoneum repererint, celeri curſu honorifice noſtre mageſtati preſentarent. Veruntamen horreſco referendum. Proh dolor! nullus ibidem eſt inventus, qui tam nobile valeret deferre pondus. Poſt* B *hac conſultu Sapientum reduxi oculos meos ad Aulicos, inter quos quemdam* Archimandritem & Conſecretalem meum, Johannem nomine *reperi, probis moribus ornatum, pudicum, ſobrium, docibilem, Graecâ ſcientiâ non ineruditum, totiuſque prudentiae & ſanctitatis fulgore praeclarum. Quem conſilio virorum illuſtrium, Deumque timen-* C *cium, & electione Fratrum in jam dicto Monaſterio commanencium, a noſtro cubili & neceſſariis conſiliis abſtraëntes,* ſupra nominatis Fratribus in Patrem & Rectorem praefecimus. *Cui etiam* Theophanii *rogatu, & intervencione conjugis & conſortis Imperii noſtri, confirmacionis preceptum conſcribi juſſimus. Nominative de Curte, que voca-* D *tur Fainano, Lizano, & Galba, ſimul cum Silva Majore, uſque ad fines Capuniane, & uſque ad flumen vocato Leo: & de Inſula, que dicitur Panario, uſque in Foſſa Munda, & in Silva communi, Sanctum Petrum in Siculo, Bondenum, Caſtrum Kanidolum, ubi piſcatores ipſius Monaſterii piſcari debent tam ſurſum uſque Mantuam, quàm* E *deorſum uſque Ravennam. Et de Aqua, que currit juxta Caſtellum Pancianum, & vocatur Gena, in qua nullus audeat molendina facere ſine juſſione Abbatis & Fratrum, praeter ipſa duo, que*

ibi

ibi ſunt conſtructa, eidem Monaſterio pertinencia, ſimul cum aliis Caſtellis, Curtibus, Capellis, Oratoriis, Manſis, Maſſariciis, piſcacionibus, Servis, Ancillis, Aldiis, Aldiabus, Servis originalibus, molendinis, aquis, aquarumque ductibus, ſalictis, campis, vineis, pratis, ſtalariis, olivetis, ſilvis, de omnibus quoque rebus, que dici & nominari poſſunt, jam dicto Monaſterio pertinentibus legaliter, & de quibus precepta habentur in eodem loco confirmata a preceſſoribus noſtris Imperatoribus & Regibus Aiſtulfo, Karulo, Hugone. *Jubentes etiam precipimus, ut ſi quemquam hominum in praenominato Caſtello Nonantula habitancium contigerit ire ad quemlibet mercatum vel negocium, ſive per terram ſeu per aquam, pro nullo negocio donet teloneum, curaturas, terraticum, ripaticum. Precipientes inſuper jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdachius, Gaſtaldius, nullaque Regni noſtri magna vel parva perſone in predicto Monaſterio placitum tenere audeat, aut ad tenendum venire preſumat, ſine juſſione & invitatu jam dicti* Abbatis, *ſuorumque Succeſſorum; neque in ſilvis, prefato Cenobio pertinentibus, venacionem exercere conetur, aut fodrum exigere tentet; predictum* Abbatem, *ſuoſque Succeſſores & Monachos ibidem deſervientes inquietare, moleſtare, aut de rebus ipſis pertinentibus diſveſtire, aut ſervos & colonos eorum aripergare preſumat. Si qui autem hujus noſtri Precepti pagine temerarius violatur exſtiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras mille, medietatem Camere noſtre & medietatem prenominato Abbati, ſuiſque Succeſſoribus, &, quod deterius eſt, perpetue damnacionis adepturum. Quod ut verius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur, anuli noſtri impreſſcione preſentem paginam manu propria roborantes inferius ſigillare precepimus.*

Signum Domni T—T *Secundi Ottonis ſereniſſimi Imperatoris, & invictiſſimi Auguſti.*

Johannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Subſequebantur in eâdem pergamenâ pauca haec mutila ad eumdem ut puto, *Ottonem II.* ſpectantia, quae & ipſa confirmant infelicem Coenobiorum ſtatum, quibus perditi ii Commendatarii praeerant. Haec autem, qualiacumque ſint, deperdita nolui.

Otto *Dei gratiâ* Romanorum Imperator Auguſtus, *hominibus noſtris fidelibus. Notum vobis eſſe poteſt omnibus in Italico Regno degentibus, quod* Nonantulanenſe Monaſterium jam per quinquaginta annos & amplius propter Epiſcopos, qui pene totam ipſius Monaſterii terram pro beneficio tenuerunt, deſolatum & ad nichilum prope redactum ſit. *Nos verò cum Dei adjutorio id reſtaurare & redintegrare, cupimus. Idcirco noſtrâ Imperiali auctoritate ſancimus, ut nulla perſona major ſeu parva terram vel aliquam pertinenciam ejus Monaſterii, quod hactenus ſine Rectore fuit, ſibi per diuturnam poſſeſſionem audeat vel poſſit vendicare, aut in placito defendere, ſed ſacramento pariterque cum pugna confirmet ac roboret ipſam rem,* de qua lis fuerit, nullâ ratione ad Monaſterium pertinere.

Reliquas Nonantulani Coenobii calamitates praetereo, cui nunc ut & ejus Dioeceſi praeeſt Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Alexander Albanus, Literarum & Literatorum Princeps amantiſſimus. Quam cladem etiam Farfenſi, ac Vulturnenſi Monaſteriis eximiis aliquando intulerit temporum iniquitas, ex eorum locorum Chronicis in Collectione Rerum Italicarum a me editis malim, quàm a me, Lector accipiat. Interea & heic animadvertendum, hiſce exemplis quamquam abominandis excitatos reliquos etiam Epiſcopos, ad A Monachorum fortunas vorandas non minori aviditate convolaſſe, ita ut vix ullus ex iis fuerit, qui ſibi unum aut plura Monaſteria expilanda non procurarit. Ego editis parcens, & nondum vulgatis monumentis ad rem conficiendam utens, *Eporedienſem Epiſcopum Joſeph* Lectori ſiſto, qui ſub Lothario I. Auguſto, B iniquo Monaſteriorum donatore, inſigne Coenobium Novalicienſe obtinuit, uti conſtabit ex ejus Diplomate, cujus exemplum ad me miſit praeſtantiſſimus Taurinenſis Senatus Praeſes, Comes Ludovicus Caiſſottus.

Lotharii I. Auguſti Diploma, per quod immunitates omnes Monaſterii Novalicienſis confirmat Joſepho Epiſcopo Eporedienſi, atque ejuſdem Monaſterii Abbati Commendatario, Anno Ch. fortaſſe 844. aut duobus ſequentibus.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni*, Lotharius *divina inclinante providentia* Imperator Auguſtus. *Si ea, quae Praedeceſſores noſtri erga cultum Religionis exercuerunt, noſtris augmentaverimus datis, aeternum nobis amplificare ſuffragium fidimus. Igitur omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium videlicet ac futurorum comperiat magnitudo, quia Vir venerabilis* Joſeph Eporedienſis Eccleſiae Epiſcopus, & Abbas Monaſterii Sanctorum Apoſtolotum Petri & Andreae, *nuncupati* Novalicio, *detulit obtutibus noſtris quaſdam auctoritates factas a Regibus Langobardorum, Francorumque, ſeu piiſſimorum Auguſtorum*, Carolo *videlicet praeſtantiſſimo* Imperatore, *atque* Ludovico *ſereniſſimo* Auguſto: *in quibus ſtatutum & definitum comperimus, ut nullus Judex Publicus, vel alia quaelibet judiciaria Poteſtas ab hominibus ejuſdem Monaſterii, qui pro utilitate* C *Monachorum inibi Deo ſervientium negotiandi causâ huc illuc diſcurrerent, vel ad praefatum Monaſterium conſerre vel abducere ob aliquid viderentur, nullum Theloneum, aut ullam redibitionem, vel exactionem, nec Pontaticum, de hoc, quod Fiſcus eorum recipere aut ſperare poterat, tam de Carris quam de Sagmatibus, ſive de Navali remi-* D *gio, vel certe quod humeris homines portare viderentur, aut de eorum pecoribus, vel de quibuslibet cauſis praefatum theloneum, aut ullam exactionem exigere praeſumeret. Conſtantibus auctoritatibus clariſſimorum Regum, Imperatorumve, deprecatus eſt idem Joſeph noſtrae etiam firmitatis Praeceptum ſubjungi. Cujus precibus ob ejus* E *reverentiam libentiſſime annuentes, has noſtrae claritudinis Literas fieri decrevimus. Per quas decernimus atque jubemus, ut ab hominibus praefati Monaſterii, qui huc illucque negotiandi gratiâ, ſicut ſupra dictum eſt, diſcurrunt,*

runt, vel qui Monaſterio conſerre, vel adducere videntur, ſive etiam ab eis hominibus, qui ad idem Monaſterium aſpiciunt, nihil omnino a quolibet Miniſtro Reipublicae, vel cujuſcumque ex Exactore intra Regna Deo propitio noſtra exactetur; nec Theloneum, vel Pontaticum, ſive Rotaticum, aut Cluſaticum, ſed neque quod in carris, aut ſagmatibus, vel dorſis hominum comportare videtur, requirere vel accipere quiſpiam ab eis praeſumat, necnon eorum ovibus pro paſcuis Portaticum, vel Agrarium, vel Navalem remigium, tam in eundo quàm in redeundo, aliquid exigere, aut ullam inferre audeat contrarietatem, vel inquietudinem; ſed ſicut in priſtinis auctoritatibus reperimus, & a nobis ſupra praelibatum & definitum eſt, ita maneat pro noſtra elemoſina noſtris futuriſque temporibus inviolabile. Et ut haec noſtra auctoritas firmius conſervetur, manu propria eam ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum  *Lotharii ſereniſſimi Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Liuthardus Notarius ad vicem Vitgarii ſignavi.

Datum Idibus Junii, Anno Chriſto propitio Imperii Domini Lotharii Pii Imperatoris . . . .

Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Vercellas nunc petamus, cujus Urbis Epiſcopi inſigni olim potentiâ ac divitiis floruerunt. Verùm & ipſi omnem moverunt lapidem, ut *Lucedii Abbatiam*, in ſua Dioeceſi, atque in agro Montisferrati ſitam, noſtris quoque temporibus opulentam (ſed Monachis inde excluſis, Abbati Commendatario traditam) invaderent, ſuaeque poteſtati, ne dicam voracitati, obnoxiam facerent. Id eis obtigit Anno Chriſti DCCCCI. ſub Berengario I. tunc Italiae Rege, uti palam faciunt monumenta ab Ughellio indicata Tomo IV. Italiae Sacrae. Sed & alteram *Abbatiam* iidem ſibi conquiſierunt, nempe *Aronenſem* ad Lacum Verbanum, quam religioſi Patres Societatis Jeſu nunc tenent. De origine Monaſterii hujus multa diſſeruit Clariſs. amicus meus P. D. Gaſpar Berettus Monachus Benedictinus in Diſſertat. Chorographic. praepoſitâ Tomo X. Rerum Italicar pag 113. & ſequentibus, quae cum Diplomate nunc mihi edendo conferenda ſunt. Diploma, inquam, exerere juvat, ex quo conſtabit, Anno quoque Chriſti DCCCCXCIX. Epiſcopum Vercellenſem Leonem (cujus ingluvies *Bremetenſi* quoque Monaſterio inſidias poſuiſſe dicitur in Chronico Novalicienſi Part II. Tomi II. Rer. Italicarum) geminis iis Abbatiis dominari perrexiſſe. Ex apographo, in quo vitiata erant non pauca nomina, monumentum iſtud expreſſi, cujus etiam lacinias Ughellius dederat. Quae tamen noſſe in primis intereſt, ibi ſervata reor.

 Otto-

Ottonis III. Imperatoris Diploma, confirmantis Leoni Epiſcopo jura & bona omnia Vercellenſis Eccleſiae, Anno 999.

A IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Otto *divinâ favente miſericordiâ* Imperator Auguſtus. *Jam dudum omnia, quae data ſunt Sancto Euſebio, confirmavimus: ſed ea, quae ſunt neceſſariora, & maxime quae* Carolus Imperator Liutardo Epiſcopo *aut dedit aut reddidit, iterum & iterum ex nunc confirmavimus, & ſucceſſores noſtros idem agere rogamus*; B *quod nos ipſi* Imperatoris Caroli *Praecepta legimus, & Literae in Eccleſia Sancti Euſebii a tempore Caroli ſuper Altare Sancti Johannis ſcriptae, teſtimonium donant, & ad veritatem recognoſcendam, fidem legentibus faciunt. Ideſt theloneum & diſtrictum ſuarum Plebium, & ſuper ſua habitantium: Aquam de* C *Sicida: Aquam de Servo: Aquam de Helvo; cum utriſque ripis a loco, ubi naſcuntur, uſque in Padum: Aquam de Pado cum duabus ripis a Limua uſque Plebem Martori: Aquam de Duria cum utriſque ripis a Petra-groſſa uſque Verucam. Confirmamus Mandaſtum; Firminianum; Seſtiguum; Cariſianam cum utraque ripa; Binella cum omnibus ſuis* D *appendiciis; Galianicum; Ponderanum; Mulinariam; Andurnum; Cauſade; Montes Tiſſiodas; Podio-Blatinum; Bedolium, & Clavaſiam; Caudelle & Clevoli: quae* Berengarius & Albertus Reges, *quorum proprietas fuerunt, ei dederunt; Trivere, & diſtrictum per totum Bugellenſe, & Clavaſium; Radagada; Madagadella; Tribledo; Arco;* E *Valle; Dade; Vualda. Damus omnia predia* Arduini filii Dodonis, *quia hoſtis publicus adjudicatus* Epiſcopum Petrum *interfecit, & interfectum incendere non expavit: & praedia eorum, qui exploratis armis, & ipſis manibus huic crudelitati interfuerunt, ideſt filiorum Teperti de Caſale, Golfini & Armini de Livorno, Alberti & Aeribaldi de Viglano. Damus praedia illorum, qui cum armis Eccleſiam Sancti Euſebii vaſtavere, ideſt Olrici de Bena, Roderadi de Sandiliano, Arderici de Magnamigulo, Servi Sancti Euſebii, Alberici & Viliermi de Saluſola, Aſtolfi & fratrum ejus de Valdengo, Ugonis de Paleſtro, Stefani de Clivolo, Ademari de Gambolade, Ingonis de Ciriaco, Aldonis de Leuriano, Hiſaac, ac fratris ejus. Confirmamus Salſiam cum Silva-Salſa: Caſtellum Vicinili: mercatum & diſtrictum Plebis Sanctae Agathae, & Cortis de Ciſiliano, & in Tronſano, & altero Tronſano, & per totam campaniam & Caſtellum Quirini. Damus praedia Agadi Subdiaconi in Sancta Agatha, Goſtini, Conſtantii, Godonis, Smandi, Anuſonis fratris Guinceri. Confirmamus Sanctam Mariam Moliade, quae dicitur Monaſteriolum, cum ſua pertinentia, cum Bornade & Grignanco, & diſtrictum Vallis Sicide, & Arimannos de Navola & de Caſalido, & Silva-Reveſenda. Damus Gatinariam cum diſtrictu, & omnia praedia* Giſelberti Archidiaconi Vercellenſis; *& hoc juſte, quia cum eſſet de Familia Sancti Euſebii, inflatus divitiis Eccleſiae, Eccleſiam Vercellenſem Dominam ſuam fugit, eamque cum Arduino miſerabiliter vaſtavit.*

Similiter damus ei praedia ſuorum germanorum, ideſt Mulmianum de Cauſade, & Cugizonis de Rade: & praedia parentum ejus ſervorum fugitivorum, ideſt Liprandi & Hermani fratrum,

*trum, & Chiſlemberti Judicis: diſtri-
ctum & theloneum in Rade, Ghiſlaren-
go, Albano, Conflencia: & Odonicum
cum diſtrictu. Reddimus & Eccleſiam
Sancti Salvatoris ultra Padum, ſicut*
Carolus Auguſtus *fecit. Confirmamus
Montem Ledorietum, & Braſules, &
diſtrictum in Palazolo, Gorſano, Li-
viari, Gabiano, Cantavena, Carderiſi,
Villato, Maglione, Azelli, Medole,
Herbara. Confirmamus diſtrictum de
Sancto Evaſio, a Pado uſque in Stu-
ram, in Fracſineto, Paſiliano, Ticinen-
ſe, Sarmaſa, & Sancto Georgio, &
Morano, & ultra tria milliaria; prae-
dia Alberti de Moncerone, Milonis de
Salerana, Tediſii de la Vagna, Diſo-
nis de Novaria, Hermanni Judicis,
Graſevirti de Ciriſidio & fratrum e-
jus: Caſtellum Sancti Angeli in Lacu
Majore, &* Abbatiam de Arona *con-
firmamus, ſicut Praeceptum* Caroli *te-
ſtatur. Ceretum, Milpata, Caſa-nova,
Curticellum in Brunide confirmamus:
quae propria fuerunt Albuini Servi San-
cti Euſebii de Plebe Bivella, & Cerre-
tum Terſelli confirmamus, ſicut* Liut-
prandus *Rex donavit. Cortem Cana-
vam reddimus, ſicuti* Ludovicus Im-
perator *donavit. Damus Sancto Euſe-
bio omnia praedia* Gimberti Archi-
presbiteri, *& hoc juſte, quia omnia,
quae de bonis Eccleſiae exierunt, judi-
cio Eccleſiae & Seculi ad Eccleſiam,
cujus fuerunt, pertinebunt. Confirma-
mus Sancto Euſebio* Abbatiam de Lu-
cedio, *ſicuti* Carolus Auguſtus, *&
divae memoriae* Genitor noſter *fece-
runt. Confirmamus Sancto Michaëli de
Lucedio hanc pertinentiam, quam Hor-
tum Sancti Michaëlis vocamus, ideſt
Monte-Regis uſque Aquam-nigram, ſi-
cut currit Amporium, & uſque Sola-
rium-arſum, & uſque Foſſatum Aſina-
rium, & ſicut eſt Eccleſia Sanctae Ma-*

A *riae a Ponte, & Stura currit ſubtus
Broilum vetus. Confirmamus Alberam
uſque Gardinam, & uſque Runcum-ſic-
cum, & a terra Monctuorum, ſicut
Ampori tenet, uſque in caput Montis
Balaſeſe, & uſque in Padum. Confir-
mamus Tamaſaniga, & totum Verſade
uſque in Ampori, & totum Andolium
intra Duriam & Padum, & Zebeda-*
B *ſto. Confirmamus Sancto Michaeli de
Lucedio, ſicut* Lotarius Auguſtus *do-
navit, quando Corpus Sancti Januarii
ibi collocavit: Cortem Quadrulam cum
diſtrictu Arimannorum, & theloneo &
aquam Padi a Portu Clavaſti cum u-
triuſque ripis, uſque ad Ellerum, ubi
vetus Duria intrat in Padum, & a
Duria uſque Raucidum, & Marinica*
C *Silva de Lucedio, & Runcum-ſiccum,
& Caſam Ugonis, & Silvam Palazo-
laſtam. Confirmamus Sancto Euſebio, ſi-
cut ab antiquis ſemper pertinuit, Ro-
maſianum, Augmentum, ſicut* Carolus
Auguſtus *donavit & confirmavit. Si
quis autem ſanctam Vercellenſem Eccle-
ſiam diſveſtiverit, aut moleſtiam intu-
lerit, componat mille Libras auri pu-*
D *ri, medietatem Camerae noſtrae, &
Sancto Euſebio alteram. Quod ut cre-
datur & conſervetur, hoc Praeceptum
manu noſtra firmavimus, & amore* Leo-
nis Epiſcopi, *qui nobis fideliſſimus a-
micus eſt, aureo Sigillo noſtro juſſimus
inſigniri.*

Signum Domni Ottonis (✠) *glorio-
ſiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.*

E *Heribertus Cancellarius vice Petri
Cumani Epiſcopi & Archicancellarii re-
cognovit.*

*Data Nonis Maji, Anno Dominicae
Incarnationis Nongenteſimo Nonageſimo
Nono, Indictione Duodecima, Anno Ter-
tii Ottonis Regis Quintodecimo, Impe-
ratoris Secundo.*

Actum Romae feliciter, Amen.

Neque ſegnes fuerunt Leonis Praeſulis Vercellenſis Succeſſores in impetrandis ejuſmodi praedis a Succeſſoribus Auguſtis. Inter eos Gregorius famoſus Epiſcopus *Abbatiam Lucedienſem*, non verò *Aronenſem*, ſibi confirmandam curavit ab Henrico inter Imperatores Secundo, uti conſtabit ex altero Diplomate, quod ex antigrapho naevis ſcatente depromſi.

Henricus inter Reges Tertius, inter Auguſtos Secundus, bona ac jura cuncta ſuo Praecepto confirmat Eccleſiae Vercellenſi, ejuſque Epiſcopo Gregorio, Anno 1054.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Henricus *divinâ favente clementiâ* Romanorum Imperator Auguſtus. *Quia nullus extra Eccleſiam ſalvus poteſt fieri, conſequens eſt, ut unuſquiſque fideliter laborans in agro Dei ſine intermiſſione incumbat incremento Eccleſiaſticae rei. Certum eſt enim, quia ſicut exaltatur mater omnium viventium, ita creſcunt merces omnium ſibi ſervientium. Quapropter univerſorum ejuſdem fidelium tam praeſentium, quàm futurorum noverit caritas, quod nos Eccleſiaſticis profectibus incumbentes, ac dilectiſſimae noſtrae* Conjugis Imperatricis, *ſeu cariſſimi noſtri filii* Regis Henrici *precibus, pietatis aures accommodantes, per praeſentis Praecepti ſtabile firmamentum, ſanctae Vercellenſi Eccleſiae confirmamus omnia bona quietè tenenda ac pacifice in aeternum fruenda, quae Sancto Euſebio olim conlata ſunt a noſtris praedeceſſoribus Regibus vel Imperatoribus, ſeu quibuſcumque fidelibus. Sed ut mentes fidelium plenius gaudeant, & praedones cautiùs ſe cuſtodiant, Vercellenſem Comitatum, & Sanctae Agathae cum diſtricto & thelonio, ac univerſa publica functione vel exactione, aut redibitione confirmamus Euſebianae Eccleſiae. Burielam inſuper cum omni ſua integritate, ideſt Vernade, Clavaſa, Bedolium, Galienicum, Ponderianum, Muliariam, Andurnum, Ciſidulam, Coracodio, in Monte, Cériſdianam, cum omni ſua integritate, Sextegnum, Roviſindam, Monte Cutimali, Pedrorium, Curtem quoque Vercellenſis Civitatis cum omnibus ad eam pertinentibus, Carcuellam in Ondevico, Curtem Cauſinam, Curtem Cavalli.* Abbatiam Sancti Michaëlis de Laucedio, *Firminianam, Curtem Regiam quam Hortum nominant, cum tota Silva Mialda & Fulgitio, & cum omnibus Curtis & Villis cum Valle Elivi: Pontem etiam Notingum, quem* Notingus Epiſcopus *quidem* Vercellenſis Eccleſiae *mirabiliter ſuper eum equitando legaliter recepit: Languſcum, Curtem de Antimiano cum omnibus ſuis pertinentiis, Aquam de Sicida, Aquam de Servo, Aquam de Hellero cum utriſque ripis a loco ubi naſcuntur uſque in Padum, Aquam Padi cum utriſque ripis a Liomia uſque ad Plebem Maroae, Aquam de Duria cum utriſque ripis a Petra groſſa uſque in Padum: Conſado, Mataſcum, Caudelle, Trevere, Clevoli, Sulzatum, Silva-ſalva, Caſtellum Quirini, Curtem Torcelli. Haec omnia Vercellenſis Eccleſia in aeternum habeat, cum omnibus publicis diſtrictis, intratis, theloneis .... communibus, venationibus, portibus, molendinis, montibus & vallibus, alpibus, aedificiis, mancipiis utriuſque ſexus, aquis, vineis, Capellis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, cultis & incultis.*

Et

A *Et inſuper ſpeciali edicto ſancimus, ut in omnibus ſupra nominatis terris nullus mortalium mercatum praeſumat inſiſtere, aut diſtrictum vel theloneum aut fodrum, ſeu aliquam publicam functionem ac redibitionem exigere, neque piſcationem aut venationem exercere, niſi ad profectum vel ad proprium jus ipſius Eccleſiae. Quicumque ergo huic noſtrae confirmationi contraierit, noſtrae* B *Majeſtatis reus erit. Inſuper mille Libras auri ſe compoſiturum noverit, medietatem Imperiali Camerae, & medietatem Eccleſiae, cui moleſtiam intulerit. Quod ut firmius habeatur & diligentius ab omnibus obſervetur, hoc Praeceptum ex noſtra juſſione factum, noſtris manibus ſupter confirmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus, &* Gregorio *noſtro fideliſſimo. Deo diſpenſante,* Epiſcopo, C *Sancti Euſebii Vicario, ad perpetuam pacem ſuae Eccleſiae conſervandam contulimus.*

Signum Domni Henrici Tertii (✠) *Regis invictiſſimi.*

Guntherius Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Data XV. Kalendas Decembris, Indictione VII. Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Quinquageſimo Quarto, Anno autem Domni Henrici Tertii Regis, Secundi Imperatoris, ordinationis ejus XXVI. Regni verò XVII. Imperii VIII.

Actum Maguntiae, in Dei nomine feliciter, Amen.

Ita *Regitio*, ſive ut ait Ughellius, *Ugutio* Vercellenſis Epiſcopus, a Friderico I. Romanorum Rege impetravit non ſolùm *Monaſterium Sancti Michaëlis in Laucedio, ſed & Monaſterium Sancti Stephani, & Monaſterium Sancti Salvatoris de Betia, & Monaſterium Sanctimonialium de Gatinaria.* Teſtes habeo tabulas, quas, quia integras non evulgavit Ughellius, ego in lucem profero.

Praeceptum Friderici I Romanorum Regis, quo Eccleſiae Vercellenſi, ejuſque Epiſcopo Regitioni, ſive Ugutioni, jura omnia confirmantur, Anno 1152.

D *IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Federicus *Dei gratiâ* Romanorum Rex Auguſtus. *Quia Romani Imperii regimen, poteſtatemque ſuſcepimus, Eccleſiis a noſtris praedeceſſoribus plurimâ largitione ſublimatis Regiâ nos competit proviſione conſulere, & ne ipſorum poſſeſſiones aliqua diſtractione depereant, ſuffragium ſufficiens adhibere. Praeſentibus igitur ac futuris Chriſti fidelibus volumus eſſe cognitum, quod petitione* Domni Papae Eugenii III. *& intercedente cariſſimo Cancellario noſtro Arnaldo, aliiſque principalibus Regni Principibus,* Eccleſiae Vercellenſis Epiſcopum Regitionem, *atque Eccleſiam Sancti Euſebii, in Regiam protectionem ſuſcepimus, & praeſentis Privilegii paginâ communivimus. Quaecumque ergo memoratae Eccleſiae, largitione Regum, conceſſione Pontificum, ſeu quorumlibet oblatione fidelium collata eſſe noſcuntur, & quae in poſterum largiente Domino conferentur, Caſtella ſive Villas, prata, paſcua,* E *vineas, aquas, molendina, culta & inculta, diſtrictum, pedaticum, naula, & omnia, quae in ſuis Privilegiis a noſtris praedeceſſoribus Regibus ſeu Imperatoribus ſibi conceſſis contineri noſcuntur, praeſenti Privilegio confirmamus. Ex quibus haec propriis duximus* axpri-

exprimenda vocabulis: Monaſterium Sancti Michaëlis in Laucedio *cum ſuis pertinentiis:* Monaſterium Sancti Stephani *cum ſuis pertinentiis:* Monaſterium Sancti Salvatoris de Betia *con pertinentia: Tridinum con ſuis pertinentiis: Matanum: Caſale Sancti Evaſii cum omnibus ſuis Inſulis: Caſtellum Sancti Giorgii: Oſanum; Pomarium: Pitetum: Mirabellum: Civitatem Vercellenſem cum omni Comitatu & diſtricto, & omnibus Regalibus: Auxilianum cum omni diſtricto & integritate: Pertengum: Balſucham: Saletam: Conſtantianam: Sterpianum: Roncum-ſiccum cum omni nemore: Saligiam cum pedatico & omni integritate: Moncravellum: Miralda: Saluciola cum ſuis pertinentiis: Caſtionem cum ſuis pertinentiis: Magnanum: Calaviacum: Bugellam cum ſuis pertinentiis: Galianicum: Panderanum: Mulinaria: Andurnum: Cauſate: Monte-Beraldum: Clavariam: Chiſidolam: Pedrorium: Blatinum: Caudella: Triverium: Comitatum Sanctae Agathae cum mercato, teloneis & pedatico, & ceteris omnibus, quae Regalia eſſe noſcuntur: Uldevinum: Albanum: Greſium; & Arimannos de Arboreo: Ghiſalrengum: Lentam:* Monaſterium Sanctimonialium de Gatinaria: *Vinteblium cum ſuis pertinentiis: Navola: Bernade: Crevacorium cum Villis & piſcationibus, & ceteris Regalibus: Leronam, & Pratum Calſinum: Montis de Nexu, & Caſale: Gallam: Veruta: Miroculum: Durbetum: Monteville; Caſtellum Turris: Luvaretum: Odolengum cum omnibus Arimannis ſuis. Praeterea venditiones, commutationes, alienationes, diſtractiones ab invaſoribus Sancti Euſebii factas, quae Pontificalem alienationem non obtinuerunt, videlicet Gregorio de Veruca, Liprando, Sigifredo, & Ardizone Murienum, in irritum duximus, & Regia auctoritate caſſamus; quemadmodum & patruus atque anteceſſor noſter* Conradus Romanorum Rex *ipſa caſſavit.*

Inveſtituram quoque ab Anſelmo Vercellenſi Epiſcopo *contra voluntatem ſuae Eccleſiae occulte & irrationabiliter factam de Clavariolo atque Inveſtituram a* Giſulfo ejuſdem Eccleſiae Epiſcopo *contra juramentum, quod fecerat, & continet interdictum* Domini Papae Eugenii, *cui ipſe eas ſe non feciſſe confeſſus eſt, de pedatico & naulo Salugiae factas, & aliis, quotcumque probari potuerunt, atque omnes alias Inveſtituras in Eccleſia Sancti Euſebii ab Epiſcopis furtive & occulte factas, omnino caſſamus, & in poſterum ne fiant, ſub poena cenutm Librarum auri Regiâ auctoritate interdicimus. Diſtractiones Feudorum ad Vercellenſem Eccleſiam pertinentium doloſe & contra decreta Romanorum Imperatorum, ad detrimentum Eccleſiae factas, ſive a Capitaneis, ſive ab invaſoribus, ſive ab iis, qui de Familia eſſe noſcuntur, itidem caſſamus, & viribus carere decernimus. Poteſtatem emendi molas, & deducendi tam molas quàm alia, quaecumque placuerit, per ſuum diſtrictum, Epiſcopo Vercellenſi concedimus, remotâ omni violentiâ vel contradictione alicujus Principis aut Civitatis. Liceat etiam Epiſcopo Montem Ugetionis Regiâ auctoritate aedificare & munire. Praeſcriptionem quoque centum annorum tam Epiſcopis Vercellenſibus, quàm Eccleſiae Sancti Euſebii & Sanctae Mariae concedimus in perpetuum. Decernimus igitur, ut nullus Regum, vel Imperatorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel alia magna ſeu parva perſona, Privilegio huic contravenire praeſumat. Et ut haec omnia in perpetuum firma & inconvulſa permaneant,*

neant, praeſentem paginam Sigilli noſtri impreſſione mandavimus inſigniri. Teſtes fuerunt praeſentes, quorum nomina ſubſcripta cernuntur: Harwicus Bremenſis Archiepiſcopus: Geboardus Vicemburgenſium Epiſcopus: Gunterius Spirenſis Epiſcopus: Eberardus Babembergenſis Epiſcopus: Anſelmus Habelpurgenſis Epiſcopus: Dux Welfo: Enricus Dux Saxoniae: Conradus & Albertus Marchiones de Saxonia: Guido Comes de Blanderada.

Signum Domni Federici (✠) *Romanorum Regis invictiſſimi.*

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum Vicenburg, XVI. Calendas Novembris, Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Secundo, Indictione I. Regnante Domino Federico Romanorum Rege glorioſiſſimo, Anno verò Regni ejus Primo, feliciter.


Atque haec fata olim erant Monaſteriorum, inter quae pinguiora majoribus etiam periculis expoſita erant, ita ut qui temporum tantummodo noſtrorum conditionem prae oculis habent, ac moleſte ferunt, inſpectis vetuſtis Seculis facile reperiant, unde potius aetati noſtrae gratulentur. Sed graviora etiam exempla ſuppeditat barbaricorum Saeculorum Hiſtoria. Nam inter ipſos Epiſcopos lites interminatae ac bella ob ejuſmodi Abbatias, miſeris Monachis aut partim aut prorſus ereptas, oriebantur, ſingulis contendentibus, ſibi ab Imperatoribus & Regibus unum eumdemque locum fuiſſe traditum: quam in rem ſuſpicari licet, adhibita interdum fuiſſe Diplomata conficta & ſpuria. Certe ob ipſam Lucedii Abbatiam diuturnum certamen viguit inter Vercellenſes & Novarienſes Epiſcopos; & quod mirere, Novarienſis etiam pro ſe laudabat Diploma ejuſdem Berengarii I. quo teſte apparebat, *Garibaldum*, quem Ughellius, *Gariboldum* appellat, *Novarienſem Epiſcopum*, ex dono non Berengarii tantùm ipſius, ſed & Regum praecedentium, eamdem Lucedii Abbatiam poſſediſſe. Exemplum Diplomatis, quamvis mutili, aliiſque vitiis laborantis, ex Archivo Novarienſis Eccleſiae eductum profero.

Berengarius I. Italiae Rex Garibaldo Novarienſi Epiſcopo Privilegia confirmat, eidem prae ceteris Monaſterium Lucedienſe largitus; circiter Annum 901.

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni.* Berengarius *gratiâ Dei* Rex. *Si ſanctis ac venerabilibus Locis noſtrae memoriae augumentum tribuimus, vel Privilegia Apoſtolicorum, ſeu Praedeceſſorum noſtrorum, Regum videlicet ac Imperatorum Praecepta roboramus, apud Dominum veniam promereri non diffidimus. Unde notum eſſe volumus omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus tam praeſentibus quàm futuris, qualiter Vir venerabilis, noſter fidelis ſcilicet* Garibaldus Novarienſis Epiſcopus, *noſtram expetierit clementiam interventu ac petitione venerabilis* Adelberti Bergomenſis Epiſcopi, *quatenus omnia Privilegia Apoſtolica ipſius ſanctae Novarienſis Eccleſiae, atque omnium Praedeceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum Praecepta,*

ejuſdem

A *ejuſdem jam dictae Eccleſiae ſuarum omnium rerum eorum auctoritate ſubnixa confirmationis & corroborationis noſtrae Praecepto innovare dignaremur. Cujus petitionibus animum conceſſionis accommodantes, in omnibus juxta Privilegia & Praecepta roborata, ſuam petitionem ſtipulare ratum duximus: Hoc eſt* Abbatiam in honorem Sancti Archangeli Michaëlis, & Sancti Januarii
B Martyris Chriſti, aedificatam juxta Leocedio, *cum Cellis & Sinodochiis atque Capellis, cum Servis & Ancillis, & Aldionibus utriuſque ſexus, & cum omnibus pertinentiis, ſuiſque adjacentiis, ſeu & univerſas res jam dictae Sanctae Novarienſis Eccleſiae, undecunque vel qualitercunque juſte & legaliter*
C *acquiſitas. Praecipientes & ſtatuentes ſub noſtrae immunitatis tuitione perpetuo conſiſtere, & a nulla poteſtativa vel tirannica perſona quaſi Regali auctoritate aliquid exigendo praeſumatur qualibet violentiâ, aut teloneum vel ripaticum atque diſtrictum, ſeu arbuſtericiam, aut quamcumque redibitionem publicam quoquo modo exigere, & cum reliquis aliis ſacratis Locis, Cortibus, cunctiſque rebus & familiis utriuſque Sexus, aldiariiſciſque & libellariis, liberis etiam hominibus & Servis, ad eundem Epiſcopium pertinentibus deinceps, ſicut a ſanctis Apoſtolicis & beatae memoriae Predeceſſoribus noſtris, Privilegiis & preceptis ſummâ auctoritate ſtatutum eſt, ita etiam ſcripto, manu, & annulo corroborationis noſtrae perpetuam immunitatis noſtrae firmitatem relinquimus, confirmamus, & corroboramus abſque contradictione ullius vim inferentis perſonae. Quod ſi quis (quod minime credimus) hoc noſtrae Regalis clementiae indultum moleſtare praeſumpſerit, mulctamus eum poena diſtrictionis noſtrae compoſiturum centum Libras auri optimi, medietatem parti noſtrae, medietatem ſanctae Eccleſiae, cui vim praeſumptuoſam intulerit. Et ut haec in Dei nomine inſtitutionis noſtrae auctoritas perpetuum obtineat firmitatis tenorem, & ab omnibus fidelibus noſtris praeſentibus & futuris diligentius obſervetur, manu corroborationis noſtrae firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum Domni  *Berengarii glorioſiſſimi Regis.*


Cetera deſiderantur.

D Inter haec ne Parmenſes quidem Praeſules ſomno ſeſe dedere; nam & ipſi *Abbatiam Bercetenſem* Sancti Remigii, olim per Liutprandum Regem fundatam, ab Italicis Regibus ſunt conſequuti. Cujus rei nobis fidem faciet praeter alia documenta apud Ughellium legenda, Diploma Rodulphi Regis, Annno DCCCCXXII. conceſſum *Aichardo Parmenſi Epiſcopo*, quem Ughellius idem *Hercardum* appellat, e Chartario Canonicorum Parmenſium deſcriptum. Ibi haec habentur.

Rodul-

Rodulphi Italiae Regis Praeceptum, quo Abbatiam Sanĉti Remigii de Berceto donat & confirmat Epiſcopis Parmenſibus, Anno 922.

IN *nomine Sanĉtae & individuae Trinitatis.* Rodulfus *divina favente clementia* Rex. *Si ſanĉtis ac venerabilibus Locis augmentum Regio conferimus donativo, & apud Deum veniam promereri, noſtrique Regni ſtabilimentum caelitus tueri non diffidimus. Idcirco omnium Fidelium ſanĉtae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium & futurorum comperiat univerſitas,* Domnum Lampertum *venerabilem* Archiepiſcopum & Adelbertum *glorioſiſſimum* Marchionem, *dileĉtiſſimos fideles noſtros, ſuppliciter noſtram exoraſſe clementiam, ut Precepta noſtrorum anteceſſorum Regum & Imperatorum, quibus* Abbatiam de Berceto, in honore Sanĉti Remigii conſtruĉtam in Comitatu Parmenſi, *cum omnibus ſuis pertinentiis per diverſa loca & vocabula infra Italicum Regnum nobis a Deo collatum, adjacentibus,* juri & dominio Parmenſis Epiſcopii perpetualiter donantes ſubjecerunt, *nos quoque pro aeterna remuneratione per noſtrae conceſſionis & confirmationis paginam roborare dignaremur. Quorum precibus acclinati, & devotam fidelitatem* Aichardi ipſius Sedis *venerabilis* Praeſulis *attendentes, hoc noſtrum donationis & perpetuae confirmationis Praeceptum ſcribi juſſimus; per quod praenominatae ſanĉtae Parmenſi Eccleſiae praetaxatam* Abbatiam de Berceto *cum omnibus caſis, & rebus mobilibus &*
A *immobilibus, cum Curtibus, manſis, Capellis, vineis, pratis, ſilvis, ſtalareis, olivetis, mirtetis, cultis & incultis, montibus, vallibus, planiciebus, ripis, rupinis, molendinis, piſcationibus, fiſcatis, reddibitionibus, aquis, aquarumque decurſibus, cum Servis & Ancillis, Aldionibus, & Aldianis utriuſque ſexus, & omnibus, quae dici aut*
B *nominari poſſunt, ad ipſam Abbatiam pertinentibus vel aſpicientibus, ſine aliqua diminoratione concedimus & perpetua firmitate roboramus. Ita ſane, ut nemo noſtrorum fidelium quicquam ei contradicere, aut quoquo modo eum exinde, ſuoſque Succeſſores moleſtare, aut inquietare praeſumat; ſed tam ipſe praelibatus Aichardus Pontifex, quàm*
C *hi, qui poſt eum in ſaepe diĉta Parmenſi Sede Praeſules extiterint,* de eâdem Abbatiâ habeant poteſtatem tenendi, regendi atque ordinandi, *prout illis melius ſecundùm Deum viſum fuerit, omni moleſtatione & inquietudine vel invaſione remotâ. Si quis autem hoc noſtrae donationis, & nullo in tempore violandae confirmationis Prae-*
D *ceptum violare temptaverit, centum Libras auri obtimi componere cogatur, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ſaepe diĉtae Parmenſi Eccleſiae. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur in perpetuum, manu propria roborantes, ex anulo noſtro juſſimus inſigniri.*

Signum  *Domni Rodulfi piiſſimi Regis.*

Locus ✠ Sigilli.

Hieronimus Notarius, juſſu & praeceptione Domni Regis recognovi.

Data II. Nonas Februarii, Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCXXII. Indictione X. Regnante Domino noſtro Rodulfo Rege, Anno in Burgundia XI. in Italia I.

Datum Ticini Civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

Celebris etiam fuit, atque admodum opulenta olim *Abbatia Bremetenſis* in Dioeceſi Ticinenſi, ac territorio Laumellinae Saeculo Chriſti Decimo fundata. Hanc autem ſibi conquiſiere Praeſules Ticinenſes ab Henrico IV. Rege, Imperatore III. uti elucebit ex fragmento Diplomatis, quod olim per me deſcriptum ex Archivo Epiſcopii Ticinenſis, nunc publicae lucis beneficium poſcit.

Henrici Regis IV. Imperatoris III. Diploma confirmatorium quorumlibet jurium Ticinenſis Eccleſiae, Anno 1093.

.... *interventu quoque* Marchionis Wilielmi, *Arduinus*....... *Civium Papienſium majorum & minorum*, Papienſi Eccleſiae beatiſſimi Syri glorioſi Confeſſoris, *cujus pio interventu noſtrum viget imperium*....... *leguntur per hanc preceptalem paginam jure perhenni donamus atque concedimus: nominatim videlicet* Brementenſem Abbatiam *cum omnibus, quae ad illam pertinent, Caſtris, Curtibus, Villis, Capellis, ſilvis, terris, cultis & incultis, paſcuis, paludibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, deſtrictis, teloneis, albergariis, placitis, inveſt....... conditionibus, ac familiis, Cellis quoque nominatim hic notatis: Sanctum Petrum in Novaleſio, Campum Merleti, Sanctum Andream in Taurino, Babianum, Serram Sancti Petri, Cellam Cavalariae, Sanctum Petrum in Pagno, Polentiam, Sanctum Petrum ad Waſcum, Sanctam Mariam in Polexi, Cellam de Supunigo, Cellam de Laumello, Sanctam Agatham in Balſula, Rometam, Caſtella etiam Caſtagnetum, Gunzove, Sanctum Salvatorem, Cano....... Tanetum, Palaciolum, Ciſalum, ſeu ceteras Cellas...... Curtes & omnes res ad predictam Abbatiam & Cellas pertinentes .... in integrum. Si quis igitur Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut quelibet alia perſona hanc preceptalem paginam violare preſumpſerit, mille Libras auri optimi compoſiturus banno*

n noſtro ſubjacebit, medietatem noſtrae Camerae, & medietatem praedictae Papienſi Eccleſiae. Quod ut verius creda- A *tur, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, impreſſione noſtri ſigilli juſſimus inſigniri.*

Signum Domni Heinrici



Romanorum Imperatoris invictiſſimi atque piiſſimi in virtute Dei.

Ego Oglerius Dei gratiâ Hiporienſis Epiſcopus & Cancellarius, vice Herimanni Colonienſis Archiepiſcopi Archicancellarii recognovi.

Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Nonageſimo Tertio, Indictione Prima, regnante Heinrico XXXVIIII. Imperante autem VIIII. Menſe Madio.


Actum eſt Papiae feliciter.

Ubi verò ſemel contingebat, ut Epiſcopi Monaſterium aliquod in ſuam ditionem pertraherent, ſolicite curabant Succeſſores, ne ſibi eadem praeda ex unguibus in poſterum elaberetur. Decernere neſcio, proprio ne jure, an id genus invaſione, Epiſcopi Mantuanae Urbis duas Abbatias, videlicet *Sancti Ruffini*, & *Sancti Caſſia-* B *ni* poſſiderent. Id unum novi, confirmari ſolita fuiſſe ambo illa Monaſteria aeque atque Curtes, ſive Allodia, Mantuanis Epiſcopis. Cujus rei teſtem dabo Praeceptum Henrici I. Auguſti, ex Collectaneis MStis Peregrini Priſciani Ferrarienſis in Eſtenſi Bibliotheca adſervatis, hauſtum.

Confirmatio omnium Privilegiorum & jurium Eccleſiae Mantuanae facta ab Henrico I. Imperatore, Anno 1020.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *Dei gratiâ* Romanorum Imperator Auguſtus. *Si circa loca Sanctorum beneficia largimur opportune, non ſolùm Regum morem decenter implemus, verùm etiam aeternae beatitudinis praemium nos promereri inde liquidò credimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae, noſtriſque, ſcilicet praeſentibus & futuris, quoniam quidem* venerabilis Mantuanus Epiſcopus *nomine* Hitolfus *adiit culmen ſerenitatis no-* C *ſtrae, deprecans juvamen de omnibus rebus, de quibus anteceſſores noſtri Reges vel Imperatores ad Sedem Sanctam ſuam paginarum conceſſerunt Praeceptum, vel unde praedicta Eccleſia inveſtita eſſe dignoſcitur. Nos ob amorem Domini libentiſſime petitionibus illius ſatisfacientes, eidem ſanctae Eccleſiae Mantuanenſi reconfirmamus omnes* D *traditiones* Karoli, Liutprandi, Ludovici, Arnolfi, Hugonis, Lutherii, Berengarii, *iterum* Berengarii, Ottonis, *item* Ottonis, *itemque* Tertii

Ottonis; & reconcedimus per hoc noſtrum Praeceptum omnes poſſeſſiones, quas praememorata Eccleſia poſſidere viſa eſt in tota Italia, nominative, ut ſui reſidentes placita vel leges non faciant, vel aliquando cuſtodiant, niſi ante praedictum Epiſcopum, vel ſuos Succeſſores in perpetuum. Confirmamus ſibi Ripas Mantuanae Civitatis & Portus, & omnia theolonea ejuſdem Comitatus, quae eſt terminus ambae ripae Padi de Jarra uſque Buranam, & omnes Inſulas ejuſdem fluminis, & de capite Mincii fluminis ex utraque uſque Valegiam parte. Atque per hanc traditionis cartam eidem ſanctae Mantuanenſi Eccleſiae Curtes ex integro antiquitus conceſſas tradimus & confirmamus, Balniolo, Nubulario, Perarolo cum omne ſua Curte, ſilvarum totius Inſulae Reveri, Canedulo, Sermite, Abbatiam Sancti Ruffini, Abbatiam Sancti Caſſiani Martiris, *cum omnibus pertinentiis, molendinis, ripaticis, palifixuris, piſcationibus, piſcariis, aquis, aquarumque decurſibus, & cum omnibus pertinentiis ſuis, praenominatas res in dominationem ejuſdem Epiſcopii Sancti Petri Apoſtoli ob remedium animae noſtrae transfundimus, ea videlicet pactione, ut ab hodierno die & deinceps memoratus Epiſcopus, & omnes Succeſſores ſui has ipſas res jure proprietario teneant atque poſſideant, omni contradictione remotâ. Et ut hoc Praeceptum firmiorem habeat ſtabilitatem, praecipimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Judex, vel Sculdaſcio hanc confirmationem vel conceſſionem violare praeſumat. Et ſi violaverit, ſciat ſe compoſiturum ambabus partibus auri optimi Libras ducentas, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedictae Eccleſiae Sancti Petri, Hitolfo ſcilicet Epiſcopo, ſuiſque Succeſſoribus in perpetuum. Quod ut verius credatur, manu noſtra roborantes hoc Praeceptum ſigillari praecepimus.*

Signum Domni Henrici  *Imperatoris.*

Henricus Cancellarius vice Everhardi Epiſcopi recognovi.

Data IIII. Idus Decembris, Indictione V. Anno Dominicae Incarnationis MXX. Anno Domni Henrici Regnantis XVIII. Imperii verò VII.

Actum Mantuae in Palatio ejuſdem Epiſcopi.

Ita Praeſules Parmenſes inſignis *Abbatiae Bercetenſis* poſſeſſionem nacti, ut ſupra innui, illam nunquam in poſterum dimiſere, Canonicis tantùm illic conſtitutis pro Monachis. Neque Bercetenſi Monaſterio contentus Wibodus Epiſcopus, a Carolo Craſſo Auguſto impetravit *Abbatiam Monaſterii, quod dicitur Mediana, ſitam in honorem beati Pauli Apoſtoli, ſibi, ſuaeque Eccleſiae Parmenſi jure proprietario perpetuis futuris temporibus.* In Diſſertatione LXIV. *de vario ſtatu Dioeceſ.* oſtendi, quanta Mo-

machi

nachi ex ditione & honore Epiſcoporum ad ſe pertraxerint. Nunc animadverte, quanta & ipſi Epiſcopi ex Monachorum patrimonio in ſuum commodum eraſerint. Certe ubi Regum Diplomata contempleris, pro Epiſcopis emiſſa poſt Seculum Chriſti Nonum, ſaepe deprehendes confirmatas eiſdem *Abbatias*. Plerique enim ex Monachorum exuviis augmentum potentiae acceperant. Hanc in rem exempla tibi ſiſto Eccſeſiarum Patavinae & Hadrienſis. Priori Henricus IV. ad quem adeundum ſegnis non fuit Bernardus Epiſcopus, confirmavit *Cortes Abbatias Senodochia &c.* uti intelliges ex illius Praecepto, quod autographum vidi in Archivo Capituli Canonicorum Patavii.

Henricus IV. Germaniae & Italiae Rex Bernardo Epiſcopo Patavino, ejuſque Eccleſiae Privilegia omnia & jura confirmat, Anno 1058.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Henricus *divina favente gratia* Quartus Rex. *Si ſanctis & venerabilibus Locis digna conferimus munera, aut collata a piis & religioſis viris regali auctoritate confirmamus, ad ſtatum Regni noſtri proficere credimus. Quapropter omnium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque fidelium preſentium & futurorum comperiat ſollertia, qualiter pro Dei amore, noſtreque remedio anime per hanc noſtri Praecepti paginam confirmamus & corroboramus Eccleſiae ſanctae Dei genitricis Mariae, & Sanctae Juſtinae, quae caput eſt Patavenſis Epiſcopii, cui preeſſe videtur* Bernardus Epiſcopus, *noſterque fideliſſimus, omnia Precepta & Mundiburdia a noſtris praedeceſſoribus Regibus vel Imperatoribus eidem Eccleſiae conceſſa,* omneſque Plebes, Cortes Abbatias Senodochia *ad prefatum Epiſcopium juſte & legaliter pertinentia: & nominative Curtem, Saccum nominata, cum placitis, diſtrictis, & omnibus, quae dici vel nominari poſſunt, ad praefatas Curtes pertinentibus. Praecipientes itaque noſtrâ Regali jubemus potentiâ, ut nullus Dux, Epiſcopus, Patriarcha, Abbas, Marchio, Comes, nullaque noſtri Regni magna parvaque perſona prefatam Sanctam Patavenſem Eccleſiam, Rectoreſque ſuos de cunctis, que Precepta vel Mundiburdia, vel aliqua legalium ſcriptionum monimina juſte & legaliter jam dictae Eccleſiae conceſſa vel confirmata........... ſe ſine legali preſumat auctoritate. Si quis igitur hujus noſtri Precepti &c.*

Signum Domni Henrici  *Quarti Regis invictiſſimi.*

Locus Sigilli ✱ cerei deperditi.

Wibertus Cancellarius vice Hannonis Archicancellarii recognovi.

Data II. Idus Junii, Anno Dominicae Incarnationis MLVIII. Indictione XI. Anno Domni Henrici Quarti Regis, ordinationis quidem IIII. Regni verò II.

Actum Auguſtae feliciter.

Hadrienſi autem Epiſcopo Henricus inter Reges Tertius praeter alia confirmavit *Abbatiam Gavellenſem Sancti Caſſiani*: cujus rei teſtes erunt tabulae ex Collectaneis MStis Peregrini Priſciani excerptae.

Diploma Henrici Regis III. Imperatoris II. quo omnia Privilegia & jura confirmat Eccleſiae Hadrienſi. Anno 1054.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Henricus *divina favente clementiâ* Romanorum Imperator Auguſtus. *Notum ſit omnibus Chriſti, noſtriſque fidelibus tam futuris, quàm praeſentibus, qualiter* Adrienſis Epiſcopus Benedictus, *Turegi noſtram adiens clementiam, rogavit, quatenus pro remedio animae noſtrae, ſeu parentum noſtrorum, ſub noſtrae tuitionis poteſtate, atque defenſione, omnia bona Adrienſis Eccleſiae ſuſciperemus. Quae petitio, quoniam juſta & minus neganda nobis viſa eſt, mundiburdium noſtrae protectionis praefato Benedicto Adrienſi Epiſcopo fieri juſſimus, videlicet de Curte, quae dicitur Adriana, cum aquis, terris, paludibus, & ſilvis, ripatico, toloneo, ſalinis, a Gauro Policino uſque ad Aquam, quae vocatur Conchagatula, & praedictam Aquam aſque ad Canale, quod dicitur Caucomanco, & inde uſque in Satiſſa ex tribus giris Rafare, vel Corbula, Aureliaca, Sicea, & Campo Coronato, vel tomba Boniola perveniente per Aquam, quae vocatur Portus Laureti, ſeu Aquam, quae vocatur Anguillaria major, & Anguillaria minor, ſeu Aquam de Cornu, ſeu in litore ad uſum piſcandi; vel Plebem Manegii, vel Plebem Villae Martialis, atque Plebem Arquadae; ſeu* Abbatia Gavellenſe Sancti Caſſiani; *atque Villam Bonemani, & Villam Mediani, atque Villam Sancti Laurentii, & Plebem Sancti Caſſiani Martyris; ſeu Lapane; necnon & omnibus rebus tam mobilibus quàm immobilibus, quae juſte ac legaliter nunc habere videtur, ſeu deinceps acquirere poterit; ſeu Capella Sancti Petri de Manſnizago: eo videlicet ordine, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu magna parvaque perſona praevaleſtare aut diſveſtire ſine legali judicio praefatum Benedictum Epiſcopum, ejus Succeſſores praeſumat. Quod ſi quis facere tentaverit, ſciat ſe noſtram iram incurrere, & inſuper auri Libras centum compoſiturum, medietatem Camerae noſtrae, medietatem praefato Epiſcopo. Quod ut verius credatur, & ab omnibus inconvulſum teneatur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signum Domni Henrici (✠) *Secundi Romanorum Imperatoris invicti.*

Neviſo (*) *Cancellarius vice Domni* (*) *Orchilli Archicancellarii recognovi.*

Datum II. Idus Februarii, Anno Dominicae Incarnationis MLIIII. Indictione VII. Anno autem Domni Henrici Tertii Regis, Imperatoris Secundi, Ordinationis ejus XXV. Regni quidem XIII. Imperatoris verò VII.

Actum Turegum in Dei nomine feliciter. Amen.

Ego Dominicus Chriſti miſericordiâ ſanctae Adrienſis Eccleſiae Notarius, nihil addens vel minuens, exemplavi.

Olim quoque Epiſcopi fuerunt, qui auctoritatem Sedis Apoſtolicae obtendentes

(* *) *Corrupta ſunt haec nomina.*

dentes, in Monachorum patrimonia A ac privilegia invadebant. Cujus moris exemplum ſuppeditabit nobis Bulla Leonis IX. Pontificis Sanctiſſimi, quam debeo ſingulari erga me amori Philippi Camerinii Presbyteri doctiſſimi e Congregatione Oratorii Camerinenſis. Adſervatur ipſa apud Patres Minores Sancti Franciſci Peruſini, in cujus Urbis Dioeceſi exſiſtit Monaſterium Sanctae Mariae *de Valdiponte*. Hinc habes, ſacrum locum traditum fuiſſe Praeſuli Peruſino a Benedicto IX. & Gregorio VI. circiter Annum MXLIV. quos *injuſtos Pontifices* Leo IX. appellat.

Leonis IX. Papae Bulla, per quam Monaſterium Peruſinum Sanctae Mariae Vallis-Pontis eripit Peruſinis Epiſcopis, Anno 1049.

LEo Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei*, Joanni Abbati Monaſterii Sanctae Mariae Vallis-Pontis, *tuiſque ſucceſſoribus Abbatibus perpetuam in Domino ſalutem. Quia ad hoc, annuente Domino, non noſtris meritis, pervenimus, ut omnium Eccleſiarum cura ad nos reſpiciat, quam maxime circa illas Eccleſias ſollicitare debemus, quae propriae ſub manibus noſtris conſiſtunt. Inde eſt, quod ad petitionem tuam, dilectiſſime fili* Joannes Abbas, *aures noſtras inflexims, eamque implere decrevimus, ut ſcilicet confirmaremus & corroboraremus veſtro Monaſterio, & vobis ac ſucceſſoribus veſtris Abbatibus mobilia & immobilia bona quaecumque, quocumque modo ad uſum ad vos & Monaſterium veſtrum & nunc pertinent, & in perpetuum pertinebunt; & ut de Decimis & primitiis ſimiliter faceremus, & de Clericis a quocumque contigerit ordinandis; ut fotrum nemini conditionaliter praebeatis praeter Papae, ad quem proprie pertinetis, ſicut in Praecepto piae memoriae deceſſoris noſtri* Domni Clementis Papae *continetur. Quapropter per hujus noſtri Praecepti ſeriem confirmamus atque corroboramus veſtro Monaſterio, ut diximus, ac vobis ac ſucceſſoribus veſtris* * *Abbatibus quaecumque modò ipſum veſtrum* B *Monaſterium poſſidet, & in perpetuum poſſidebit, ſive ſint mobilia, ſive immobilia, quocumque modo eveniſſent & evenient: Decimas etiam & primitias de ipſis bonis ut more ſolito accipiatis, conſtituimus, & ut liceat vobis, veſtriſque Succeſſoribus, cuicumque vultis Epiſcopo Clericos veſtros ordinandos offerre. Quin etiam prohibemus, ne quis a* C *vobis exigat fotrum, praeter Papa ſolùm.* Ab omni etiam alienatione liberos vos & ſecuros reddere volumus: unde Apoſtolicâ auctoritate caſſamus & evacuamus illa Praecepta, quae a Benedicto, & Gregorio injuſtis Pontificibus Andreae Epiſcopo Peruſino collata ſunt de eodem veſtro Monaſterio. *Pro qua corroboratione, conſtitutione, & evacuatione ſtatuimus* D *Apoſtolicâ cenſurâ, ſub divini judicii exterminium, ne quis unquam noſtrorum Succeſſorum Pontificum, aut quaelibet alia magna, parvaque Perſona, & ſpecialiter* Epiſcopus Peruſinus, *contra hoc noſtrum Praeceptum agere praeſumat. Quod ſi quis fortè tentaverit, anathematis vinculo a Domino Deo innodetur, nec niſi dignâ ſatisfactione* E *ſolvatur. Qui verò cuſtos & inviolator hujus noſtri praecepti exſtiterit, a Domino Deo benedicatur, eo quod inconvulſum permanere laudavit.*

Bene Valete.

* *Abbatibus.*

Datum

Datum VII. Kalendas Aprilis, per manus Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii ſanctae Apoſtolicae Sedis, Anno Domni Leonis VIIII. Papae Primo, Indictione Secundâ.

Ceterum ſi quis percontetur, quid factum fuerit de hiſce Monaſteriis in beneficium datis, num videlicet Monachis ibi degentibus ſpurii iſti Abbates imperarent, an iis ejectis integros reditus in uſum ſuum converterent: reſponſum hoc habeat, varios in hac re fuiſſe invaſorum mores. Qui enim ex Regibus aliena largientibus, aut ex Epiſcopis tam cupide accipientibus, aliquo Religionis ſtimulo premebantur, divino cultui, & Monachorum rebus aliqua ex parte conſultum volebant. Scilicet Epiſcopis iis ſat erat, Abbatem agere, eaſque praerogativas ac emolumenta percipere, quibus frui ſolebant legitimi Abbates. Multa autem haec erant, & praecipue jus commutandi, & in emphyteuſim concedendi Curtes, Caſtra, ac praedia ſacrorum Locorum inquilinis, Monachis eâ de re ne interdum quidem conſultis. Pergebant verò ipſi Monachi ſub Praepoſito officia Eccleſiaſtica perſolvere, & ſacris Templis nihil decoris idcirco deperibat. Quàm ſobrie heic ſe geſſerit Carolus Calvus, juvat ex ipſius Diplomate nondum edito intelligere, quo Johanni Epiſcopo Arretino, ejuſque Eccleſiae, *Monaſterium Sancti Anthimi* eſt elargitus. Eâ enim conditione concedit, ut *quadraginta Monachi* illic indeſinenter alantur, *& Monaſticus ordo ſecundùm Sancti Benedicti doctrinam in eo immutabili converſione colatur.* In autographo quod Archivum Canonicorum Cathedralis Arretinae adſervat, illud ſingulare animadverti, nempe Monogramma Imperatoris, & ſubſcriptionem Audacharis Notarii cum cifris, ſcripta fuiſſe literis rubris, ſeu rubro atramento, quod nuſquam alias mihi ſpectandum ſe objecit. Ita verò ſe habet Diploma illud.

Caroli Calvi Imperatoris Diploma, quo Johanni Epiſcopo Arretino, ejuſque Eccleſiae concedit in beneficium Monaſterium Sancti Anthimi, ſitum in territorio Senenſi, Anno 877.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Karolus *ejuſdem Dei omnipotentis miſericordiâ* Imperator Auguſtus. *Quaecumque locis divinis cultibus mancipatis omnipotentis Dei inſpiratione a nobis largiendo conferuntur profutura nobis, & ad preſentem vitam feliciter tranſigendam, & ad aeternam beatitudinem facilius obtinendam omnino confidimus. Itaque notum ſit omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus & noſtris praeſentibus atque futuris, quia venerabilis* (a) Johannis (b) Arretinae Eccleſiae *auctore Deo* Epiſcopus, *ad noſtram accedens ſublimitatem humiliter notum noſtrae fecit manſuetudini, ſuam matrem Eccleſiam ſub honore Sancti Donati praecioſiſſimi Martiris fundatam, nimia paupertate adtenuatam, antequam Praedeceſſorum noſtrorum Imperatorum collatione aliquantulum fuiſſet meliorata. Ac ideo humiliter petiit, ut morem praedeceſſorum noſtrorum Imperatorum ſequentes, quod*

(*a*) *In Pergamena, quam conſuluimus, perſpicue legitur:* Johannes, *&*
(*b*) Aretinae

quod ab illis intuitu divini amoris liberaliſſime caeptum ſuerat, noſtrâ quoque munificentiâ in melius augmentaretur. Cujus juſtis atque rationabilibus precibus aurem libenter accomōdantes, Monaſterium beatiſſimi Antimi *honore conſtructum*, quod eidem Praeſuli Beneficiario jure conceſſeramus, & *conjacet in* Pago Senenſi atque Cluſino, *praefatae Sanctae Mariae Ecleſiae Aretinae atque dicioni ſaepe fati Pontificis aeternaliter concedimus ad habendum, & de noſtro jure in jus & poteſtatem praefatae ſanctae matris Eccleſiae ac memorati Pontificis & ſucceſſorum ejus, ſollempni more transferimus: eo modo, ut quicquid ab hodierna die & deinceps vel ipſe vel Succeſſores ejus ex praefatis rebus pro ſua oportunitate vel utilitate more Eccleſiaſtico regulariter & canonice facere vel ordinare decreverint, ſicut de ceteris rebus praetaxatae ſanctae matris Eccleſiae, libero in omnibus fruantur arbitrio. Et quia in eodem Monaſterio ordo Monaſticus habetur, volumus, ut ſaepe dictum Monaſterium, facultatibus crebro dictae ſanctae matris Eccleſiae conjunctum, ſub dominio & amminiſtratione Eccleſiaſticae auctoritatis ipſius Praeſulis & Succeſſorum ejus conſiſtat;* qui etiam indeſinenter quadraginta ibi Monachis regulariter ammini-


A ſtrent, quatenus Monaſticus Ordo ſecundùm Sancti Benedicti doctrinam in eo immutabili converſatione colatur, & laudabili religione ſemper in perpetuum cèlebretur; e quibus aliquo divina vocatione amoto, alterius loco inſtituatur, ne numerus minuatur, qui .... de propria Congregatione Deo dignus Vicario

B Sancti Donati, omnium conſenſu, eligatur, ne Monaſticus ordo ibidem adnihiletur. *Unde hoc altitudinis noſtrae praeceptum illi fieri atque dari juſſimus, per quod idem Monaſterium cum rebus & mancipiis utriuſque ſexus deſuper commanentibus, & ad idem Monaſterium legaliter pertinentibus, atque, ut dictum eſt, omnium rerum pertinen-*

C *tiis, quae nunc habere dinoſcitur, vel Deo ſibi favente in antea adquirere potuerit, cum ſumma integritate ſaepe dictae matri Eccleſiae delegantes conferimus, & conferentes delegamus, ut noſtri nominis memoria, Conjugis, ac prolis, & Regni nobis a Deo collati, ob hujus largitionis noſtrae donum, ab ejuſdem Eccleſiae reverendis Cultoribus*

D *in ſacris orationibus perpetualiter habeatur. Ut autem hujus noſtrae auctoritatis largitio majorem in Dei nomine per ſupervenientiam temporum......... confirmamus, & bullâ noſtrâ inſigniri juſſimus.*

Signum Karoli




glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Audacher Notarius ad vicem Gazulini recognovit & ſubſcripſit.

(*)



...... *XXXVII. Regni Domni Karoli Imperatoris in Francia, & in ſucceſſione Hlotharii VII. & Imperii II. ſucceſſionis Hludowici Regis I.*

Actum Agrippina Colonia Civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

Verùm ne haec quidem moderationis menſura ſat aliis fuit, qui aut quibuſque Monachis fugatis totam eorum ſubſtantiam pro ſua libidine vorabant; aut ex Monaſteriorum reditibus, duabus partibus factis, alteram ſibi, & fortaſſe non deteriorem, tribuebant; alteram Monachis dimittebant, ut eorum comes perpetua foret inopia, fortaſſis & deſperatio. Erit mihi inſtar omnium in hanc rem pretioſum Diploma Berengarii I. Regis, quo *Ageltrudi Imperatrici*, Widonis Auguſti olim con-A jugi, gemina Monaſteria donat, & quidquid ſubſtantiae ad eadem ſacra loca pertinet, in illius jus ac poteſtatem diſertis verbis transfert, nullâ divini cultus ratione habita. Ex Archivo Monachorum Caſinenſium Sancti Sixti Placentini deſcriptum Diploma fuit; quum enim in nobiliſſimo illo Coenobio olim ſacrae Vir-B gines Deo militarent, aut illuc ſe recepit *Ageltrudis Auguſta* vidua, aut fortaſſis aliquam ibi filiam ſuam Deo ſub Monaſtica diſciplina dicavit, quae matri heres deinde fuerit.

Berengarii I. Regis Italiae Praeceptum, quo Ageltrudi Imperatrici Viduae omnia ejus bona & jura confirmat, Anno 898.

In *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Berengarius *divina favente clementia* Rex. *Noverit induſtria omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum, quod* Ageltrudis olim Imperatrix *adiit per* Petrum *reverentiſſimum* Epiſcopum, ſacrique Palacii noſtri Archicancellarium, *excillentiam noſtram*, quatenus eidem concederemus territoria ac loca, ubi nunc Mona-C ſteria dinoſcuntur eſſe conſtructa. Unum videlicet, quod nuncupatur Arabona in Camarinenſis finibus, & alterum, quod vocatur Flumen in Pago Aſiſio, cum omnibus adjacentiis ſuis, omnibuſque rebus & familiis utriuſque ſexus *tam hereditariis, quàmque etiam a Praedeceſſoribus noſtris Regibus, ſive Imperatoribus per* D *Praeceptorum ſeries ibidem conceſſis, & quocumque Inſtrumentorum titulo, vel cuju-*

(*) *ideſt:* ✠ VIDIMVS ✠ *rubris quoque characteribus exaratum.*

cujuſcumque donationis ſeu tranſferſionis vel traditionis argumento juſte & legaliter adquiſitis, vel in antea adquirendis. Cujus nos juſtis precibus aures pietatis noſtrae libentiſſime accomodantes, hujus auctoritatis noſtrae Praeceptum in eam decrevimus emittere, per quod concedendo concedimus, & perdonando perdonamus, atque confirmando confirmamus jam dictae Ageltrudi quondam Imperatrici omnes res & familias utriuſque ſexus, atque ſubſtantias ſibi quolibet jure & titulo pertinentes, cum omnibus mobilibus & immobilibus, ſeſeque moventibus, & quaecumque nominari poſſunt, & quaecumque nunc habet tam ex ſui Senioris Witonis, ſuique filii Landberti Auguſtorum quondam Imperatorum *donatione, quàm etiam hereditario, ſeu alia quacumque adquiſitione, ſive quocumque in antea per futura tempora quolibet juſto & legali ordine potuerint conquirere in ſingulis territoriis & Pagis, una cum praefatis* Monaſteriis Arabona & Flumen in *praenominatis* finibus Camerini & Aſiſii *conſtitutis: cum omnibus rebus & familiis utriuſque ſexus, atque ſubſtantiis, & omnibus omnino quae nominari poſſunt, ad praelibata Monaſteria pertinentibus, vel aſpicientibus, ſive quaecumque ex partibus ſupradictorum quondam Imperatorum, ipſiuſque Ageltrudis in ipſis ſanctis Locis evenerunt, ſive quaecumque de ſingulorum bonorum hominum oblatione, vel quaecumque ceſſionis & donationis transferſione in antea divina pietas ibidem augere voluerit, vel adquirere ibi habitantes voluerint, omnia ſuperius comprehenſa & praenominata, tam in rebus & familiis, quàm & cunctis ſubſtantiis, quocumque Praeceptario, vel hereditario, ſeu alio quolibet jure jam dicta quondam Imperatrix habet nunc, vel in antea adquirere potuerit in ſingulis locis, & Pagis atque territoriis, praedictis Monaſteriis, Eccleſiis, Capellis, Curtibus, Caſis, Maſſariciis, Molendinis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, ſilvis cultis & incultis.*

Haec omnia, & cetera alia eidem Ageltrudi quotunque ordine pertinentia, vel in antea adquirenda per hujus noſtri Praecepti paginam cedimus & perdonamus, atque in illius jura & poteſtatem transfundimus & confirmamus, cum omnibus praeceptis, vel quibuſcumque Cartarum ſeu aliarum Scripturarum ſeriis, quas nunc habet, vel in antea adquiſierit, in omnibus & per omnia liberam habeat poteſtatem ſine ulla exceptione in integrum habendi, poſſidendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid voluerit a praeſenti die in antea faciendi ex noſtra pleniſſima largitate. *Quae etiam omnia ſupraſcripta ſub immunitatis noſtrae munitione includimus & circumvallamus, atque praenominata Monaſteria, unum in loco nuncupante Flumen in honore Sanctae Dei Genitricis Mariae, & alterum, quod dicitur Arabona in honore Sancti Flaviani dicato immunitatem habere concedimus & confirmamus: & querelas omnes* Ageltrudis olim Imperatricis *cauſarum per inqueſtus definiri praecipimus, atque jubentes jubemus, ut nullus cujuſcumque ordinis vel dignitatis perſona dictam Ageltrudem de omnibus ad ipſam pertinentibus vel aſpicientibus, mobilibus & immobilibus, & cunctis ſupra comprehenſis, moleſtare ſeu inquietare unquam aliquando praeſumat, neque homines liberos & ſervos ſuper terram ipſius commanentes diſtringere vel pignerare audeat, ſed liceat praedictae Ageltrudi dudum Imperatrici omnia ſua adquiſita ſive adquirenda ſine inquietudine tenere, poſſidere, & ordinare*

. . . . judiciaria poteſtate. Si quis verò cujuſcumque officii homo contra hanc noſtri Praecepti auctoritatem auſu temerario dudum ſupradictam Imperatricem de omnibus ad eam pertinentibus vel adſpicientibus in toto vel in parte aliquam invaſionem vel ſublationem ſeu minorationem fecerit . . . . orum quondam Imperatorum donationem & confirmationem, ſicut in Praeceptorum ſerie legitur, in omnibus non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum auri

A *obrizi Libras ſexcentas, medietatem Kamerae Palacii noſtri, & medietatem ſaepe dictae Agel rudi hactenus Imperatrici, vel ſupranominatis Monaſteriis, ſicut ipſa ſtatuerit, vel delegaverit. Ut autem hujus noſtrae donationis & confirmationis Praeceptum certius credatur & diligentius ab omnibus per futura tempora obſervetur, manu propria*

B *inſcriptionis eo . . . . um anuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum Domni  *Bereng arii glorioſiſſimi Regis.*

Locus Sig lli ✠ cerei deperditi.

Vitalis Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data Kalendis Decembris, Anno Incarnationis Domini Jeſu Chriſti DCCCXCVIII. Anno verò Regni Berengarii glorioſiſſimi Regis XI. per Indictionem Secundam.

Actum Civitati Regiae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Quod in primis carum mihi reddidit hujuſmodi Diploma, ei aſſuta legebatur membrana, autographam amplectens ſponſionem, quâ cum ipsâ Ageltrude pacem ſtatuebat Berengarius Rex, nihilque ei unquam ſe erepturum pollicebatur. Non levis ambitionis, ingentiſque animi fuit *Ageltrudis Auguſta:* idque etiam produnt Annales Bertiniani ad Annum DCCCXCV. Quum verò immaturâ ac violentâ morte cecidiſſet Anno DCCCXCVIII. Lambertus Imperator illius filius, dejecta ipſa de culmine potentiae ab aemulo Berengario Rege pacem ſupplex petiit atque impetravit. Ille verò antiquas ſimultates oblitus, pacem in haec verba conceſſit: „ *Promitto ego Berengarius*

C „ *Rex tibi Ageltrude, relicta quondam* „ *Widoni Imperatoris, quia ab hac* „ *ora, & deinceps amicus tibi ſum,* „ *ſicuti recte amicus amico eſſe debet.* „ *Et cuncta tua Praeceptalia, conceſſa* „ *a Widone, ſeu a filio ejus Lamber-* „ *to Imperatoribus, nec tollo, nec ulli* „ *aliquid aliquando tollere dimitto in-* „ *juſte.* „ Haec in eo membranae

D fruſtulo Rex Berengarius. Porro eadem Auguſta Ageltrudis Anno Chriſti DCCCXCI. eodem die, quo Wido maritus Coronam Imperialem & Auguſti nomen Romae ſuſcepit, hoc eſt, Nono Calendas Martias, ab ipſo petiit atque obtinuit *Monaſterium in honorem Sanctae Agathae, quod dicitur Novum, conſtructum Ticinenſi in Civitate.* Vide ejus Diploma apud Ughellium

lium in Epiſcop. Parmenſib. Tom. 2. Ital. Sacrae. Atque haec ego paucula lubenter attuli, ut qui minus Saeculorum rudium acta noverunt, admirari deſinant noſtrorum mores, quibus intuemur tot Monaſteriorum, ut vocant, Commendas, & ſacros viros Seculares ex veterum Monachorum penu, tot laboribus ac tamdiu per eos congeſto, ſibi nunc non alimenta ſolùm, ſed & ad luxum commoda atque incentiva conquirere. Leviſſima haec ſunt in eorum comparatione, quae barbaricis Saeculis Europa Chriſtiana, immo & Oriens Chriſtianus, conſpexit. Neque enim a Latinis tantùm Regibus, ſed & a Graecis id factum novimus: tanta eſt humana Cupiditas, quae & Religionem ipſam conculcare minime erubeſcit. Neque Monaſteria duntaxat, ſed & Epiſcopia ipſa, & reliqua ſacra Loca Laicis olim, & iniquis hominibus non raro commendabantur; ſcilicet, uti habet Nota antiqua ad Concilium Aquiſgranenſe Anni DCCCIII. a Tillio edita, *tempore Adriani Papae, & Karoli Magni Imperatoris, Laici homines ſolebant dividere Epiſcopia & Monaſteria ad illorum opus. Et non remanſiſſent ulli Epiſcopo, nec Abbati, nec Abbatiſſae, niſi tantum, ut velut Canonici & Monachi viverent.* Hinc habes, & ipſa Sanctimonialium Coenobia ejuſmodi olim infortunio obnoxia fuiſſe: quod ſane omnino exſecrabile Chriſti fidelium pietas appellat. Animum adverte ad Capitula, quae Epiſcopi provinciarum Remenſis & Rothomagenſis Anno DCCCLVIII. miſerunt Ludovico Regi, ubi haec verba: *Monaſteria etiam religioſa, atque praecipua Canonicorum, & Monachorum, atque Sanctimonialium habitacula, quae ab antiquis parentes veſtri ſub religioſo habitu conſtituerunt, ac Frater veſter Dominus noſter, innuente partim fragilitate, partim aliorum callida ſuggeſtione, etiam & nimia neceſſitate; quia dicebant petitores, niſi eis ſacra Loca donaret, ab eo deficerent. Et ipſe aliquando per vos, ſicut nunc patet, aliquando per Fratrem veſtrum Regno deſtitutus, ab eis penderet, talibus, ſicut ſcitis, perſonis commiſit, debito privilegio reſtituite.*

Redeo ad nuper evulgatum Privilegium Berengarii I. quo praeeunte deſignare jam certius poſſumus, quo tempore e vivis violentâ morte raptus fuerit Lambertus Imperator, dum venationi in luco Marinco operam daret. Perquam animoſe Hadrianus Valeſius in Praefatione ad Anonymi Poëma de Laudibus Berengarii, Part. I. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 383. haec ſcripſit: *Carolus Sigonius falſi cujuſdam Diplomatis ſubſcriptione deceptus, Anno Domini DCCCXCVIII. Imperii ſui VII. Lambertum obiiſſe tradit.* Sed uti jam monuit Pagius in Criticâ Baronianâ, non Sigonius, ſed ipſe Valeſius deceptus eſt, quippe qui mortem Lamberti cum Anno DCCCXCVII. conjungit; quum tamen is revera ſubſequenti DCCCXCVIII. interemtus fuerit. Diploma a Sigonio laudatum, atque in Tabulario Capituli Canonicorum Mutinenſium adhuc ſpectabile, mihique non ſemel inſpectum, ſine dubitatione archetypum eſt. Et quoniam Sillingardus Mutinenſis Epiſcopus in Catalogo Epiſcopor. Mutinenſium, & ex eo Ughellius, illud non ſatis accurate expreſſere ex autographo, ego emendatum heic recudere ſtatui.

Landberti


Landberti Auguſti Diploma, per quod Gamenulfo Mutinenſi Epiſcopo Privilegia omnia, bona ac jura confirmat Mutinenſis Eccleſiae, Anno 898.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Landbertus divina favente clementiâ Imperator Auguſtus. Dum locis divino cultui mancipatis ob divine ſervitutis amorem opem congruam ferimus, & Regum morem decenter implemus, & apud Deum profuturum nobis non diffidimus. Igitur omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum, noverit induſtria, qualiter interventu Amolonis venerabilis Epiſcopi, noſtri Archicancellarii, ſuggeſſit noſtre Celſitudini Gamenulfus, ſancte Mutinenſis Eccleſie Epiſcopus, quatenus auctoritatis noſtre Precepto confirmaremus cuncta munimina atque poſſeſſiones, juſte & legaliter ad eandem Eccleſiam pertinentes. Cujus precibus aſſenſum prebentes addimus & terram illam in loco Gandaceto, quem Preceſſores noſtri donaverunt: addimus etiam omnia Monaſteria, Xenodochia, Eccleſias Baptiſmales, cum omnibus ſuis pertinentiis ad ſupraſcriptam Eccleſiam ſtabilimus perpetuo robore, eam recipientes ſub noſtre tuitionis mundburdo. Concedimus etiam, ut juxta morem aliarum Eccleſiarum res predicte Eccleſie per idoneos homines & veraces omni tempore inquirantur, & ad pleniſſimam uſque deducantur juſtitiam; nec non etiam condonamus eidem Eccleſiae, ut deinceps Servi aut Cartulati ad eandem Eccleſiam juſte pertinentes nullum cenſum publicae parti perſolvant, ſed liceat eis quieto ordine vivere, & ipſi ſue Eccleſie deſervire, nulluſque Comes aut Judex publicus, vel quiſlibet Reipublice Procurator ad cauſas Judiciario

A more audiendas in Monaſteriis, Xenodochiis, aut Eccleſiis Baptiſmalibus reſideat, & homines tam Cleros quàm etiam Laicos, Villas & agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in diverſis locis aut territoriis noſtre poteſtatis juſte & legaliter quieto ordine pars ipſius Eccleſiae tenet ad freda vel tributa exigenda, aut B manſiones aut paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſie tam ingenuos quàm etiam Servos ſuper terram ipſius commorantes, diſtringendos, pignorandos, nec in hoſtem ducendos, nec ire cogendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, quibus in aliquo eadem Eccleſia, ſibique ſubjecti aliquod C injuſte patiantur incommodum, quiſquam temerarius exiſtat. Sancimus etiam pretaxate Eccleſie juxta Anteceſſorum noſtrorum decreta, Loca, in quibus predicta Civitas conſtructa eſt, hoc noſtrae auctoritatis precepto ſtabilia maneant cum Cancellariis, quos priſca conſuetudo prefate Eccleſie de Clericis ſui ordinis ad ſcribendos ſue poteſtatis libel- D los & feothecarios habeat: vias quoque, pontes, portas, & quicquid antiquo jure eidem Civitati ac Curatoribus Reipublice ſolvebatur, id eſt ubicumque vias, pontes, portas in ſua terra habuerit, noſtra vice liberam capiendi debitum ex eis cenſum habeat poteſtatem; & liceat ei foſſata cavare, molendina conſtruere, portas erigere, & ſuper duo milliaria E in circuitu Eccleſie Civitatis circumquaque firmare ad ſalvandam & muniendam ipſam ſanctam Eccleſiam, ſuamque conſtitutam Canonicam, & aquam aperire

rire

rire & claudere abſque ulla publica contradictione, ut ſub noſtre tuitionis defenſione idem Preſul cum ſuis omnibus permanens, pro nobis omnipotentem Deum valeat exorare. Si verò inter commorantes firmata fuerint teſtimonia ad res ejuſdem Eccleſie rapiendas, & pars prefate Eccleſie reclamaverit, quod pro hujuſmodi cauſa juſtitiam habere non poſſit, ſi negare hoc, aut ſacramento purgare voluerint, adminiſtratoribus Eccleſie liceat pugnâ, aut teſtibus, ſi tamen voluerint, approbare, ne ſub hac occaſione damnum Eccleſia incurrat. Si quis autem hanc preceptionis noſtre auctoritatem temerarius infringere temtaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ſupradicte Eccleſie. Ut quoque verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſignavimus, noſtroque annulo juſſimus inſigniri.

Signum  *Domni Landberti Imperatoris piiſſimi Auguſti.*

Andreas Notarius ad vicem Amolonis Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data Anno Incarnationis Domini DCCCXCVIII. Domni quoque Landberti piiſſimi Imperatoris Septimo, Pridie Calendas Octobris, Indictione Secundâ.

Actum Marinco, in Dei nomine feliciter. AMHN..

Deeſt Sigillum, ſed locus ſigilli apparet, utroque latere perforatâ membranâ.

Ita in Archivo Archiepiſcopii Lucenſis tabulas vidi ſcriptas *Anno VII. Imperii Domni noſtri Lantberti, gratiâ Dei Imperatoris Auguſti, Idibus Julii, Indictione I.* Ideſt Anno DCCCXCVIII. uti & alias eodem *Anno Septimo*, & *VII. Idus Majas, Indictione I.* itemque alias *Anno VII. Tertio Kalendas Auguſti*, & alias ſimiles *Octavo Kalendas Septembris, Indictione Primâ*. Quum verò ibi aliae occurrant exaratae eodem Anno DCCCXCVIII. die *XXI. Martii*, & die *XVI. Aprilis*, decurrente *Anno VI. ejus Imperii*: hinc diſcere poſſumus, Lambertum Romanâ coronâ & Auguſtali nomine fuiſſe donatum poſt diem XVI. Aprilis, & ante diem IX. Maji Anno DCCCXCII. Is autem, uti fidem facit Mutinenſe Diploma, in vivis adhuc erat *Pridie Calendas Octobris* Anno DCCCXCVIII. atque in Marinco verſabatur, ubi & finem vivendi fecit, quemadmodum ſupra quoque animadverti in Diſſertatione LXIII. *de Advocat.* Regredere nunc ad nuper evul-

A evulgatum a me Diploma Berengarii, in quo pacem init cum Ageltrude Lamberti ejuſdem matre Auguſta. Datum illud fuit *Kalendis Decembris An. DCCCXCVIII.* ibique jam fato functus dicitur Lambertus *quondam Imperator*. Quare ejus mors Octobri Menſe ſtatuenda videtur eodem ipſo Anno DCCCXCVIII. aut Novembri ſubſequente. Atque hinc habes, unde corrigas Bernardinum Campelli Comitem, qui in Hiſtoria Spoletana praeter alios errores, Lamberti Auguſti mortem differt uſque ad Annum DCCCCIX. Mirum, quei vir alioqui non ineruditus, & in iſta praecipue intentus, tam foede ſit hallucinatus. Interim Monaſteria duo donata vidimus *Ageltrudi Imperatrici* a Berengario Rege. Fuerint-ne illa Monachorum, an Sanctimonialium, ex Diplomate nihil exſculpitur. Dubitationem hanc propono, quod animadverterim, Aſceteria ipſa ſacrarum virginum Seculis iis dominationi Auguſtarum obnoxia fuiſſe. Nobiliſſimum certe ac opulentiſſimum vel iis ipſis temporibus, ut alibi non ſemel memini, fuit *Monaſterium Novum* Brixianum Domini Salvatoris, nunc Sanctae Juliae. Attamen Ludovicus II. Auguſtus in *Angilbergam* ſive *Engilbergam* conjugem profuſus, B Coenobium idem ipſi conceſſit *ad poſſidendum, regendum, gubernandum, diſponendum, ordinandum, fruendum, & quicquid elegerit intus & foris, pro ut ſibi viſum fuerit, faciendum, cunctis diebus vitae ſuae*. Quae verba Monaſterium traditum Beneficiorum more ſatis indicant. Et reapſe poſt Ludovici ipſius mortem illuc ſe C recepit *Angilberga*, quae tam provide ſuis rebus ante conſuluerat. Diploma ex Tabulario Benedictinorum Monaſterii Placentini Sancti Sixti deſcriptum nunc profero.

Conceſſio Aſceterii Sanctimonialium Sancti Salvatoris Brixiani facta a Ludovico II. Imperatore Angilbergae Conjugi ſuae, ac poſt ejus mortem Hermengardae filiae ſuae, Anno 868.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Hludowicus *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Si aliorum noſtrorum fidelium utilitatibus pio conſulimus affectu, eorumque profectus aequo ſtabilimus libramine, decentiſſimum ante omnia & ſuper omnia eſt ipſius ſpecialiter pre ceteris omnibus onorem & utilitatem futuris manentem temporibus pro ejus incomparabili amore premeditando atque previdendo ſtabilire quae conſors & adjutrix Regni pariter a Deo nobis commiſſi extat; quatinus cujus providentia nobis juncta eſt, ejus & gubernatione mirifice degere queat; unde illum, qui-* D *cumque fuerit, noſtrum Succeſſorem per ineffabilem Sancte & individue Trinitatis majeſtatem adjuramus & obteſtamur, ut ſicut ſua voluerit ſtabilia permanere, ita noſtra irrefragabiliter ſinat ſecundùm noſtram diſtributionem perdurare. Qua de re comperiat univerſorum ſancte Dei Eccleſie fidelium tam preſentium videlicet quàm futurorum* E *ſolertia, nos una cum fidelium noſtrorum conſultu* conceſſiſſe dilectiſſimae Conjugi noſtrae, clariſſimae ſcilicet Auguſtae Angilbergae cunctis diebus vitae ſuae, Monaſterium Domini Salvatoris intra menia Civitatis Brixiae conſtructum, quod dicitur Novum,

cum

cum omnibus ſuis appendiciis tam mobilibus quàmque & immobilibus, cum omnibus videlicet Monaſteriis & Xenodochiis, *ſeu Cortibus ad ipſum aſpicientibus: hoc eſt, Alinam, Campora, Sextano;* Monaſterium in Luca, quod Aldo Dux edificavit, *&* Monaſterium in Papia, quod vocatur Regine, *& Xenodochium Sanctae Mariae, cum Hoſpitali Sancti Benedicti in Montelongo: nec non &* Monaſterium ſitum in Sirmione, *ſeu Xenodochium Sanctae Mariae in Papia ſitum, quod dicitur Sancta Maria Britonum, cum omnibus eorum appendiciis intus & foris, ſeu familia utriuſque ſexus, ubilibet commanentibus.* Ad poſſidendum, regendum, gubernandum, diſponendum, ordinandum, fruendum, & quicquid elegerit intus & foris, pro ut ſibi viſum fuerit, faciendum. Si verò noſtra dilectiſſima Conjux clariſſima Auguſta Angilberga ante Filiam cariſſimam noſtram Hermengardam divinâ obierit vocatione, tunc

A volumus, ut ei ſuccedat ipſa Filia noſtra in eandem poteſtatem cunctis diebus vitae ſuae, ad poſſidendum, *ſicut taxavimus*, prefatum Monaſterium integriter, regendum, gubernandum, diſponendum, ordinandum, atque fruendum, & quicquid ei libuerit, faciendum. *Iterum unicuique noſtrorum interdicentes Succeſſorum, &*
B *ſub divina invocatione conteſtantes, ut nihil ex his, quae hoc continentur ſcripto, minuere vel auferre moliatur. Quod ſi fecerit, optamus, atque omnimodis imprecamur, ut hujus rei rationem Deo univerſorum Judici, rectorumque rectori & Domino Dominorum pleniſſime reddat, & inſuper componat, cui injuriam intulit, centum Libras*
C *auri probatiſſimi: & preſens noſtra inſtitutio, ſicut prefiximus, immutabiliter permaneat. Et ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, manibus propriis ſubter eam firmavimus, & bullis noſtris inſigniri precepimus.*

Signum  *Domni Hludowici ſereniſſimi Auguſti.*

Ego Gauginus Sacerdos juſſu ſereniſſimi Auguſti Domini Hludowici ſcripſi & ſubcripſi.

Acta Venuſii.

Data IIII. Kalendas Maji, Anno Chriſto propitio Domni Hludowici piiſſimi Auguſti XVIII. Indictione I. in Dei nomine feliciter. Amen.

Hinc autem animadvertere potuimus, Brixiano Monaſterio Sanctimonialium ſuppoſitum fuiſſe *Monaſterium in Luca, quod Aldo Dux aedificavit;* & *Monaſterium in Papia, quod vocatur Reginae;* & *Monaſterium ſitum in Sirmione.* Uti Monaſterium Ticinen-

D ſe, quod dicebatur *Reginae*, ſive Sancti Felicis, a Virginibus Deo ſacratis incolebatur, ita & reliqua duo mulierum habitacula fuiſſe opinari licet. Eadem Anno DCCCLI. confirmarat Giſlae filiae ſuae, ac forori ejuſdem Ludovici II. una cum

Brixiano Monaſterio Lotharius I. Auguſtus, ut conſtat ex Diplomate, ſed male deſcripto, quod Margarinus edidit Tom. 2. Bullar. Caſinenſis. Campius Lib. 8. Hiſtor. Eccleſ. Placentin. contendit, Monaſterium *Reginae* in Ticinenſi Urbe ſitum, diverſum fuiſſe a Monaſterio *Sancti Felicis* adhuc in eadem Civitate perquam ſplendido. A veritate declinavit. Unum idemque fuit, ut alibi oſtendi, atque hoc ab exemplo altero ediſcas. Nam ut intelligas temporum illorum perturbationem, hoc ipſum Monaſterium Conradus I. Auguſtus Anno MXXVIII. Epiſcopo Novarienſi *cum ſuis pertinentiis* conceſſit appellans *Sancti Felicis, quod vulgo dicitur Reginae, Abbatiam Papiae ſitam*. Ughellium vide. Neque haec tantummodo Monaſteria ſibi conquiſivit avida mulier Angilberga, ſed & *Abbatiam Sancti Petri in loco Caput Trebiae*, cujus eſt mentio in ſubſequenti Diplomate, exiſtente in praelaudato Sancti Sixti Coenobio. *Walfredus* autem *illuſter Marchio*, quem ibi memoratum leges, Forojulienſi Marchiae praefuit, eumque inter Berengarii commilitones numerat Anonymus Poëta de laudib. Berengarii Tom. II. Part. I. Rer. Italicarum. Atque hinc diſcas, minime ſegnem fuiſſe Berengarium in arripienda Coronâ Italici Regni poſt mortem Caroli Craſſi Auguſti.

Berengarii I. Regis Diploma, quo Angilbergae Imperatrici Viduae confirmat Monaſterium Sancti Petri, & Curtes quaſdam & cetera ad Monaſterium Placentinum Sancti Sixti ſpectantia, Anno 888.

IN *nomine Dei aeterni*. Berengarius Rex. *Omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, noſtriſque, praeſentibus ſcilicet & futuris, notum eſſe volumus, qualiter* Adelardus & Antonius *venerabiles* Epiſcopi, *atque* Walfredus illuſter Marchio, *noſtri dilectiſſimi fideles noſtram humiliter poſtulaverunt clementiam, quatenus* Angilbergae sereniſſimae Imperatrici *concedere & confirmare noſtrae auctoritatis praecepto dignaremur* quandam Abbatiam in honore Apoſtolorum Principis dicatam, & non longe ab Urbe Placentina fundatam, in loco nuncupato Caput Trebiae, *ſeu quaſdam Cortes, Vardiſtallam videlicet, Luciariam, Littora Paludiana, Campum Miliacium, Sextum, Overne, Maſſini, atque Leocarni, quemadmodum* Domnus Hludowicus *glorioſus olim* Imperator, *Avunculus & Senior noſter, eidem Imperatrici per ſuorum Praeceptorum paginas conceſſit atque perdonavit. Quorum precibus inflexi, praenominatam Abbatiam, atque praeſcriptas Cortes, cum omnibus earum rebus mobilibus & imobilibus, atque familiis utriuſque ſexus, ſeu etiam quae dici aut nominari poſſunt, per diverſa noſtri Regni loca, ad praetaxatam Abbatiam vel ad * eaſdam Cortes pertinentibus in integrum, veluti praelibatus ſereniſſimus Imperator Hludowicus, & quondam noſter Avunculus, noſterque cariſſimus Senior,* Karolus *videlicet inviſtiſſimus* Imperator, *per Praeceptorum ſuorum authoritatem jam ſaepe nominatae Angilbergae glorioſae Imperatrici tribuerunt ac confirmaverunt. Nec non & omnia, quae in aliis Praeceptis tam ſibi quàm Monaſterio, in honore Sancti Sixti dicato, & ab*

*ab infra Civitatem Placentinam conſtructo, ab aliis noſtris Anteceſſoribus donata & corroborata fuiſſe noſcuntur, nos ob Dei amorem, tam ad utilitatem ipſius Angilbergae Imperatricis, quàmque ad uſum & alimenta * Monachorum, quae pro tempore in eodem Monaſterio Chriſto Domino ſervierint, de noſtro jure & dominio in ipſius Angilbergae excellentiſſimae Imperatricis, & Monaſterii jus & dominium, uſque in perpetuum, jure proprietario concedimus ac perdonamus, modiſque omnibus confirmamus & corroboramus per hanc noſtrae inſcriptionis paginam, una cum caſis .... vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, ſationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, Servis & Ancillis, Aldionibus & Aldianis, montibus, vallibus, planiciebus, coltis & incoltis, diviſis & indiviſis, rupis, rupinis, vectigalibus, diſtrictionibus, redhibitionibus, univerſiſque ad praedictam Abbatiam vel jam nominatas Cortes pertinentibus vel aſpicientibus ex integro,* quatenus ipſa, quoad vixerit, eandem Abbatiam, *& praetaxatas Cortes,* poteſtative teneat, ac poſſideat, ac ordinet, *totius poteſtatis* B *contradictione remota. Quicumque ergo hoc noſtrae conceſſionis & confirmationis Praeceptum refringere vel violare quandoque temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri obtimi Libras centum ſexaginta, medietatem Palacii noſtri Camerae, & medietatem cui injuſte facta fuerit moleſtia. Quod autem ut verius credatur, & diligentius ab omnibus* C *perpetualiter obſervetur, manu propria roborantes, de anulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum Domni  *Berengarii ſereniſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Cancellarius ad vicem ***Adelardi*** *Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.*

Datum VIII. Idus Maji, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII. Domni verò Berengarii glorioſiſſimi Regis Primo, Indictione VI.

Actum Papiae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Neque haec aviditati Auguſtae fuere ſatis. Arripuit illa Monaſterium quoque ſacrarum Virginum, *conſtitutum infra ipſam Urbem* (Mediolanum) *quod nominatur Aurunae:* ita enim appellatur in Diplomate Caroli Craſſi Italiae Regis apud Puricellium in Monumentis Baſilic. Ambroſian. num. 131. dato, non ut Triſtanus Calchus, & idem Puricellius opinati ſunt, An- D no Chriſti DCCCLXXXI. ſed revera Anno DCCCLXXX. ut habet ipſum Privilegium; & *Indictio XIII.* evincit. Poſt verba illa haec ſubjiciuntur: *quod Engilberga olim Imperatrix devotiſſime obtulit in ipſum Monaſterium* (ſcilicet Sancti Ambroſii) *pro remedio animae divae memoriae Hludovici quondam Imperatoris Auguſti, cum familiis promiſcui ſexus &c.*

Scilicet invaſerat Angilberga Monaſterium illud Sanctimonialium *Auronae* appellatum, ac deinde ipſum tradidit ac ſubjecit Monachis celeberrimi Ambroſiani Mediolanenſis Coenobii. Uti idem Puricellius animadvertit num. 231. conditum Mediolani fuit Aſceterium Auronae Anno Chriſti DCCXL. *ut dicit Gothofredus de Buſſero*. Atque ad ipſum pertinet membrana, quam inſalutatam dimiſit praelaudatus Puricellius, mihi inſpecta in Tabulario ejuſdem Ambroſiani Monaſterii, ex qua intelligas, eidem Aurunenſi Parthenoni dominatos fuiſſe Abbates Ambroſianos. Inde haec pauca excerpſi: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Karolus Imperator Auguſtus, Anno Imperii ejus V. Undecimo Kalendas Aprilis, Indictione III.* (ideſt Anno DCCCLXXXV.) *Commutatio bone fidei nuſſitur eſſe contractum, & vicem emptionis obtinere ad firmitatem, eodemque nexu ublicant contraëntes. Indirco placuit atque convenit inter Domno Gerardo reverentiſſimus ſancte Laudenſis Eccleſie Epiſcopus, necnon & inter Petrone* (ita enim aut vulgus, aut elegantia Notarii *Petrum* appellat) *Monaſterii Sancti Ambroſii ſito foris Mediolani: ut in Dei nomine &c. Dedit predicto Pontifex eidem Petri Abbati in commutationem de parte Monaſterio Sanctae Mariae, que dicitur Auruni, quam ipſo Monaſterio Sancte Marie pertinere videtur de ſub regimine & poteſtate predicto Monaſterio Sancti Ambroſii &c.* En ut Abbas, nullo quaeſito ſacrarum Puellarum conſenſu, Auronenſis Monaſterii bona permutat. Quum verò Puricellius num. 231. ſuſpicatur, Auronenſe illud Aſceterium ab Angilberga Auguſta *ditatum ſaltem atque amplificatum* fuiſſe, me certe conſentientem non habet. Vi- A liori pretio conſuevit ambitioſa mulier ſacra ſibi loca conquirere. Duo alia quoque virginum Coenobia, Ticini ſita, ei tradita fuiſſe, indicabit nobis Diploma Arnulphi Regis, Anno DCCCLXXXIX. exaratum, quod Campius ſupra memoratus evulgavit in Appendice Tomi Primi Hiſtor. Eccleſ. Placentinae. En Diplomatis B verba: *Conceſſimus itaque ei more Anteceſſorum noſtrorum ſubnotata loca, quae in jam dicto Regno Italico ſita eſſe dinoſcuntur, cum appenditiis ſuis omnibus, in proprietatem* (haec diligenter adnota: neque enim amplius Angilberga haec petit Beneficii titulo, ſed Proprietatis ac Allodii) *Ideſt in Comitatu Priſſianenſi* (ita ſcri- C ptum pro *Brixienſi*, quod Campius minime animadvertit) *Monaſterium Novum* (nunc Sanctae Juliae) *Papiae verò Monaſterium Sancti Marini, atque Monaſterium Sancti Thomae, necnon Monaſterium Reginae, in quibus ſanctae Moniales Domino famulantes commorantur. In Placentino etiam Comitatu Abbatiam, Caput Trepium nun-* D *cupatam.* At inquies: tunc Italico Regno dominabatur Berengarius I. Rex: quei ergo Angilberga Imperatrix ab Arnulpho Germaniae Rege earum rerum confirmationem petiit? Scilicet & quia cautiſſima mulier nutantem tunc Italiae ſtatum ob Guidonis & Berengarii aemulationem, intentis oculis metiebatur; ac prae- E ſentiens, Arnulphum quoque jus ſibi tribuere in Italiae Regnum (quod paucis poſt annis invaſit), ut ſibi a futuris periculis caveret, ab ipſo quoque mature praedas jam factas confirmandas curavit. Verùm ſublatâ e vivis poſt aliquot annos eâdem Angilbergâ, reſtituta priſtinae libertati fuere Brixianum ac Ticinenſia Coenobia: quod etiam animadverti in fine

ſine Diſſertationis LXV. *de Monaſter. erectionibus*. Et ſane ſenſim Chriſtiani Principes, quod agnoſcerent, quàm abominandum ſcelus foret, ſic aliena invadere atque eripere, & quae ad Dei cultum, ejuſque ſervorum alimenta Fideles contribuerant, a ſpuriis Abbatibus, Seculive potentibus tantâ ingluvie abſorberi, ab hujuſmodi ſcelere conquieverunt, ita ut poſt Seculum Chriſtianae ſalutis Decimum, vix ullum reperias impotentiae hujus exemplum. Immo Reges ipſi ac Imperatores in ſuis Diplomatis id nonnunquam diſertis verbis interdicendum putarunt. A Omiſſis aliis exemplis unum profero, quod ex Archivo Canonicorum Regularium Ticinenſium Sancti Petri in Caelo Aureo deſcripſi. Ibi Otto III. Rex haec de celeberrimo Monaſterio illo habet: *Volumus etiam, modiſque omnibus interdicimus, ut nulla prepotens parvaque perſona predictum Coenobium* B *proprietario jure, aut Beneficiali ordine, aut Praeceptali auctoritate nitatur invadere*. Quae ſatis indicant, Monaſterium illud pingue voracitati aliquorum antea ſuccubuiſſe. Ecce ipſum Diploma ex autographo depromtum.

Otto III. Germaniae ac Italiae Rex Monachis Ticinenſibus Sancti Petri in Coelo Aureo, atque Azzoni Abbati, omnia illorum Privilegia & jura confirmat, Anno 989.

IN *nomine Domini Dei aeterni*. Otto *Dei nutu* Rex. *Si circa loca Deo dicata munificentiam noſtre benignitatis largimur, confidimus hoc ad Regnorum ſtatum noſtrorum, noſtraeque animae ſalutem omnimodo proficere. Id circo noverit omnium Fidelium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque tam preſentium quàm futurorum univerſitas*, Azonem Coenobii, quod Caelum Aureum dicitur, *venerabilem* Abbatem *interventu ac petitione* Theophanu noſtre dilecte Genetricis & conſortis Regnorum noſtrorum, *noſtram Regalem adiiſſe clementiam, quatinus pro Dei amore, noſtreque anime remedio, predicto Cenobio & ſibi ſubvenire, & noſtra Preceptali auctoritate confirmare & corroborare omnes Cortes & proprietates, quas pridem dinoſcitur poſſediſſe, & eundem Abbatem ex his omnibus inveſtire dignaremur. Cujus peticionibus libentiſſime aures noſtrae pietatis acomodantes, noſtraeque animae conſulentes pro Dei amore praedicto Coenobio atque* C *Abbati concedimus, donamus, modis omnibus corroboramus omnes proprietates, poſſeſſiones, omneſque illas Cortes, quas idem Coenobium longo tempore viſum eſt poſſediſſe a* Liudprando loci fundatore, *Monachorum donatione, aliorumque hominum oblatione, comparatione, commutatione, aut quarumcumque legalium conſcriptione Cartarum con-* D *ceſſas. Videlicet Cortem illam, quae Alpe Plana dicitur, praedicto ſancto loco emiſſam & conceſſam in quodam* Langobardorum Rege Ariperto *nomine, cunctaſque res ad eandem Cortem pertinentes vel aſpicientes in quibuſcumque locis, cum territoriis ſuis & finibus per Preceptum* Liudprandi Regis, *per ſingula loca denuntiatis; vel ea-* E *rundem rerum decimas, quaecumque modo inibi laboratae fiunt. Duas etiam alias Corticellas, Maliacem ſcilicet & Calevadem, & Capellam, quae eſt in honore ſanctae Dei Genetricis Mariae, quae dicitur Primaſca, quae conſtructa eſt in Valle Bellizona, in ſubſidium & ſubſten-*

ſubſtentationem Monachorum; cum omnibus pertinentiis, cum Servis & Ancillis atque Aldionibus, juſte & legaliter eiſdem Corticellis pertinentibus. Aliam quoque Corteam, que Villa Raſca dicitur & manſa, quae in Rovorri jacent, & Cortem Creſiam cum omnibus ſuis pertinentiis. Cortem inſuper, quae dicitur Virgonto, & Caſale Sancti Petri, quod eſt in Comitatu Parmenſi. Concedimus inſuper atque delibamus prelibato Coenobio atque Abbati Cortem Pavonem, nec non & Ovilam cum omnibus pertinentiis & adjacentiis, molendinis, piſcacionibus, aquis, aquarumque decurſibus, Caſtellis, cultis & incultis rebus, Servis & Ancillis, Aldionibus, ubicumque locorum ad eaſdem Cortes pertinentibus. Piſcariam verò, quae eſt in Tauxa, & Portu Roſiolum longo tempore ab ipſo Monaſterio temptum: omnem Terram in campania Papienſis Urbis jacentem, ſeque ſub terminis continentem. Hac igitur noſtri Preceptali auctoritate omnes praedictas Cortes & loca cum rebus & familiis, portubus & mercato, Diſtrictionibus, molendinis & piſcationibus, aquis, aquarumque ductibus, cunctiſque rebus mobilibus & immobilibus ad jam circumſcriptas Cortes & loca in integrum adſpicientibus, divinorum memores Praeceptorum, jam dicto Cenobio, ejuſdemque Abbatti, vel cuicumque pro tempore inibi preſidenti, confirmamus & corroboramus. Omnes inſuper illos Carpentarios, quos ipſe ſanctus Locus per Precepti poſſidet paginam a tempore anteceſſoris noſtri Liudprandi Regis in Valle, quae dicitur Antelamo, vel eos, qui ſunt in Beſozolo cum filiis, filiabuſque, agnationeque cuncta eorum, ut tempore opportuno inibi deſerviant ipſi & poſteri eorum abſque ulla retractione perpetualiter. Et vada ad piſcandum, quae ſunt in Ticino, in Rivo Poloni, Moraſca, ſeu vadum, quod dicitur Landemaru, Coſtam, Teveredum, & aliud quod dicitur Sextemaſcum, cum illo medio, quod ad Sepem dicitur, & illud, quod Adaunella nuncupatur: ſeu etiam illa vada, quae ſunt in Pado, habentia priorem terminum a loco, qui nuncupatur Popula Pagana, & pertingencia uſque ad locum, qui dicitur Caput Aſi, ex utraque parte Padi, cum inſulis poſitis juxta predictam piſcationem, vel quicquid ab antiquo tempore per antiquorum Regum ſeu Imperatorum donationem optinuit, vel Padus invaſit, aut in futurum irriperit, eidem ſancto Loco confirmando confirmamus.

Volumus etiam & concedimus, ut molendina, quae in Caarona, ſeu in aliquis fluminibus praedictum Monaſterium poſſidet, habeat tam Abbas quàmque & Monachi poteſtatem levandi atque deponendi, quouſque, vel quomodo eorum decreverit voluntas; & aqueductus, qui Bauga Liudprandi dicebatur, in eorum ſit poteſtate ad irrigandos hortos ipſius Monaſterii. Sintque omnes res ipſius Monaſterii, Abbas quoque, & Monachi, homineſque libellarii, & ſervi, aliaeque omnes res ſub noſtra Imperiali defenſione munitae atque defenſae. Et ſi neceſſitas fuerit, de rebus ipſius Monaſterii per inquiſicionem circumquaque manentium bonorum hominum, ſicut de noſtris Imperialibus rebus, rei veritas adprobatur. Et juxta definitionem anteceſſoris noſtri Liudprandi Regis, liceat Cenobio de propria Congregatione Abbatem eligere, ita ut ſuper eos nulla umquam introducatur perſona. Statuimus etiam, ut nullus Reipublicae Miniſter, neque aliquis ex Judiciaria poteſtate, in cunctis predicti Monaſterii Cortibus vel Vicis liberos ac ſervos deinceps inquietare, vel ad Placitum trahere, aut in ali-

aliquibus finibus ejus Placitum tenere, aut aliquem pignorare, vel detrahere preſumat: & quicquid Pars publica ſperare poterit, eidem Monaſterio ſancto ſecundùm conceſſionem & confirmationem Liudprandi Regis, aliorumque Regum vel Imperatorum, ſollempniter perpetuâ ſtabilitate firmamus. Et quandocumque neceſſitas imminet, Naves ipſius Monaſterii per Ticini & Padi portum, quamque per quodlibet aliud diſcurrat abſque alicujus impedimento, vel telonei exactione. Secundùm haec etiam regalia ſcripta ſancimus, & modis omnibus interdicimus cunctis ſub noſtra poteſtate degentibus, ut nullam poteſtatem deinceps exerceant in predictis rebus, a noſtra mercede Monachis delegatis, vel Abbatem in aliquo perturbent. Sed liceat ipſi Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus ſub Regula Sancti Benedicti degere, & quotidie Deo laudes pro animas noſtrae remedio. Regnique noſtri ſtatu inibi offerre, & omnem Congregationem, ſibi commiſſam, aſſiduis alimentis paſcere & nutrire perpetualiter. Volumus etiam, modiſque

A omnibus interdicimus, ut nulla prepotens, parvaque perſona predictum Cenobium proprietario jure, aut beneficiali ordine, aut preceptali auctoritate nitatur invadere. *Precipientes itaque jubemus tam preſentibus quàm & futuris, & parti predicti Cenobii, que ſupra a nobis conceſſa & confirmata ſunt, quolibet tempore nullam preſumat inferre moleſtiam aut contrarietatem: ſed ſub omni integritate,* B *ſicuti a nobis conceſſa ſunt ad utilitatem ipſius Monaſterii, ſine aliqua diminoratione permaneant. Si quis igitur aliquando diabolica fraude deceptus, contra Dei auctoritatem, & hanc noſtram conceſſionem & confirmationem aliquid agere temptaverit, & jam dictum ſanctum locum ex predictis rebus* C *fatigare conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri puri Libras mille, medietatem Kamerae noſtrae, & medietatem praedicti Monaſterii, vel ejus Abbati. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſerius juſſimus inſigniri.*

Signum Domni Ottonis  *invictiſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Adelbertus Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Data Nonas Aprilis Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXXVIIII. Indictione Secunda, Anno autem Tertii Ottonis Regnantis Sexto.

Actum Quintiliniburg, feliciter. Amen.

Quantam verò perniciem ſacro eidem Loco impotentia quorumdam antea attuliſſet, ex altero Diplomate intelliges, quod itidem in eorumdem Canonicorum Regularium Tabulario D vidi. Quippe reſtituit praelaudatus Otto Tertius Monachis Benedictinis, tunc inſigne illud Monaſterium incolentibus, *terram eidem Sanctae Eccleſiae longo tempore injuſte abſtractam,*

quae vocatur Vaſſallorum, *quae olim diſſeſſione* (ideſt ſciſſurâ vel diſſenſione) *Regni diviſa fuit*. Scilicet, ut vidimus, adulterini ii Abbates in duas partes dividere conſueverunt fundos & reditus Monaſteriorum, unam ſibi (& quidem potiorem, ut opinari fas eſt) retinentes, atque alteram Monachis dimittentes.

Ottonis III. Imperatoris Diploma, quo Monachis Ticinenſibus Sancti Petri in Coelo Aureo confirmat Terras Vaſſallorum iis ereptas, Anno 998.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Tertius Otto *gratia Dei* Romanorum Imperator Auguſtus. *Quoniam omnis poteſtas a Deo conſtituitur*, *decet potius Imperialem excellentiam ita recte judicare terram*, *ut & in praeſenti & in futura vita beatitudinis aeternae adipiſcatur premia*. *Scimus enim divino amore ſanctas Eccleſias conſtruere*, *fidelium animabus multum proficere; eaſdem autem deſolatas conſolari*, *injuſte oppreſſas eripere & ſublevare*, *augmentum perpetuae coronae indubitanter adquirere*. *Quapropter notum eſſe volumus omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus*, *noſtriſque*, *praeſentibus & futuris*, *qualiter Monachi Monaſterii Sancti Petri Cellae Aureae*, *devotis precibus noſtrae pietatis clementiam adierunt*, quatenus terram eidem ſanctae Eccleſiae longo tempore injuſte abſtractam, quae vocatur Vaſſallorum, quae olim diſſeſſione Regni diviſa fuit, *amore divino*, *& noſtrorum fidelium*, *videlicet* Adelberti & Widroaldi *venerabilium* Epiſcoporum, *ſeu &* Aicardi *incliti* Ducis, *ac* Heriberti *dilectiſſimi* Cancellarii & Archicapellani noſtri, *necnon & probatiſſimi ac reverendiſſimi* Abbatis Odilli *poſtulationibus Cortes*, *videlicet Sparcingum*, *Medi*, *& Media*, *necnon Cortem Villam*, *Cortem de Monte*, *Cortem Novam*, *Peningum*, *Bupanum*, *necnon & Manſos illos*, *qui in Valle Camonea ſunt*, *cum omnibus ſuis pertinentiis*, *Servis & Ancillis*, *Aldionibus*, *& Aldiabus*, *omnique ſua integritate*, noſtro Imperiali Praecepto redderemus & confirmaremus. *Quorum dignis petitionibus aures noſtrae pietatis accomodantes*, *praedictas Cortes & manſos cum Servis & Ancillis*, *& Aldionibus & Aldiabus* ...... *aquis*, *aquarumque decurſibus*, *piſcationibus*, *Molendinis*, *ſilvis*, *ſtallareis*, *rupibus*, *ripis*, *omnibuſque eorum pertinentiis*, *vel in quocumque loco dicta eadem terra inventa fuerit*, *in integrum Praeceptali authoritate reddimus*...... *confirmamus*, *eo videlicet ordine*, *ut* Azo *venerabilis* ejuſdem loci Rector, *omneſque ſui ſucceſſores cum Fratribus praedictas Cortes & Manſos cum omnibus ſuis pertinentiis poteſtative habeant*, *teneant*, *firmiterque poſſideant ad vic*..... *quaeque neceſſaria Fratribus ſufficienda*, *ſine omnium hominum contradictione*, *moleſtatione*, *diminoratione*. *Praecipientes denique Imperiali potentiâ jubemus*, *ut nullus Dux*, *Marchio*, *Archiepiſcopus*, *Epiſcopus*, *Comes*, *Vicecomes*, *Scudaſio*, *Gaſtaldio*, *nullaque noſtri Regni magna*, *parvaque perſona jam dictum ſanctum Locum*, *vel Rectores*, *Praepoſitos*, *aut Fratres*, *Deo inibi famulantes*, *de omnibus ſupradictis eorum pertinentiis inventis*, *vel inveniendis*, *inquietare*, *moleſtare*, *aut diſveſtire praeſumat; ſed ut omni tempore Dominum pro redemptione*

ptione

ptione animae noſtrae, noſtrorumque parentum ſecurius exorare valeant, ſemper pacifice & cum omni integritate poſſideant. Si quis igitur temerarius hujus *noſtrae* redditionis *largitatem minuere vel frangere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae noſtrae,* A *& medietatem jam dicto Monaſterio, vel Abbati, aut Monachis illic Deo ſervientibus. Et ut haec verius credatur, & firmius, diligentiuſque ab omnibus hominibus in poſterum obſervetur, manu propria, ut infra legitur, ſubter eam firmavimus, atque Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inferius inſigniri.*

Signum Domni Ottonis  *invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi & Archicancellarii recognovit.

Data X. Kalendas Maji, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVIII. Anno verò Tertii Ottonis Regni XIV. Imperii autem ejus II.

Actum feliciter Romae.

Neque meliora fata contigere vetuſtiſſimo Monaſterio Sancti Salvatoris in Monte Amiato Cluſinae Dioeceſis conſtructo. Refert Ughellius Tomo 3. Italiae Sacrae, Diploma Arnulphi Italiae Regis, immo & Imperatoris, Anno DCCCXCVI. Romae datum, ex quo diſcimus, nobile Coenobium illud diu Laicis helluonibus Eccleſiaſtici patrimonii praedam fuiſſe. *Ludovicus* autem *Imperator* (quem Secundum arbitror Lotharii filium) *illud cuidam fideli ſuo Adalpreth nominato ad regendum commiſit. Ipſe autem* (ideſt Laicus ille B Commendatarius) *ob injuriam eorum, qui ipſum Monaſterium prius providere debebant, cum Fratres ibidem Domino famulantes, inopiâ cujuſcumque boni confectos, & divina obſequia neglecta, penituſque collapſa reperiſſet, eorundem Fratrum uſibus haec loca contulit, ut ſufficientiam victus & habitus habentes, regulariter vivere, & ſine alicujus a-* C *nimoſitatis impedimento divinis laudibus ſanâ mente inſiſtere quiviſſent.* Atque haec ſatis. Quae enim Seculis poſterioribus acta fuere, obſequium potius, quàm verbum aliquod, a me exigunt.

F I N I S.

ELENCHUS
TOMI DECIMIQUARTI.

DISSERTATIO SEXAGESIMAOCTAVA.

De Redemtione peccatorum, unde olim locis Deo dicatis multa oblata fuere: & de Indulgentiarum origine. Pag. 9.

Excerpta ex Archivo Monaſterii Sublacenſis. 119.

Catalogus, & Summarium nonnullarum Chartarum exiſtentium in Archivo Monaſterii Cavenſis. 131.

DISSERTATIO SEXAGESIMANONA.

De Cenſibus, ac Reditibus olim ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus. 165.

Liber Cenſuum Romanae Eccleſiae, a Centio Camerario compoſitus &c. 285.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMA.

De Cleri, & Eccleſiarum immunitatibus, privilegiis, ac oneribus poſt invectas in Italiam Barbaras Gentes. 389.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMAPRIMA.

De Monaſteriis in Beneficium conceſſis. 673.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 059927746